



Svmma Juris Canonici


Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata


Strein, Johann


Coloniæ Agrippinæ, 1658

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)




Th. 4760.





M. II.

31.



P A R S V.

Sive

ANTINOMIA
IVRIS PONTIFICII ET CÆSAREI.

per CCL. Differentias plurium Doctorum
auctoritate probatas, singulari studio in cer-
tas classes reducta, discussa, &
explicata

Auctore

R. P. IOANNE STREINIO, Societ. Iesu SS. Theologiæ Do-
ctore, sacrorum Canonum ordinario professore, & Acade-
miæ Bambergensis Cancellario.

Cum privilegio Cæsareo & Superiorum approbatione.



In libera Imperii Colonia

Cura & sumptu IODOCI KALCOVII,
Bibliopolæ.

1658.

PART V

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL



ALPHABETICAL

ALPHABETICAL

ALPHABETICAL



DEDICATORIA.

*Admodum Reverendo, prænobili, & gratioso
Domino,*

D. GEORGIO
HENRICO
à *Kindsberg*

ECCLESIAE MAIORIS IMPERIALIS
BAMBERGAE

DECANO:
COLLEGIATÆ S. IACOBI IBIDEM
PRÆPOSITO,
ET CATHEDRALIS HERBIPOLENSIS
CANONICO,

Domino ac patrono suo semper observando.

VT corporum, & animorum, sic vitæ morumque per-
magna dissimilitudo est, quibus formandis qui curam
susceperint, aliud, atque aliud sibi præfixum scopum
intueantur, necesse est. Aliud enim Resp. aliud Ecclesia
exigit. Vtriusque facies discolor, & forma. Civem lau-
damus,

X 2

DEDICATORIA.

damus, qui nemini palam injurius est, Magistratus & legum præ se ferre observantiam. At Christus Ecclesiam, nisi verè sanctam, & immaculatam non agnoscit. Parva civitas Ecclesia est, *Olympiodoro regis*, Deo militans in terra. In ea viri sancti, & electi à Deo reperiuntur. Sed optima resp. censetur, in qua cives legem, ut supremum Dominum metuunt. In id ergo legislator politicus toto pectore incumbat, ut commodas, & salutare communi civium saluti leges præscribat, litium occasiones removeat, fomenta discordiarum tollat, quibus gliscentibus pax florere inter contribules non potest.

E converso quibus Ecclesiæ, & Christi fidelium commissa Cura est, ea præcepta, statutaque sancient, quibus animarum noxa, delicta, & facinora evitentur, veræ, solidæque virtutes acquirantur, posthabita corporearum voluptatum curâ purus, & innocens animus contineatur. Ex his autem contrariis voluntatibus non possunt non magis oriri dissensiones. Etenim ut ad longè positas urbes diversa itinera decunt, ita humanarum actionum non unâ præceptione obtinetur concinnitas. Vnde aliud sacris, aliud profanis legibus præfixum cernimus, & approbatum uno iure damnari altero: permitti, quod prohibetur, & prohiberi, quod permittitur, ita exigente materiæ qualitate, & præstituti finis.

Ecce tibi (ut ex multis pauca) legum civilium auctoritate, an indulgentiâ rem alienam malâ fide possidenti præscriptione termino elapso dominium traditur: *l. Sicut in rem, C. de præscr. 30. vel 40. ann. C. l. Omnes, eodem.* 2. ejus, qui delatorem corrumpit, ut judicem & vindictam eluderet, in certis casibus approbatur fraudulentia: *l. fin. ff. de præscr. l. 29. ff. de iure fisci, C. l. 18. C. de transact.* Licet enim cuilibet quolibet modo sanguinem suum redimere: *l. 1. ff. de bon. eor. C. c. 3.* Qui emptorem suum ultra dimidium justî pretii defraudat, majus justo exigens, quasi boni civis munere perfunctus nullam pœnam subit: *l. in causa, S. idem Pomponius, ff. de minor.* 4. Pater filiam, maritus uxorem in adulterio deprehensam cum adultero impunè occidit, quasi justî doloris necessitas extinguere reatum possit: *l. Patri, ff. de adult. l. Marito 24. eod.*

Horum similia multa in vasto isto legum Oceano non contraria quidem omnia juri naturali, & sacro, dissona tamen, & diversa occurrunt, quorum cognitio Juris industrio scrutatori plurimum conducatur. Videbit enim sacrorum Canonum auctoribus longè aliam, & Juri naturali

DEDICATORIA.

turali proximam, vel eandem semitam placuisse: nihil à sincera ratione alienum, nihil dissonum præscribi, aut permitti: non indulgere, cuius mox pœniteat, non permittere, quod supplicio expiari debeat. Fecit civilis vitæ commoditas, amor pacis, litium dereffatio, ut in quibusdam remitteretur asperitas. Fecit conscientiaæ studium & puritas, ut à rationis præcepto ne latum quidem unguem abiretur. Neque enim est comparatio animæ salutis ad populi ac civium inter se tuendam congregationem, cuius intuitu non pauca castigatione digna profanæ leges indulgent, ut commentarium hunc legenti manifestum fiet. Ex præcipuis quibusdam auctoribus, quæ ipsi visa sunt annotatione digna, Centurias aliquot certis capitibus distinctas ad Orthodoxæ Theologiæ normam exploratas in ordinem redeimus, illorum commodo, qui legere dignati fuerint. Si qui autem his minimè contenti plures differentias ingenio & industriâ suâ erutas in medium protulerint, non tantùm non succensebimus, sed plurimùm nos debere confitebimur, eorumque diligentiam, quod nostræ decrat, perfectum esse gaudebimus.

TIBI autè, *gratiosissime D. n.* quæ digessi, offerenda erant, cuius cum ingenio virtus, cum nobilitate eruditio certat. TIBI, qui sapientiam regnis & insulis præferas. qui præ multis æstimare, discernere, & comprehendere nôris legum sacrarum, & profanarum dissidia: qui obstruere fauces obgannientium, malevolorum possis coercere invidiam. Non alio scuto opus mihi, cum TE ingenio & eloquentiâ præcellente ornatum Antinomix hujus sensero patronum: idque ut velint, jubeant, superi, oro. Bambergæ die S. Henrico Imper. sacra. Anno M. DC. LVIII.

Admodum Rev. & prænob. D. V.

Humillimus in Christo servus

Ioannes Streinius, S. I.

X 3

CENSU-

CENSURA ORDINARII.

Summam juris Canonici proposuerunt multique
rum methodo & ordine, quali se convenientius
lectori satisfacere posse existimant, non raro di-
verso. Quos si admodum R. P. Ioannes Streinius
Societatis Iesu, &c. in sua juris Canonici sum-
ma, tribus partibus comprehensa, nec non in e-
iusdem Commentario in regulas juris Pontifi-
cii & Antinomia juris utriusque, nihil contra
dem aut bonos mores continentibus, super averit: idip-
tractandi claritati & perspicuitati adscribendum, ac pro-
pterea dictam summam typis mandari posse censeo
permitto. Coloniae, 7. Septemb. 1658.

ADRIANVS de Wallenburg
Metrop. Ecclesie Colonienf. presb.
Canonicus & Censor librorum ordin.

APPROBATIO.

Ego Nithardus Biberus Societatis Iesu in Rheno superiori præpositus provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab admodum Reverendo P. N. *Gosvino Nickel*, præposito generali, facultatem concedo, ut *Summa Juris Canonici tripartita, Commentarius in Regulas juris pontificii & Antinomia juris utriusque*, à R. P. *Ioanne Streinio* Societatis nostræ Theologo & juris Canonici professore ordinario scripta, gravium Theologorum eiusdem Societatis nostræ iudicio examinata & approbata, typis evulgetur. In cuius rei fidem has litteras manu nostrâ subscriptas, & consueto sigillo munitas dedimus, Bambergæ 12. Ianuarii, M DCLVI.

Nithardus Biberus.

L. S.

PRI.

PRIVILEGIUM CÆSAREVM ET
potestas Typographo facta à R. P. Provincia-
li provinciæ Rhenanæ superioris So-
cietatis Iesu.



*Q*UOD SACRA CÆSAREÆ MAJESTATIS DECRETO OMNIBUS & SINGULIS
Typographis & Bibliopis, ac aliis quamcunque librariorum
negotiationem exercentibus, seriò firmiterque inhibeat,
ne quisquam ullos libros à nostris patribus hæcenus editos,
vel impostero edendos, intra sacri Romani Imperii Regni-
rum & Dominiorum, sue sacra Cæsareæ Majestatis heredi-
tariarum fines, simili vel alio characteris genere aut formâ, sive in toto, sive
in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos addu-
cere, vendere & distrahere clam vel palam, citra iudicium ac testimonium
supradictorum Patrum audeat vel præsumat: Concedo Ego Nithardus Bi-
berus Societatis Iesu per Rheni superioris provinciam præpositus Provincialis
(potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. N. Generali GOSWINO
NICKEL) D. Iodoco Kalcovio Civi & Bibliopole Colonien-
si facultatem excudendi Summam Iuris Canonici tripartitam, Com-
mentarium in Regulas juris Canonici & Iuris utriusque Antimo-
niam à R. P. IOANNE STREINIO Societatis nostre Theologo
conscriptam. In cuius rei fidem hoc ei testimonium dari curavi, Bambergæ
Januarii 1656.

Nithardus Biberus

Locus sigilli

ANTI.

ANTINOMIA

Iuris Pontificii, & Cæsarei.

TITVLVS I.

De Fure, Jurisdictione, & consuetudine.

Qui consilium Dei de congregandis ex universo mundo populis, qui sub uno pastore Christo unum ovile constituent, ejusque ductu, & nutu gubernantur, perspicuum habent, simul agnoscunt, Ecclesiam propriis legibus ac moribus instructam esse, ita ut pene nihil cum profana Republica commune habeat. Neque enim de mundo hoc Christi regnum, nec Ecclesie status esse potest. Altior illi finis, media puriora, jura spiritualia, ab humanis plurimum remota: aliud forum, alii iudices, & rectores; indeque permultæ differentię à Doctoribus annotatæ sunt, de quibus agendum in sequentibus.

DIFFERENTIA I.

Ius Canonicum ubique locorum, civile in terris Imperii tantum obtinet.
Ioann. Bapt. à S. Blasio n. 179.

I. Nunciat Differentia hæc ex fine sacri, & profani Juris tantum diverso, quantum ab animi salute corporis, aut communitatis distat incolumitas. Hic spiritualis, ille temporalis est. Quod Innocentius III. in c. Novit. de iudic. scribens Gallię prælatis explicat his verbis: Non intendimus de feudo judicare, sed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus, & debemus. Cum enim non humanæ constitutioni, sed divinæ potius innitatur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quocunque peccato mortali corripere quemlibet Christianum, & si correctionem contemplerit, per districtiorem ecclesiasticam coercere. Ita Innocentius. Constitutio autem, cui se innixi asserit, illa est, quæ Christi verbis continetur Matth. 28. v. 18. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Eundem ergo docet

Antinomia.

A

doce-

2
docete omnes gentes. Et *actorum c. 1. v. 8.*
Eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni
Judæa, & Samaria, & usque ad ultimam
terram. Non ponit limites, non jubet
in Europam, Africam, vel Asiam tendere,
& extendere Evangelium, sed ad omnes
gentes, & populos, pro quibus ipse in
cruce mortuus est, ut patri suo reconciliaret.

Omnes igitur mundi partes, adeoque
omnes homines Christi, & Vicarii ipsius
subsunt potestati. *c. Cuncta. c. per principalem. 9. Q. 3. Abb. in c. fin. n. 45. de foro comp. Moscon. de maiest. eccl. l. 1. c. 1. Franc. Leo in thesauro eccl. Par. 1. c. 1. ob eamque causam pro diocesi sua totum orbem habet. Gloss. v. Privatam. c. Felicis § fin. de pen. in 6. Barbos. in c. cit. Cuncta. Lelius Zecchus in Tract. theol. tit. de Eccles. Item, de Romano Pontifice. §. Hinc colligitur. Steph. Valentinus Tract. de potestate coactiva Pontif. c. 2.*

Denique *Navarr. Notab. 3. in c. Novit. de iudic.* ita probat. Omnes fere fatentur, clericos ideo jure divino subiectos esse jurisdictioni ecclesiasticæ, juxta *Gloss. c. Si Imperator. D. 96.* quia præter humanitatem, quâ sunt homines, insigniti sunt charactere clericali. At omnis Christianus baptizatus præter humanitatem, quâ homo est, insignitur Baptismo spirituali, per quem regenerari dicitur *Ioann. 6.* & signari signo militiæ Christi. *2. Corinth. 1. quod signum characterem vocat S. August. c. Quod quidam. 1. q. 1. quâ imprimatur in anima secundum S. Thom. 3. par. q. 63. art. 1.* & est potestas spiritualis passiva ad recipiendum cultum divinum necessaria, & indelebilis, quemadmodum & character ordinis. *c. Licet. 23. q. 7. per quem*

Christiani dicuntur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. *1. Petri 2. & facti Deo regnum, & sacerdotes. apocal. 1.* quippe qui ante baptismum unguuntur oleo benedicto, & post baptismum chrismate. *c. 1. de sac. unct.* sine quo nemo est habilis ad suscipienda alia sacramenta. *c. Veniens. de presb. non baptiz. at.* Ergo tantum, aut plus differt, quis tactus Christianus à se nondum Christiano, quantum Christianus factus clericus præteritum minorum ordinum, à se nondum clerico: & per consequens necessarium videtur, omnem christianum esse subiectum jurisdictioni Ecclesiæ; & qui jurisdictionem ecclesiasticam habet, potest cognoscere de illo, quatenus est talis, & que ita per hanc brevem argumentationem evincitur, omnium spiritualium, & supernaturaliter datorum cognitionem pertinere ad potestatem ecclesiasticam, juxta *c. Ecclesia. de constit. c. Bene quidem dist. 96.* At Christianus quatenus Christianus est quid spirituale & supernaturale per proximè dicta. Ergo cognitio de eo pertinet ad potestatem ecclesiasticam. Jam quia per totum orbem spiritus est credentium numerus, in omnibus locis, ubi inveniuntur, Juris Canonici Decreta valere manifestum est. *Ita Navarrus.*

II, At verò Imperatoris regnum ab initio certis finibus limitatum fuisse nemo nisi imperitus ignorat. Quamvis enim *Luca 2. cap.* legamus universum orbem ab Augusto Cæsare descriptum censumque fuisse, non nisi de orbe Romanis viribus subactis intelligi potest, quemadmodum ibi Interpretes notant. Imò apud *Navarr. loc. cit. n. 156.* nonnemo spiritus

tamen esse ait, affirmare, Imperatorem Romanum jus habere in totum orbem terrarum, cuius nunquam fuit dominus. Nec obstat Antonini vox in *l. de precariis ad Rhodiam*. Ego Dominus mundi. Non enim ita sensu caruit, ut se dominum orbis totius jactare voluerit, qui nec ipsi, nec ulli antecessorum ipsius unquam patuit, sed hyperbole, aut lyneudoche usus fuit, vulgi more, qui hodieque mundi dominum Imperatorem vocant. Nec audiendus cum aliis quibusdam *Bartolus* *q. 1. l. 1. §. Ex hac. Tit. de rei vendic. & in l. Curiosos populos. C. de summ. Trinit. nō quidem de facto, sed de iure orbis totius dominum proclamant. Revera enim populi quidam à Romanis nunquam subiecti fuere, ut ex rebus gestis illorum, & fidelissimis historiis liquet. v. *Florum l. 4. circa fin. Domini Soto l. 4. de instit. c. 4. art. 2. Bartolus in c. Hadrian. dist. 63. Azor II. l. 10. c. 7. unde Prosper l. 2. de vocat. gent. c. 6. Gratia Christiana non contenta est eisdem limites habere, quos Roma, multosque populos sceptro crucis Christi**

subdidit, quos animis suis ipsa non domuit. Et Leo Papa in serm. 1. de Apost. Romanam alloquens dicit. *Vt latius praesideres religione divinā, quā dominatione terrenā.*

III. Quia igitur extra territorium suum jus dicere nemini licet. *c. Cum animar. de constitut. in 6.* Juris Romani eisdem, & imperii fines esse liquet; eam nimirum orbis partem, quæ ab Imperatore leges accipit, quæ hoc tempore multo, quàm olim contractior est, avulsā nimirum Gallia, Hispaniā, Britannia, Hungaria, Sarmatiā, Illyrico, Italiā, Indiā, aliisque provinciis, quarum magna portio barbaris & infidelibus Dynastis patet. Quocirca Imperatorum, aliorumque Principum etiam Christianorum sic limitata potestas est, ut non nisi suis subditis quilibet imperet; de personis ac rebus ecclesiasticis nihil disponat. *c. Ecclesia S. Maria. de constitut.* nisi quantum à Sede apostolica ipsis indultum fuerit, ut in sequentibus magis explicabitur.

II.

DIFFERENTIA 2.

Ius Canonicum indistinctè aufert laicis potestatem de personis, & rebus ecclesiasticis disponendi contra tit. Cod. de sacrosanct. eccles. & alios similes. Decianus l. 2. c. 18.

I. Multa olim post Christi fidem & doctrinam susceptam orthodoxi Imperatores præsertim Justinianus de rebus & personis ecclesiasticis constituerunt, quæ longum, & ingratum fuerit sagillatim enumerare. Consulatur, cui oritur, & voluere est in *Cod. tit. de sacros. ec-*

cles. rebus, & privilegiis illarum. De Episcopis, & clericis. Orphanotrophis, Xenodochiis, Prochorophis, Asciteriis, Monachis, & privilegiis eorum, de redimendis captivis, nuptiis clericorum, vetricis, seu permissis, de episcopali audientia, de diversis capitulis, quæ ad jus, curam,

ram, ac reverentiam pertinent episcopalem, de hæreticis, Manichæis, & Saracenis, de baptismo, de Apostatis, de Christi cruce, de Judæis, paganis, templis, & sacrificiis illorum, de his qui in Ecclesia manumittuntur, & hujus generis alia passim obvia, quæ excusatione indigent, quemadmodum post alios *Cardin. Baron.* annotavit ad Annum Christi quingentes. vicel. octavum, dignus, qui audiatur. Cùm vidisset *Justinianus*, ait, multisque exemplis didicisset, nullam esse ecclesiasticorum Canonum observantiam, principes fidei catholice parum studiosos, hæreticorum arbitrio euncta misceri atque confundi, evenitque interdum, ut Constantinopolitana Ecclesia hæretici antistites præficerent, penes quos nulla penitus esset canonum sacrorum observatio, sed studium tantum privatae fortunæ; hæc, inquam, considerans illud sibi arrogandum putavit, quod aliis inconcessum, ut plures de rebus ecclesiasticis, ac personis ederet sanctiones, quibus coerceri possent effrenes hæretici, & schismatici, probè sciens, justis non esse positam legem, sed prævaricatoribus. Hæc ad aliquam Justiniani excusationem facere posse videntur, dum sacrarum legum conditorem agit, de sacerdotibus leges ferre, in eosque pœnas statuere præter jus fasque præsumens: quibus illud fortè aliquis non incongruè adijcerit, cùm ipse homo fuerit planè illiteratus, & Tribonianus, cujus operâ in condendis legibus utebatur, ethnicus, par est credere, omnes ipsius constitutiones ecclesiasticas Epiphanius fuisse Constantinopolitani Episcopi, & successoris ipsius Men-

næ, quas voluerint edi nomine Imperatoris, ut validioris observantiae essent, probè scientes fore, ut omnes provinciarum præfecti in earum jugem custodiam invigilarent; adeo, ut non mentiantur, qui dixerit, per Justiniani osepiscopos Constantinopolitanos locutos esse. Adde illud quoque, quod ex ipsarum constitutionum verbis apparet, in sanctionibus illis non tantam sibi vindicare auctoritatem, ut se dicat de rebus sacris, potiusve agere Imperatoris auctoritate, sed potius ex illorum præscripto canonum, ut non se conditorem, sed potius præferat executorem, atque custodem, in *Novella constitut. 3.* ubi ait, quod nebitur debatur bene, & competeret habere, & regularum sacrarum dignè, &c. sed in *Novella 6.* illis verbis: Hoc autem sacrarum credimus, ut sacrarum regularum observatio custodiatur, quam ipsi laudandi Imperatores, & ministri vestri DEI tradiderunt Apostoli, & sancti patres custodierunt, & explanarunt. Scimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, &c. Item *Novella 133. & 7.* in quibus id ipsum pluribus monet. Sed & *Innocentius Papa* ex ejusdem Imperatoris legum relatione testatur, ea, quæ de his promulgare edicta, facere consuevit, ex episcoporum consensu. Sic igitur, cum in his tradendis tum ipse, tum alii Imperatores, tantum se custodes, & executores sacrorum Canonum habuerint, nihil planè est, ut ab ipsis promulgare imperari debeant sanctiones. Quod si alio quis illorum titulo id sibi sumperit, & Imperatoris auctoritate temere arrogaverit, tunc illud Justinii martyris in Antianum Pium dictum opportunè inculcatur.

dom erit. Tantum principes opinionem veritati preferentes valent, quantum in solitariis locis prædones.

II. Hactenus annalium sacrorum celeberrimus Scriptor, ea relegens, & conscribens, quæ in sacris Canonibus de auctoritate sæcularium Principum in rebus & personis ecclesiasticis sancita sunt, potissimum *Distinct.* 96. quæ inscribitur De sæcularis potestatis iure in rebus ecclesiasticis, & l. 2. *Decretal. tit. 2. de foro compet.* Verum ut compendio omnes videant, quibus terminis principum laicorum circumscripta potestas sit, certis conclusionibus exponam.

Prima est, Jurisdictio ecclesiastica nec Imperatori, nec ulli laico principi per se competit, *c. Causam, de prescript. c. Tua, de decim. c. Messana, c. Sacrosancta, de elect.* unde *S. Ambrosii, l. 5. epist. 33.* Nolite gravare, Imperator, ut putes te in ea, quæ divina sunt, imperiale jus aliquod habere; sed si vis divinitus imperare, esto Deo subditus. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotes Ecclesia: publicorum tibi maximum jus concessum est, non Ecclesiæ. Simili modo *Hosius* episcopus apud *S. Athanasium* Constantino Imperatori locutus est. Tibi Deus Imperium commisit, nobis, quæ sunt Ecclesiæ, concedidit: & quemadmodum, qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ; ita & tu cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens magno criminis obnoxius. *S. Ignatius quoque epist. 6. ad Philadelphenses,* Principes obediant Cæsari, milites principibus, presbyteri, Diaconi, & reliquis clerus unâ cum populo univærso, militibus, principibus, ac que Cæsares ipsi episcopo pareant.

Secunda, leges sæcularium principum de rebus, aut personis ecclesiasticis nullam vim & obligationem faciunt, nisi ab Ecclesia approbentur. *Innocentii III. oraculum in c. Ecclesia S. Mariae, de Constitut. extat.* Super ecclesiis, & personis ecclesiasticis nulla laicis attributa facultas est, sed eos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: à quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum etiam respiciat commodum & favorem, nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum, *v. Abb. Panorm. ibi n. 10. & alios,* qui communiter idem astruunt.

Tertia, Imperator, & laici principes nullam iure communi potestatem habent disponendi de dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis, *c. Cum ad verum, dist. 96. c. Duo sunt, c. Imperator. ead. nec consuetudo prodest, c. Messana, c. Sacrosancta, de elect. nec prescriptio, c. Causam qua, de prescript.*

Quarta, Principum laicorum leges, quæ clericorum simul, & laicorum utilitatem concernunt, eatenus obligare personas ecclesiasticas possunt, quatenus continent aliquid juris naturalis, vel Canonici, *c. Non minus, de immunit. eccles. sily. v. Immunitas l. q. 5. §. 4.* Nam clerici sunt quidem cives in favorabilibus, sed exempti, *v. Az. or. l. l. §. c. 13 q. 8.*

Quinta, illis legibus sæcularium principum obligari posse clericos probabilis est, quæ non repugnant statui Ecclesiæ, & faciunt ad conservandam pacem, ac tranquillitatem publicam, quemadmodum diximus in *summa iur. Canonici, part. 1. tit. 1. §. 3.*

Sexta, nulli laicorum principum clericos quantumlibet reos per se, & regulariter judicare, & punire licet. c. 1. &

seq. de foro comp. Boz. de iure statu. l. 2. d. 17. Decian. l. 4. c. 9. Bellarm. l. 1. de Cl. r. 2. Coron. in Comp. Diana v. Iudex laicu.

III.

DIFFERENTIA 3.

Secundum leges civiles rigor locum habet; I. Si quis. C. Vnde vi. secundum Canones vero equitas. c. Adhuc, de dol. & contum. Galvanus n. 7.

I. Rigor est juris excessus, sive austeritas, improborum hominum terrore inventus, qui tunc maximè sentitur, cum litera tenaciùs inhaeremus. Unde natum vulgare illud, *summum Ius, summa iniuria*. Adeoque oppositam habet aequitatem, à qua benigna & humana ducitur interpretatio. l. *Pantonius. Tit. de acquir. hered. l. Si ita scriptum. Tit. de liber. & posthum. l. 1. §. qui operas. Tit. ad Tertull. Tiraguell. fusè de retractu, § 35*. Hinc igitur legum, & decretorum habemus mitigationem, circumstantiis rerum, temporum & personarum congruam, teste Philolopho l. 5. *Ethic. c. 10.* quemadmodum post alios *Fortunius, & Budaeus* annotarunt.

Cæterum hoc loco cum habere locum rigor in jure civili asseritur, non est intelligendum universè, per omnia, & in omnibus, sed accommodatè in materia legis citatæ *Si quis in tantum. C. Vnde vi*, ubi Impp si quis possessionem rerum apud Fiscum, vel apud homines quoslibet constitutarum ante adventum judicialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & dominium ejusdem rei amittat: si verò alienarum

rerum possessionem invaserit, non solum eam possidentibus reddat, verum etiam æstimationem earundem rerum restituere compellatur. Idem de finibus dicendum monet *Glossa Gottsfredi*. Nam de finibus litigans si nondum finit à lite locum, de quo est controversia, occupaverit, & postea victus fuerit, alterum tantum victori præstet: si locus ipsius proprius fuerit, sufficit eum loco ipso excidere.

Hujus legis rigorem non esse in ecclesiasticis rebus servandum *Alexander III.* statuit in c. *Adhuc, de dolo & contum.* nimirum, quando reus caver, se intra annum iudicis arbitrio pariturum. Dicimus, ut in ecclesiasticis personis & negotiis rigor, & districtio juris non requiritur: sed cum iustitia propter hoc non periclitetur, patienter admitti debet, cum reus per cautionem standi iudicis se astringat. Ecce tibi moderationem contra prædictam legem, & insuper l. *us. Tit. Si quis in dicenti.*

II. Fallit tamen *primò*, quando prædictus ecclesiasticus in eodem genere delinquit, alienando scilicet bona ipsius mensæ addicta. Privat enim jure, quod illis habebat, quamdiu vivit. Nec immerito

ritō, quia non tantū contra sacros Canones, præteritū Pauli II. Constitutionem, Ambitiosè peccat, sed insuper juramentum violat, quo se possessiones mensarum addictas non alienaturum summo Pontifici promittit. v. Layman l. 3. Tr. 4. c. 10. n. 9. & Barbof. in summa Decisionum Apostol. v. Alienare n. 7. ubi docet, alienationes omnes rerum ecclesiasticarum in damnium ecclesiarum, vel non servatis solemnitatibus factas irritas esse per Constitutionem Pauli IV. quæ incipit: *Iniunctum nobis*, quam innovat Pius IV. Constitut. xi. quæ incipit: *Provida*, apud Laërtium Cherub. Tomo 1. Bullarii pag. 729. & Tomo 2. pag. 21.

Fallit secundò, quando Prælati una cum Capitulo, seu communicato consilio ita deliquisset, invadenda res ecclesiarum, aut monasterii. l. *tubemus*. 14. C. de sacrosanct. eccles. ubi decernitur, patrimonium Ecclesiarum perpetuum esse debere, nec ullam alienationem (quo nomine, venditio, donatio, permutatio, & simil. continentur) sive res mobilis, sive immobilis fuerit, valituram, nisi servatâ juris formâ,

& præscriptâ solemnitate fiat. Nec dixeris dispositionem prædictam soli Constantinopolitanæ majori Ecclesiarum factam esse, quemadmodum textus manifestè indicat. Quamvis enim ea Justiniani ab initio mens fuerit, pauld post tamen ad reliquas ecclesias majori subiectas, & denique ad alias omnes ubicunque locorum in Imperii provinciis constitutas extensa est teste Gottofredo in notis suis, & patet ex Auth. annexa. Hoc ius porrectum est ad omnem venerabilem locum, omne que collegium, quod a cetero pia constituit, ut nec eorum res pignorentur. v. Novell. 120. c. 7. Socinum in Reg. 110. Ecclesiarum res absque solemnitate regulariter non alienentur, ad quam plures exceptiones enumerat, & confirmat, de quo à nobis alibi actum est, in summa Jur. Can. nimirum Par. 2. tit. ult. & infra iterum occurrit occasio declarandi. Legi potest præ aliis Molina Disp. 465. & seqq. Less. c. 24. Dub. 11. Zerola in Praxi episc. Par. 1. v. Alienatio. Comitol. l. 3. q. 19. Valens. l. 3. tit. 13. §. 5. Lancelor. l. 2. sum. tit. 27.

IV.

DIFFERENTIA 4.

Quæ sunt meri & mixti Imperii, iure Canonico delegari possunt. c. Quod ledem. de off. ordin. c. In Archiepiscopatu. de raptoribus. secus iure civili. l. 1. Tit. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio.

1. Imperium. Tit. de jurisd. omni. Iudic. Bartol.

20. Ioann. Bapt. à S. Blasio 6.

IMerum imperium Vlpiano est, habere gladii potestatem, ad animadvertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. l. 3. Tit.

de iurisd. omni. Descriptio, an definitio sit, nostra quidem hinc nihil interest. Litigant apud Fachinaum l. 9. contrav. Juris interpretes. c. 94. Esto gladii potestas primarius

rius

rius actus, cum certum sit gradibus distinguere, quorum primus maximi Imperii vocatur, continetque potestatem belli decernendi, leges condendi, & similia. Ad secundum, qui majoris Imperii nomine insignitur, pertinet facinorosis supplicium capitis, mutilationis, vel exilii definire. Huic in foro ecclesiastico respondet potestas excommunicandi, degradandi, &c. non ad instantiam aliorum, sed motu proprio. Ad tertium gradum spectat potestas igni & aqua interdicendi, in insulam deportandi, diciturque minor capitis diminutio, quâ jus civitatis amittitur, sed libertas retinetur. Quartus gradus vocatur parvi imperii, estque potestas relegandi, torquendi, puniendi corporaliter citra mutilationem, cujusmodi poenis etiam Ecclesia delinquentes perstringit. Ad quintum & sextum gradum pertinent minora, cujusmodi est multa pecuniaria, & coercitio modica. Simili fere modo Imperium mixtum, cui etiam iurisdictio inest, dividitur, quemadmodum in *summa Iuris Canon. part. 3. tit. 1. §. 1. explicavimus.*

II. His positis, Jure Canonico & merum & mixtum Imperium delegari, Bartolus probat ex *c. Quod sedem, de offic. ordin. ubi Innocentius III. Turonensi Archiepiscopo rescribit, licere Archiepiscopo, qui impeditus est, alicui episcopo committere vices suas consecrandi suffraganeorum suorum aliquem. Ubi Felinus, Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui suffraganei alteri committere, & consecrandus teneretur munus consecrationis ab illo recipere, adeoque Regulam (*Quae meri imperii sunt, non delegari*) fallere, quando ordinarius*

est impeditus, ut latissime per Altedrum referentem omnes in *l. 1. de off. eius, cui mandat. est iurisdictio. Idem in Pastoralis officii eod. tit. astruitur, cum edito, invitum compelli non posse suscipiendam delegationem. Pro eodem allegatur, *c. In Archiepiscopatu, de rapin. Item c. fin. Ne clerici, vel monachi in ob. clarè dicitur, episcopos delegare potest causas sanguinis, quæ procul dubio ad merum imperium pertinent. Neque id tantum, ut Fachinam *l. 9. c. 99. interpretatur, quia episcopis non permittitur causas sanguinis agitare. Ecclesia enim ratione proprii finis, qui est animarum salus in ejusmodi negotiis lento passu incedit, patiturque non gravatè à pluribus tractari, quæ ad justitiæ conservandam conducunt, & Ecclesie profunt. Glos. *c. In Archiepiscopatu, de rapin. Special. tit. de iurid. omn. iud. §. 1. Varius de nullitate. §. Ex defectu iurid. deleg.****

III. Alteram partem (merum Imperium Jure civili non delegari) Everardus Bronchorst in *Centur. 1. Enantioph. ff. 11.* ita proponit, & confirmat. Quæcumque specialiter, hoc est, nominatim, & expressè lege, S. C. vel constitutione principum tribuuntur, ea non possunt alteri committeri, *l. 1. Tit. de off. eius, cui mandat. de iurid.* Tale est merum Imperium, quod specialiter lege datur, nec competit comparatio jure magistratus, ideoque ab eo non datum est, alteri delegari nequit, *l. Non potest, 70. Tit. de Reg. iur.* Ratio est, quia specialiter potestas meri Imperii, minus disceptatio, coercitioque, cum in certis magistratibus ob singularem sedem, & industriam ad hoc electis concessa est. Cum enim antiquitus non lice-

ter in ius populi in civis Romani caput animadvertere, l. 2. Tit. de orig. iur. ideo exercitio meri Imperii, à populo, vel principe legibus publicorum iudiciorum certis magistratibus tributa fuit, arg. l. Alia, de verb. signif. Majus enim negotium majoribus nostris vitum fuit, delibere hominis capite constituere, quam ut cuiusvis magistratus arbitrio permitteretur, qui non etiam à tota Rep. mandatum accepisset.

Limitant tamen DD. quòd delegari

possit merum Imperium in casu absentiae per dictam l. 1. Tit. de off. eius, & c. in v. Non aliter mandare poterit, quam si abesse ceperit. Verum hoc non universè, sed in crimine violentiae factae tantum obtinet, juxta l. Iuliam, de vi. Cujus poena, maxime si vis privata sit, non fuit capitalis, sed tantum ademptio tertiae partis bonorum, l. 2. Cod. ad l. Iul. de vi. Ita Bronchorst. Socin. Reg. 84. & Covarr. l. 3. Variar. c. 20. ubi praeter aliis omnibus exactissime discutit praesentem controversiam.

V.

DIFFERENTIA 5.

Rescriptum principis, & Papa non extendit se ultra unam diœtam, c. Nonnulli, de rescript. c. Statutum, §. 1. cod. in 6. Quod jure civili non invenitur, Ioann. Bapt. de S. Blas. 98.

I. Responsis prudentum, quae de rebus controversis olim interrogati principum permissa reddebant, eorundem principum rescripta successerunt, quasi dicas, per literas responsa, quibus illi vel ad libellos praesentium, vel ad magistratuum absentium consultationes, quid sibi de ea re fieri placeret, declarabant, l. Rescripta, c. de precib. Imper. offerendu, §. Responsa. Institut. de iur. Natur. Eorum, quae à summo Pontifice emanant, alia sunt realia, alia personalia, alia contentiosa, alia ad lites, alia gratiosa, de beneficiis ecclesiasticis scilicet: alia iustitiae, alia in forma communi, alia in forma pauperum. Coman. l. 1. c. 15. Barbof. in c. Responsa. Dist. 2. Silv. & Zerola in v. Rescriptum.

II. De contentiosis seu forensibus in Aninomia.

c. Nonnulli, citato Pontifex constituit, ne quis extra diœcesin suam per literas Apostol. ultra duas diœtas, id est, bidui itinere locum distantem ad iudicium trahi possit; nisi de assensu partium fuerint impetratae, vel expressam de hac constitutione mentionem faciant. Quae indulgentia in c. Statutum hoc tit. in 6. restringitur ad unam dumtaxat diœtam. Verba sunt: Cùm actor & reus civitatum & diœcesium fuerint diversarum, si actor in civitate vel diœcesi rei iudicem habere recuset, ipsum non in sua, sed in alia civitate vel diœcesi liberè impetrare valeat, reumque trahere ad eundem, dummodo locus, ad quem eum traxerit ultra unam diœtam (sicut in casu alio permittitur) minimè sit remotus. Ita Bonifacius VIII. consultum cupiens reis, qui ad

B remo

remotiora loca venire coacti præter familiaræ neglectam administrationem expensis parum necessariis gravarentur. Hoc in nulla Imperiali lege reperitur

cautum juxta propositam à Ioann. Bapt. à S. Blasio Differentiam, v. Barbof. in c. 2. de Rescript. in 6.

VI.

DIFFERENTIA 6.

In omni rescripto Papa subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur, c. 2. de Rescript. Iure civili autem exprimenda est, l. Vniverla rescripta, C. de divers. rescript. Ioann. Bapt. à S. Blasio n. 2. Decian. l. 2. c. 21. n. 25.

TAmeti vulgò jactetur longas regum, ac principum manus esse, quia ministrorum & syndicorum numero abundantant quidlibet deferentium, sæpenumero tamen circumventi, ac deludi fraudibus compertum est, dum ingenitâ sibi simplicitate, candore quæ animi, aliorum ingenia æstimant, victi quæ importunitate postulantium, quæ minimè vellent, annuunt, c. fin. de rescr. in 6. c. 1. de relig. dam. Quamobrem cautela reperta est, & utrique Juri quamvis diversimodè inserta, Principum rescripta sic demum valitura, si preces veritate nitantur. Hinc editum illud legis citatæ, univèrsa rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet Judicem manaverint, quæ vel annotatio, vel quævis pragmatica sanctio nominetur, sub ea conditione proferri præcipimus, si preces veritate nitantur. Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in judicio assereret veritatem, nisi quæstio fidei precum imperiali beneficio monstretur inserta. Additur pœna transgressoribus, ut quæstor, & ministri scriniorum, qui sine

præfata adjectione qualescunque rescriptum dictaverint, & Judices, qui susceperint, reprehensionem subeant; qui vero illieitè dictata scribere ausi fuerint, cujuscunque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adjutores primitivè remissione cinguli feriantur. His consonat Præteritum in Onomastico, Rescriptorum omnium, civilium & pontificiorum præma, communis quæ lex est, si preces veritate nitantur. Quæ conditio, etsi non adiciatur, subaudiri tamen jubet Pontifex in c. 2. de rescr. Sed & adjiciendam eam, alioqui rescriptum rejiciendum. Zeno Imperator constituit, l. fin. C. de divers. rescr. Quid enim indignius, & nocentius, quàm cupidorum & fallacium hominum postulationibus annuendo innocentium jura lædere, pacem turbare, negotia confundere, rotam quæ Reip. statum perturbare? Furcam, non gratiam fraudes merentur, & falsis hominibus vera supplicia debentur, v. Andr. Gaill. l. 1. observ. 14. Barbof. Tract. de claus. n. 166. Comit. l. 1. q. 104. Vallens. l. 1. tit. 3. §. 2.

VII. Dis.

VII.

DIFFERENTIA 7.

Iure Canonico mala grammatica vitiat rescriptum Pape c. Ad audientiam II. de Rescript. Iure civili autem non vitiat rescriptum Imperatoris. Bapt. à S. Blasion. 700.

I. Clari capitis tenor est, ad audientiam nostram pervenit, quod H. de S. Stephano super absolute tua literas tibi, ut primâ facie videbatur, apostolicas præsentârât, quibus, quoniam manifestum continens in constructione peccatum, fidem te nolumus adhibere. Vbi in aque Glossa: In literis Papæ non debet esse vitium latinitalis, ne vitientur. Vitium intellige in ratione Syntaxis potissimum, quæ per nullam Grammaticæ, vel orationis figuram defendi possit. Abb. in c. de iudic. Felin. in c. Ad audientiam 1. de Rescript. Innoc. in c. Ex parte, de fide instrum. Quod etiam in rescriptis laicorum principum locum habere Bartolus existimat in l. Plautium, Tit. de aur. & arg. leg. Bald. in l. Eam, quam, C. de fideicommiss. Idem non attendi in confectioe testamentorum, legatis & similibus, ex multis legibus constat, l. Imperator Titus, Tit. de statu hom. l. Qui habebat, Tit. de manu. miss. testam. l. In legatis, C. de legat.

O in verbo spoliârunt, respondit, hoc non obstante, in negotio iplo præviâ ratione procedendum esse, sic intelligi debet, propter modicum defectum, qualis est unius literæ, non vitari rescriptum, cum ex præcedentibus, & subsequentibus intelligi possit mandantis intentio. Deinde quodocunque de mente rescribentis constat, nihil obesse errorem latinitalis. Archidiaconus, in c. In memoriam, Dist. 19. & alii DD. in c. Ex parte, de fide instrum. post Cardinalem in Consil. 95. ita explicantes, c. Inter dilectos ibid.

Quod autem magis attendatur in rescriptis summorum Pontificum, Ratio per Glossam redditur, quia ejusmodi rescripta per multas manus transeunt, & magnâ maturitate decoquuntur, c. Apostolica 35. q. 9. Atque ita nullum vitium continere debent, v. Tuschum litt. M. Conclus. 199. Barbof. axiom. 148. Farinac. Part. 6. q. 153. n. 151.

* *

II. Quod verò in c. Ex parte, de fide instrum. Honorius III. interrogatus, an rescriptum valeret, in quo deerat litera

Jurisdictio secundum leges de persona in personam prorogari potest, l. 1. Tit. de jud. secundum Canones verò non prorogatur, c. Significati de foro comp. Bartol. 175. Canis 13. Decian. l. 22. c. 22. n. 3.

I. PRorogari vulgò dicitur, quod pro ducitur, vel extenditur, *Vlpian. l. 2. §. 3. Tit. de iudic.* Apud Interpretes fori mutatio est, quæ fit de tempore, loco, persona, ad tempus, locum, & personam. *Coras. l. 1. de iud.* Ad personalem prorogationem duo requiruntur, primò partium consensus. *Alexand. Consil. 64. n. 5. l. 3. Secundo*, ut is, in quem fit consensus, jurisdictionem habeat, & de numero Judicam sit, *l. 1. §. 2. Tit. de iudic. & l. 1. C. de iuris. omn. iud. ubi Gloss. Gotofredi. Incompetens iudex habens tamen jurisdictionem, partium consensu fit competens. Item Privatorum consensus iudicem quamvis incompetentem, & incongruum competentem facit, si modò eum adierint, l. 4. Tit. de arb. l. 1. Tit. de iud. l. 15. §. 4. Tit. ad Trebell. Ad constituendum verò iudicem, qui extra iudicium classem sit, nullus partium consensus sufficere potest, l. 1. C. ubi de crimin. Talis igitur prorogatio Jure civili permittitur tam in civili, quam in criminali causa, ut *Iul. Clarus tradit §. fin. q. 4. 2.* quod de criminali non omnes admittunt apud *Decianum l. 4. c. 23.* Nam *Bald. in Auth. Si qui ex consensu, C. de episc. aud. n. 6.* Ego, inquit, teneo, quòd in causis criminalibus non possit prorogari jurisdictio iudicis in-*

competentis, quoad generandum præjudicium competenti, & suæ reip. cui debet pœna applicari quia jus publicum partium privatorum mutari non potest, *l. 1. in publicum. Tit. de pact.* Verùm hæc ad controversia non spectat, & admitti conciliatio potest, quam loc. cit. *Decianus* exponit. Ad propositum veniendo clericus Judicis sui, id est, ecclesiastici jurisdictionem prorogare non posse (sine proprii Episcopi consensu) ex *c. Significati de foro comp. past. antiquiores Canonistas docent Anton. de Matth. Tr. de prorog. n. 14. Bern. VV ames præf. forens. l. 3. col. 12. n. 2. Anguian. de legib. l. 3. contr. 26. 8. Carlav. de iudic. l. 1. tit. 1. disp. 2. §. 2. n. 1075. monens, ad Abbatem, vel alium habentem jura episcopalia, & jurisdictionem quasi episcopalem, non verò ad episcopum spectare, ut consensum prorogationi à clerico factæ prædicti Subdit præterea episcopum, & archiepiscopum non posse prorogare jurisdictionem Judicis non sui absque consensu suorum superiorum, quod de exemptis quoque dicendum, quibus summi Pontificis necessaria licentia est:*

Limita quoad contractus, & delicta. Nam si alicubi clericus contra & cum in-

vel delinquendo incidit in manus extra-
nel Judicis, re ipsa in illum prorogasse
conferat cognoscendi & decidendi offi-
cium, nec formidanda illi iudicis sui in-
dignatio, aut requirenda licentia fuerit,
*c. Dilecti, de foro compet. Maranta de ordine
iudic. part. 4. dist. 12. Carol. Decis. 52 n. 24.
Carol. de Grassis, de effectib. clerical. 1. n. 67.
Sigism. Scaccia de sent. & re iudic. Gloss. 7.
q. 3. limit. 1. Carlavall. l. 1. tit. 1. Disp. 1. q. 8.
f. d. 2. Barbof. in Praxi exig. pension. q. 3. init.
& in Præmiss. ad a. significasti, de foro
comp.*

II. Non requiritur tamen ubique &
semper consensus explicitus. Consensus
enim, de quo textus *c. Significasti*, loqui-
tur, non est propriè dictus consensus, sed
pro voluntate accipitur, quæ quidem vo-
luntas satis apparere creditur & per fa-
ctam, & per conjecturas, & per alios mo-
dos, ut pluribus exponit *Barbof. in Tract.
de clausul. n. 140. & 147.*

Monet inluper *Iul. Clarus in §. fin. q.
42. n. 3.* quando per inquisitionem proce-

ditur, non esse locum prorogationis.
Bald. in l. 1. C. ubi de crimine agi oportet,
eamque communem opinionem *Soci-
nus* vocat. Cum enim in hoc iudicio in-
stituendo non interveniat aliqua parti-
um, sed *Judex tantum*, & infamatio, ab-
surdum est cogitare, aut dicere, quod *Ju-
dex à seipso* possit jurisdictionem pro-
rogare; nec minus absurdum, quod fama,
quæ res inanimata est, in *Judicem* non
competentem consentire, eique jurisdic-
tionem tribuere possit, *v. Tiber. Decian.
l. 4. c. 23 n. 5.* ubi contrarium tenere vide-
tur, nimirum, si *Judex ordinarius* com-
petens non inhibeat, sed consentiat, pro-
rogationem obtinere etiam in calu in-
quisitionis. Addit, loco consensus etiam
sufficere ratihabitionem, teste *Baldo in l.
Falsus, C. de furtis, & l. 1. Si anò compet. iud.*
Si autem nullo modo consentiat, non
attentâ prorogatione, ordinarius *Judex*
inquisitioni insistet, quantum sibi neces-
sarium & utile videbitur, *v. infra Diff.
CXLIII.*

IX.

DIFFERENTIA 9.

*Jure civili per solam litem contestationem perpetuatur jurisdictione delegatis;
Jure Canonico autem citatio sufficit, vel rescriptum, c. Gratum,
de off. deleg. c. Licet, & c. fin. cod. Bartol. n. 14.*

I. *Delegatus* *Judex* dicitur, qui juris-
dictionem non suo jure, sed ab
alio sibi commissam ipsius nomine ex-
ercet. *Tit. 10. tit. de off. eius, cui mand. est iu-
risd.* Nec idem genus omnium, aliqui
delegati juris sunt, & alii ab homine
constituuntur. Delegati juris in certis ca-

sibus sunt episcopi, *c. Irrefragabili, de of-
fic. ordin. Concil. Trid. sess. 5. c. 1 sess. 2. c. 2. &
3. de reform. sess. 13. c. 5. de reform. sess. 14.
c. 4. sess. 21. c. 3. 5. 6. & 8. de reform.* Ab ho-
mine constituti dicuntur, quos aut sum-
mus Pontifex, Patriarcha, Metropolita-
nus, aliusve prælatus, vel princeps desi-

B 3 gnat:

gnat: qui lubinde univ[er]sitatem causa-
rum, lubinde partem duntaxat illis com-
mittunt, v. *Speculator. in tit. de iud. deleg.*
Marant. Part. 4. de ord. iud. §. Quinta,
n. 4.

II. Hocposito priorem partem (de-
legati jurisdictionem solâ litis contesta-
tione perpetuari) videtur roborare, *lex.*
Et quia, Tit. de iurisd. omn. iud. ubi Paulus
IC. si is, qui mandavit, jurisdictionem
decesserit, antequam res ab eo, cui man-
data est jurisdictione, geri cœperit, solvi
mandatum, Labeo, ait, sicut in reliquis
causis. Gloss. in v. Antequam, quærit, quan-
do & qualiter incipiat geri jurisdictione?
Lite contestata, respondet: Non enim
cœpta videri potest ante litem contesta-
tam, cum & Judex possit refutari, & evi-
tari. C. eod. l. Nemo, & infr. de adilit. edicto,
l. Qui sit fugitivus, & de novi oper. nunciat. l.
Stipulatio, §. Opus. Alii dicunt convento
reo per executores, ut veniat, vel per
alium jussu judicis delegati, l. Si non sint, §.
Quid ergo, Tit. de aur. & arg. leg. Sed prima
opinio tutior est, communior sanè.
Quamvis enim citatio judicii basis sit,
§. fin. Inst. de pœna temerè litig. & c. Quoni-
am contra. de probat. Socin. Tract. de citat.
artic. 2. Specul. eod. tit. §. 1. p[ro]p[ri]è tamen
judicium à litis contestatione incipit, per
text. c. Super questionum, ubi Gloss. in v. Litis
exordium, de off. & potest. iud. deleg. Felin. ibi
n. 6. l. Is, qui se obtulit, Tit. de rei vendicat.
l. Cum fundus, Tit. Si certum petatur. Iason
ibid. n. 4. & ante litis contestationem non
dicitur quis petere, sed agere, & petere
velle, l. Amplius, Tit. Remratam habere. Pa-
norm. in c. 1. de iuram. calumn. Gloss. notab. in
l. Et quia, superius allegata. Præterea ante
litis contestationem opponi contra a-

ctorem exceptiones possunt, vel quod
non habeat personam standi in iudicio,
vel alia quælibet fori declinatoria, *Inter*
litigantes, Tit. de iudic. Marant. Part. 6. in
dicior. de except. Sed sine auctore non lib-
sistit iudicium, c. Forus, de verb. signifi. leg-
tur ante litis contestationem iudicium
fundatum non est. Bald. in Auth. Clerum,
n. 8. C. de episc. & cler. Atque ita latis con-
firmata videtur prima pars, v. Gal. l. 1.
Obs. 72.

III. Posteriores (quod jure Canonico
citatio, vel rescriptum sufficit ad pe-
dicis delegati jurisdictionem pe-
tuandam) probat Rubr. c. *Gratum, de of-*
delegati. Si delegatus citavit ante mor-
tem delegantis, perpetua est ejus iuri-
dictio. Additur inibi causa, quia citatio
ne factâ negotium est quasi cœptum, &
præcipuè si delegatus non est certus de
morte delegantis: unde legitime potest
in causa procedere. Glossa ponderat
particulam quasi ideo adjectam ceteris,
quia quantum ad perpetuandam iurisdic-
tionem cœptum est negotium, sed
quantum ad litis contestationem non est
cœptum. Unde successor impetrans po-
terit convenire reum mortuo impetra-
te, monet autem Franc. Leo in thes. juris
cles. Part. 2. c. 17. n. 52. ad inducendam iur-
pendentiam non sufficere, quod citatio
emanarit, sed requiri præterea, ut ad par-
tem pervenerit, juxta Gloss. & Abb. in c. de
latum, de off. deleg. Felin. in c. Causam, qua-
to. de testib. & tunc mortuo delegato
non expirat jurisdictione delegati, qui-
res non est integra, c. Relatum, & c. de
off. deleg. Est observandum quoque in
citationi factâ à Judice delegato infer-
tur tenor rescripti. Neque enim citam

comparere tenetur, nisi de commissione delegato facta certus sit. Innoc. in c. Praterita, n. 1. Hostiens. ibid. de dilationibus. Marantia Part. 6. tit. de citat. Andr. Gail. l. 1. c. 6.

serv. 48. n. 6. Vallens. l. 1. tit. 29. § 4. & 5. C. inf. l. 1. Summa tit. 18. Menoch. de arbitrar. q. 67. Vallens. l. 2. Paratis. tit. 2.

X.

DIFFERENTIA 10.

Episcopus secundum Canones in omni loco diocesis sue sedere, & iudicare potest, c. Cum episcopus, de Off. ordin. in 6. Secundum leges autem Index ordinarius in loco majorum suorum iudicia exercere debet.

l. penult. Tit. de just. & iure. Bapt. à S.

Blasio 180.

I. Suppono episcopum in diocesi sua esse iudicem ordinarium, & habere proprium territorium, c. Omnes basilica 16. q. 7. Abb. in c. Cum ab ec. leharum, de off. ordin. ubi docet prater episcopum neminem in diocesi de iure communi habere territorium, unde tota diocesis est territorium episcopi in spiritualibus. Facit ad hoc c. 2. de constit. in 6. & Port. in consil. 99. n. 33 qui etiam cum Glossa in c. 1. §. 6. dist. 6. de person. 11. q. 1. episcopum dicit corporum & animatum iudicem esse eod. consil. 15. Cui etiam consuetudo suffragatur, secundum quam omnes episcopi ad executionem tam personalem quam realem, & tam contra laicos, quam clericos per totam diocesim liberè sine alicujus licentia, vel mandato pro causis ad forum ecclesiasticum spectantibus procedunt, quæ consuetudo est optima legum interpret, ab ea que recedi non potest, l. si de interpretatione, Tit. de leg. c. Cum dilectus, de consuet. Franc. Leo in thes. vel. Parte 1. c. 9. n. 31.

de off. ordin. his verbis exprimitur: Cum episcopus in sua diocesi jurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius diocesis non exempto per se, vel per alium pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas capere. carceri deputare, nec non cætera, quæ ad ipsius spectant officium, liberè exercere possit. Adde c. Nonnulli, de Rescript. ubi prohibetur, quem trahi ultra duas diaras extra diocesim suam, nisi partium consensu literæ fuerint impetratæ: quod locum non habere in episcopis Barbosa notat. Illi enim, ut ordinarii in quocunque loco suæ diocesis possunt causas ad ecclesiasticam forum pertinentes, per se, vel per delegatos suos audire, & à quocunque loco intra illam citare, ad suum, vel delegatorum suorum iudicium trahere. Abb. & alii in clem. de rescr.

III. Pro declaratione Gloss. in c. cit. Cum episcopus notat primò soli episcopo id concedi, quia talis jurisdictionem ordinariam in tota sua

II. Hæc differentia proposita quoad primam partem serviunt, quæ in c. 7.

sua diœcesi habet. Nam territorium est solius episcopi, & non Archidiaconi, aut prælati alicujus, quod prodest reis. Nam si quis extraneus in Archidiaconatu delinquat, ab illo puniri non potest: secus si Archidiaconi subditus sit. Idem de abbatibus dicendum, illi enim non habent proprium territorium. *Secundò*, episcopus in quacunque parte diœcesis suæ sedere pro tribunali posse etiam mutato majorum suorum loco; quod tamen citatæ parti indicandum est. *Tertiò*, capturam quoque in quolibet territorii sui loco facere posse etiam in exemptis. Exemptio enim, nisi specialiter expressum sit contrarium, huic juri nihil derogat.

IV. Idem laico judici non permittitur, sed contrarium indicat, *lex penale*, Tit. *de iust. & iure*. Ubiunque prætor salvâ majestatem imperii sui, salvoque more majorum jus dicere constituit, is locus rectè Jus appellatur. Adde l. 4. Tit. *de in-*

terrog. in iure faciend. Estque consuetudinialis observatio sic necessaria, ut negligenti sententiam irritam reddat. *Judex* enim, ut *Morantia* loquitur Part. 6. *ordine iudicior.* §. *Sententia*, n. 71. quælibet sententiam, debet stare in locis solito majorum suorum, ubi sui antecessores soliti sunt reddere jus. Alias sententia non valeret. l. *Cum sententiam*, c. *de iur. & interloc.* ubi sententia prædictis non declaratur, quia non publice, sed in secreto, seu loco non consueto lata est. Atque ita communiter Interpretatur *leg. cit.* Tit. *de iust. & iur. tradunt* *Hoffm.* in *summ. tit. de iudic.* §. *Qualiter*, *Specul.* *sent. eod.* §. *Vantius de nullitat.* §. *Ex d. process.* n. 81. *Bartol.* in l. 1. c. *de consuetud.* *terus de process.* §. *de sententia*. Accipitur in sententiis apponi hæc clausula *Nos talis index. N. sedentes pro tribunali tali loco, &c.* ubi *Curia regi solet, &c.* *di potestibus.*

XI.

DIFFERENTIA II.

Iure civili consuetudo subsequens præjudicat juri scripto l. de quib. Tit. de leg. Iure Canonico autem ea tantum consuetudo præjudicat juri communi, quæ rationalis, & legitime præscripta est, c. fin. de consuetud. Bartol. 179.

I. **C**onsuetudo secundum *Isidori* metem l. 2. *Orig.* c. 10. & l. 5. c. 3. est Jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. In eundem modum *Tertull.* loquitur *lib. de Corona mil.* ex quo haurisse videtur. Duplicem faciunt DD. facti, nimirum, & juris: de qua re non est nobis anxie laborandum.

Legi potest *Franc. Suar.* l. 7. *de leg. 1.* *Vallonis* l. 1. tit. 4.

Illud potius considerandum, quomodo legem vincat, eamque elidat. *Mores* illi leges, quam *Canones* potest tribuunt, hi limitatam, illæ a *biologian* *Tulian* l. c. effatum est, in l. *cit. de quib. in veterata consuetudo pro lege non*

merito custoditur, & hoc est jus, quod dicitur moribus constitutum Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ sunt, merito & ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes. Nam quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis. Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur Vbi Glossa norandū monet per duo corrigi legem. *Primo* per aliam legē, & hoc planum est. *Secundo* per consuetudinem, §. penult. Institut. de iur. natur. Quod si consuetudo generalis est, generaliter legem vincit, si specialis, specialiter. l. venditor. π. *Communi* prædior. Et hac ulterius per sequentem leg. 3. confirmantur. Ea, quæ longā consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio non minus, quam ea, quæ scripta sunt iura, servantur Item seq. Magnæ auctoritatis hoc jus habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse id scripto comprehendere. Fortis igitur consuetudo est, non tamen ut vincat rationem, & legem naturalem, quæ immobilis & immutabilis, §. Sed naturalia, Institut. de iure natur. S. Aug. l. 83. question. Q. 53. & l. de vera relig. c. 31. Bronchorst. Centur. 1. assert. 9. S. Thom. 1. 2. Q. 66. art. 2. quem alii DD. sequuntur.

II. Canones quoque vim mutandi & extinguendi positivas leges Consuetudini tribuunt, non tamen omni quantumvis longæ, & inveteratæ, sed illi

tantum, quæ rationi consentanea, & legitime præscripta est: in quo iuris pontificii puritas cernitur, dum à cynosura rationis ne latum quidem unguem admittit declinationem, adeoque spiritus vulgi clamoribus nullam recipit consuetudinem, nullos mores approbat, quibus cum rectitudine mentis dissidium sit. Quam præclare Gregor IX. in c. Cum tanto, de consuetud. Nemo sanæ mentis intelligit naturali iuri (cujus transgressio periculum salutis inducit) qualicumque consuetudine, quæ dicenda est verius in hac parte corruptela, posse aliquatenus derogari. Licet etiam longævæ consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel iuri positivo debeat præiudicium generare, nisi fuerit rationalis, & legitime sit præscripta Ita Gregor. ad legem Constantini Imper. respiciens, quæ in c. 4. D. ff. 11. refertur. Consuetudinis, ususque longævi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura memento, ut aut rationem vincat, aut legem. *Silv. v. Consuetudo n. 2.*

III. Porro rationalis consuetudo censetur, quæ honestati favet, peccandi licentiam non præbet, nec communi utilitati perniciofa est.

De præscriptione non una omnium sententia est, nam ex veteribus aliqui immemorabile tempus exigunt, quod moderni omnes damnant. *Gloss. in c. Cum tanto*, cum aliis paucis 40. annorū spatium statuunt, quod locum habere potest in iis, quæ sunt contra jus, non autē in iis, quæ sunt præter jus. Communior itaque opinio est in materiâ Canonica ad præscriptam consuetudinem decem annos

nos sufficere, Ita *Brotol. Rochus, Panorm. Covarr. Navarr. & alii apud Suar. cit. l. 7. de legib. c. 15. n. 2.* ubi etiam rationem addit, quia jura dicunt ad hoc, ut præscripta censeatur consuetudo, sufficere, quod longæva sit, seu longi temporis,

quod est decem annorum. Nec atinet distinguere inter consuetudinem, que contra præsentis, vel abſentes invaluit; cum nulla non præſentibus, & tolerantibus aliis, si non omnibus, valida tamen frequentetur.

TITVLVS II.

De Clericis.

Clericorum nomine continentur, quicumque ordines vel primam tonsuram habent, in quacunque dignitate aut gradu sunt, *c. Cum contingat, de sta. & qual. ex quo ad servitium Dei electi sunt.* Vnde omnes, qui non sunt laici, dicuntur clerici *c. Duo sunt 12. Q. 1. in materia favorabili quoque eo nomine gaudent etiam Episcopi, & regulares: in odiosa vero excluduntur Episcopi, & constituti aliquâ dignitate: Item Canonici, Monachi, & religiosi, c. Quam periculosum, de sent. excom. in 6 & c. Fidei fervorem, de heret. col.* Est enim in ejusmodi personis qualitas super alios, quæ in simplicibus clericis non reperitur. De clericis igitur est ordinis

XII.

DIFFERENTIA I.

Clerici iure Canonico in terris Ecclesie, & Imperii prohibentur docere, & audire ius civile, c. Super specula, de privileg. Secundum leges vero omnibus id licet, arg. l. Nec non, §. Quod eis, n. Ex quibus causis major. Ioan. Bapt. à S. Blas. 34.

I. Verba citati *cap. Super specula, ista sunt: Firmiter interdiciamus (ait Honorius III.) & districtius inhibemus, ne Parisiis, vel in civitatibus, seu aliis locis vicinis, quisquam docere, vel audire ius civile præsumat: & qui contra*

feterit, non solum à causarum patrocinii interim excludatur, verum etiam per Episcopum loci excommunicacionis vinculo innodetur. De mente Pontificis non eadem interpretum, & DD. sententia est. Non pauci censent prohibitionem

hibitionem non concernere alios, præterquam monachos, Sacerdotes, Archidiaconos, Diaconos, plebanos, præpositos, cantores, aliosque personarum habentes, c. *Non magnopere*, & c. ult. *Ne clerici, vel monachi*, cujus idem Honorius auctor est. Aliis de clero Juris civilis studium minime prohibendum esse, licet in sacris sint constituti, aut parochiale beneficium habeant, quemadmodum probat textus, c. *Ne clerici, vel monachi*, in 6. & notat Glossa in v. *Literarum*, c. *Cum ex eo de elect.* in 6. quam singularem vocat, & sequitur Navarr. in *Man.* c. 27. n. 116. Et juxta hanc assertionem intelligestextum cap. *2. hoc tit.* in 6. ubi clericis studentibus Jus civile in scholis Romanæ urbis conceditur privilegium percipiendi fructus in absentia, ut nimiram locum habeat in clericis non sacerdotibus, aut dignitatem habentibus. V. Zerola in *Praxi episc.* Part. 1. v. *Studium*, §. *Primum dubium*.

II. Contra alii universè de omnibus clericis loqui prædictum c. *Super specula*, existimant, ita ut omnibus omnino Juris profani, seu civilis studium prohibeatur. Nam summo Pontifici (ajunt) plenissima concessa potestas est, non solum in ecclesiasticas personas, sed etiam in laicas quoad spiritualia & temporalia, ut disponat, eo modo, quo sibi ad finem spiritualem necessarium esse videtur, c. *Per venerabilem, qui filii sim legitimi*. Ex litera autem perspicuum est, legum civilium restrictionem ideo vetari, quia cleri-

cis ad majora & utiliora destinatis non conducit, sed relicto sæcularium legum studio in sacrarum literarum intelligentiam magno nitu & fervore incumbere eos oportet. Præposterum sane est Theodosii, aut Justiniani Imperatoris circa mundana commercia constitutiones potius inquirere & excutere, quam Christi servatoris nostri, & cælestis magistri saluberrimam, & maxime necessariam doctrinam attendere, sine qua non dico ecclesiæ ministri, sed ne quidem christiani hominis nomen, ac dignitatem obtinere possumus. Quemadmodum igitur supremus Ecclesiæ moderator pontifex boni spiritualis intuitu modum docendi linguam Hebraicam, Arabicam, & similes præscribit in *Clem. 1. de Magistris*, & modum expensarum in gradu cujuslibet scientiæ acquirendo, ita hinc ad eundem spiritualem finem, omnibus etiam laicis vetat Juris civilis studio vacare, ne periculum à sacrarum literarum amore & cognitione avocentur, v. *Barb. in c. cis. Super specula, de privileg.* in 6.

His tamen non obstantibus Zerola in *Praxi episc.* v. *Studium*, §. *Ad secundum*, cum *Abb. & Gomesio* assertit licere etiam monachis Juri civili vacare, si prius addiscant Jus Canonicum, & ad illius intelligentiam postea legibus incumbant. Et hoc etiam à *Sily.* confirmari

videtur in v. *Sci.*

entia.

DIFFERENTIA 2.

Omnis cessio recepta per clericum à laico Iure Canonico presumitur simulata.
 c. Ex parte. de alien. judic. mut. cau. sâ facta. Secus est Iure civili,
 nisi aliter probetur de fraude, vel simulatione, l. per di-
 versas, l. ab Anastasio, C. Mandatur, Ioan.

Bapt. à S. Blasio 96.

I. **C**edere in Iure dicebantur olim, qui dominium rei suæ in alium transferebant, à quo ipsi abibant. *Ulpian. in Epitome tit. 19.* In Iure cedit Dominus, vendicat is, cui ceditur, addicit prator. Hic de ea cessione sermo est, per quam alius alteri Ius suum tradit, sive id in rebus corporalibus, sive incorporalibus fiat. *Gregorii IX. in cita. c. mens est,* prohibere clericis, ne accipiant, emanque causas sæcularium eo fine, ut laicos ad forum Ecclesiæ trahant: factam verò cessionem actionis seu litis à laico non valituram, utpote simulatè conceptam; nisi fortè (quam limitationem interpretes addunt) fiat clerico ut conjunctæ personæ. Clericus enim ratione fori potentior esse videtur eo scilicet casu, quo iurisditionis privilegio coercere laicum potest. *Mascard. de prob. Concl. 558. n. 21. Surd. decis. 22. n. 29.* Nec semper ut invalida rejicitur cessio, sed tunc, quando dubia est illius justitia, & sinceritas.

II. An autem hic, & quomodo Ius ci-

vile à Canonico dissentiat, non laico perspicuum est. Nam in l. per diversas, prohibet Anastasius Imperator, ne quæ actionem, quam habet adversus alium vendat, quia præsumitur, quod sit simulata, & non ve a venditio. Redimere verò litem, quæ est centum, pro 20 non potest agere nisi pro 20. & usuris. Iure cohæredes tamen potest cessione fieri, si creditor accepit à suo debitore nomine sui debitoris, in solutum agere potest. In l. seq. Ab Anastasio contra quosdam, qui prioris legis invertere preceptum nitebantur, eadem prohibitio confirmatur, v. *Tholos. l. 21. c. 20. n. 7.* apud Gallos specialiter prohiberi cessionem actionis in scholasticos, propter privilegia, quibus fruuntur militum, te litem, & affectionis causâ in filios, fratres, aut nepotes scholares. Et hoc & in alios alterius privilegii, non permittitur ex Paris. Senatus decreto.

XIV.

DIFFERENTIA 3.

Iure civili cuiuslibet licitum est pro defensione rerum suarum occidere alium, si aliter rem suam defendere non possit, l. 4. n. Ad l. aquil. l. Furcem nocturnum, n. ad l. Corn. de sicariis. Iure Canonico autem clericis id prohibetur, c. Suscepimus, de homicid. & ibi G. off. Galvan. 90.

Bapt. a S. Blasio 139.

I. Egi 4. cit. verba sunt, si servum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero, nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Vnde interpretes inferunt: Nemo igitur punietur, qui maluit resistere, quam fugere. Nec enim ea lex fugam imperat, quæ vim vi repellere permittit; nec tantum protegere, sed etiam propulsare licet, etiam ministris Ecclesiarum cum sacris vacant, v. Panorm. in c. Clerici, de vita & honest. Clericor. Decium in l. vi. n. 31. n. de iust. & iur. Covar. in clem. Si furiosus, par. 3. §. und. Farinac. par. 5. Q. 125. n. 168. Fachin. l. 1. contr. l. 1. c. 31 §. Postrema. Vbi hanc sententiam verissimam esse pronunciat, omnesque quoad rem ipsam consentire, probatque ex l. Furem, cit. l. Vt allegas Cas. Tit. & l. 1. C. Vnde vi, ubi Imperator moderamen inculpatæ tutelæ requirit. Tunc enim res suas defendit quis cum tali moderamine, cum aliter eas tueri absque periculo suo non potest. Adde c. Insuperfessis, de homic. ibi re tuaque liberando, & c. Dilecto, de sent. excom. in 6. Deniq; l. Furem nocturnum, impunè laturum dicitur eum, qui nocturnum furem occidit, si parcere ei sine periculo suo non

potuit. Sine periculo suo, id est, ex mente Gottofredi, sui corporis, vel rerum suarum, quæ scilicet alicujus momenti sunt, nec aliter recuperari posse creduntur.

II. Clericis verò non permitti in vasorem rerum suarum è medio tollere ex c. cit. Suscepimus aliquicum Abbate colligunt, Glossa fanè, potius fugiendum esse dicit, & meritò irregularem fieri, qui, cum fugere posset, omisâ fugâ in vasorem occidit. Sed meliores Theologi & Interpretes ita temperant sententiam illam, ut fugiendum esse dicant, vel suadeant, quando fuga non est ignominiosa, vel periculosa fugienti. Quòd si mortis periculum induceret, vel ex eo, quia inimici à tergo instant, vel aggressor ex fuga majorem capiens audaciam facilius fugientem prehenderet, vel certò sciret clericus, se ab eo superatum cursu, & occisum iri, non fugere teneri aut parcere, nec occidendo irregularitatem incurrere, v. Barb. in c. Suscepimus, Laym. l. 3. par. 3. c. 4. Card. Lugo D. 10. sect. 8 n. 170. Soto l. 5. de iust.

Q. 1. ar. 7. Less. c. 9. Dub. 11.

Tamer. D. 4. q. 8. n. 69.

C 3

XV. DIE.

*Clericus etiam juratus secundum canones non potest fori privilegio renun-
re, c. Si diligenti, de foro compet. Iure civili autem videtur posse
renunniare, l. Si quis, C. de pactis. Ioann. Bapt. à
S. Blasio 32. Canisius 12.*

I. **N**otum est Clericorum duplex pri-
vilegium, Canonis, & fori. Ratio-
ne illius, qui clericum, suadente diabolo
verberat, lata sententiæ excommunica-
tionem incurrit, *c. Si quis, 17. q. 4.* Hujus
virtute nullius laici Judicis potestati, &
sententiæ subiacet, *c. Vi fama, c. Si iudex,
de foro comp. in 6.* His an renunniare cle-
ricus possit, controversatur, & negativè
respondetur. Cujus decisionis auctor
est *Innoc. III.* ut patet ex *Glossa* narra-
tione. Pisanus quidam clericus cum lai-
co homine pactum inierat juramento
addito, ut nisi certam pecuniæ summam
præfixo termino solveret, ab eodem lai-
co coram sæculari Judice conveniretur.
Rectè id fecisset, dubitatum, & Ar-
chiepiscopo Pisano propositum est, qui,
quod esset legum Doctor, respondit, se
utque ad illud tempus tenuisse, quod li-
ceat clerico juri suo renunniare saltem in
temporalibus causis, sibi que laicum Ju-
dicem constituere, & juramentum de eo
præstitum valere. Sed hoc cum ad au-
res Innocentii III. pervenisset, arguit il-
lum, quod non meminisset constitutio-
nes illius quæ cavetur, pactis privatorum
juri communi & publico non derogari.
Cum igitur hoc jus, inquit in Milevita-
no & Carthaginensi Concilio, sit specia-

liter promulgatum, ne clerici deinceps
relictò suo pontifice ad judicia publica
pertrahant, alioqui causam perdamus,
communione habeantur extranei. Scilicet
episcopi, & Diaconi, seu quilibet clericus
in criminali, seu in civili negotio, si de-
relictò ecclesiastico judicio publicè
cui se purgare voluerint, etiam si pro-
bita sit lata sententiæ, locum suum amittunt
& hoc in criminali actione, in civili
perdant, quod eviderint, si locum suum
maluerint obtinere; manifestè patet
quod non solum in vii, sed etiam in
rarii pacisci non possunt, ut sæculari
dicia subeant, cum non sit beneficium
hoc personale, cui renunniari valet,
potius toti ecclesiastico ordini sit pro-
cè indultum, cui privatorum pactis
potest derogari. Nec juramentum
servari potuit, quod contra Canonicas
statuta illicitis pactationibus informatum
Ita Innoc. III.

II. Monet autem *Barbosa* in *causa*
diligenti, considerandam bene tenen-
nem esse, quæ hinc Pontifex utitur, quæ
non in privatum personæ, sed publicè
totius ordinis favorem privilegium
tun sit, ne clericus in alienum jus
consentire possit. Antiquis enim Canoni-
cibus sub ea forma privilegium

concessum legitur, ne clerici clericis ad
 iudicia secularia pertrahant, inuitos iu-
 liceat. Volentibus liceret vel ecclesiasti-
 cum, vel laicum iudicem deligere vel ad-
 mittere juxta *l. Si quis conscribendo, C. de
 epis. & cler. & l. pen. de pactis*. Unde *Cui-
 cius in l. Ius publicum, π. de pactis* ausus
 est sugillare pontifices, quod privilegium
 fori clericis datum juris publici esse dixe-
 rit. Quam calumniam Covarr. ut dil-
 linat, leges de sacerdotibus & sacerdotiis
 juris publici esse asserit *l. 1. § huius studii,
 π. de inst. & iure*. Melius alii respondent
 à principio quidem privilegium fori sub
 ea forma concessam fuisse, ne quis invi-
 tus ad seculare iudicium traheretur; sed
 posteriori tempore auctam esse prohi-
 bitionem, & merito constitutum, ut et-
 iam volentes coram seculari iudice, pur-
 gare se, aut litigare, non possint, ut in
*Com. Carib. g. de quo in c. Placuit 11. q. 1.
 decretum est*. Vergit nimirum in oppro-
 brium totius sacri ordinis, si clerici divi-
 nis officiis dedicati per secularia iudicia
 vagentur, ab iis quorum magistri esse de-
 bent, de commissis arguantur. Hinc be-
 ne *Innocentius* initio prædicti cap. utrum-
 que illud Concilium conjunxit, ut o-
 stenderet priorem illam prohibitionem
 non sufficere, & necessariam esse poste-
 riorem, quæ specialiter interdicit cleri-

cis, ne in ullum secularem iudicem con-
 sentiant, aut privilegio suo renuncient.
 Atque ita secundum illam prohibiti-
 onem facile apparet privilegium conces-
 sum non respicere favorem personæ, sed
 totius ordinis, cujus dignitati eatenus
 consultum esse Pontifex voluit.

III. Quod Jus civile attinet, *Iustinia-
 nus in c. Si quis in conscribendo, C. de pactis*
 definit quidem omnes, cujuscunque di-
 gnitatis sint, etiam sacerdotii, non posse
 adversus suam conventionem venire, &
 obligari ex pacto, quo privilegio suo re-
 nunciarunt, ut eorum alio iudice conve-
 niantur; sed pro illo tempore, quo, ut di-
 ximus, nondum aucta fuit prohibitio, &
 constitutum, ne ullus clericus vi aut
 sponte coram non ecclesiastico iudice
 causam agat, vel recipiat, v. *Praefec. in Praxi
 episc. Parr. 2. c. 4. §. de persona rei. Zyanus
 in Responf. de foro compet. §. 2. Tanner. III.
 d. 4. q. 4. n. 28. Lym. l. 3. tr. 4. c. 23. n. 20.* ubi
 addit ne Capitulum quidem renunciare
 posse juri acquisito per statutum, aut
 privilegium, si illud Ecclesiæ
 utile, aut honorifi-
 cum sit.

* *

TITV-

ficorum alienatione, præsuppositâ legitima causâ consistat in hisce quatuor punctis. Primum est, ut præcedat tractatus cû Capitulo, hoc est examinetur, an expediat rem alienare, vel non, juxta *c. sine dñi. q. 1. c. 1. de rebus Eccles. non alienand. in 6.* Secundum, ut accedat consensus Capituli per *c. 1. c. Tur. & 10. Tit. de his, que fiunt à pralat. sine cons. Cap. Sufficit autem, ut major pars capitularium, qui tunc præsentés sînt, consentiat. Quod si ante contractum fortè non consensit Capitulum ratum habere postea, & alterum contrahentem ad contractus observationem compellere potest. Interea autem, contractus claudicat favore Ecclesie secundum *Abb. in c. 1. c. 1. & colligitur ex c. cum nos, de his, que fiunt à pral. Tertium est, ut adsit auctoritas prælati, seu consensus, puta Episcopi, Abbatis, præpositi, Generalis ordinis, & c. ut à DD. annotatur in c. 1. n. 5. Si Abbas Episcopo subiectus est, etiam Episcopi consensus requiritur. Quarto denique à Capitularibus subscribendum est juxta *c. Tur. de his, que fiunt à pral. idque saltem in alienatione proprie dictâ, per quam rei dominium transfertur. Hoc tamen ubique non fertur contrariâ consuetudine prædominante, & sufficere Notarii subscriptionem aliqui existimant.***

II. Plura Iure civili ad alienationem bonorum Ecclesie requiri ex *Auth. hoc ius porrectum, c. de sacros. eccles. qua re-*

*petitur à Gratiano in c. Ea enim 10. Q. 2. colligi videtur. Verùm ea plures quidem solennitates præscribit, quæ tamen nullam obligationem inducant. Nam ut bene Navarrus animadvertit in *Comm. de rer. Eccles. alien. n. 6.* cum aliis multis, non fuit Gratiano potestas data faciendi de jure laico Canonicum. Vnde leges in decretum relatæ non obtinent propterea majorem auctoritatem, quod aded verùm est, ut locum habeat, quamvis ejusmodi civiles leges gratiam & favorem clericorum contineant. Nihil enim talis favor ad suppleendum defectum potestatis in concedente conducit, *c. Ecclesia S. Maria, de constitut. & ibid. Abb. n. 15. Felin. n. 40. & Dec. n. 24.* Si tamen prædictæ leges per aliquem Canonem approbatæ fuerint, parem cum sacris Canonibus vim & auctoritatem habebunt.*

Quocirca in hac de alienatione bonorum Ecclesiasticorum materiâ neglectis Imp. Constitutionibus, quæ Iure Canonico sancitæ sunt, tantum attendimus, *Covarr. l. 2. Var. c. 17. Mol. Disp. 468. Silv. & alii summ. in v. Alienat. o. Piascius Par. 2. c. 5. a. n. 59. Franc. Les in thesau. eccles. Par. 1. c. 15. Dom. Soto l. 4. Q. 5. art. 1. Comitol. l. 3. Q. 19. Less. c. 24. dub. 11. Laym. l. 3. tr. 4. c. 10. Escob. r tract. 6. Exam. l. c. 3. Tanner. IH. Q. 4. Dub. 7. n. 184. & seq.*

D

XVII. DIF-

Autonomia.

DIFFERENTIA 2.

Iure Canonico licitum est pignora bona Ecclesia, sacra, & religiosa, a de pignor. Secus Iure civili, l. 3. C. Quæ res pign. oblig. poss. loan. Bapt. à S. Blas. 125. Canif. 21.

I. Pignus à pugno dictum propriè est circa rem mobilè, quasi de pugno, id est, manu ad pugnum traditum, ff. de verb. sign. l. Plebs, §. Pignus. Generaliter tamen, & largè sumendo secundum Hostiensem pignus est obligatio rei licitæ pro debito facta ad securitatem, scilicet creditoris, quia tutius est pignori incumbere, quàm agere in personam, Instit. de obl. qua ex del. nasc. §. Furti. Vnde pignus ab hypotheca nomine tantùm differt: modo re quoque quia propriè pignus est de re mobili, hypotheca verò de immobili. *Silv. v. Pignus n. 1.*

II. Rerum sacrarum pignorationem ex causa permitti ab Ecclesia *Conc. Remense* definiit, & in c. 1. de pignor. his verbis exprimitur: Nullus presbyter præsumat calicem vel patenam, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario vel negotiatori, aut cuilibet laico aut feminae in vadium dare (id est obligare) nisi iustissimâ necessitate urgente. Sed quare librum oppignorari vetat, qui sacer non est? *Gloss. ibid.* non prohiberi, quasi sacrum dicit (neque enim libri benedicuntur) sed ex quo fuerunt in sacro usu, in mantis laicorum venire non debent. *De consecrat. dist. 1. c. Ligna, altaris palla, &c. vel eodem modo*

prohibentur obligari liber, vel calix, sicut prohibentur aliæ res ecclesiæ, nisi in casibus necessitatis. In v. *Necessitate* quærit ulterius, quænam ea necessitas sit, respondet, unam esse pro redimendis in captivitate parochianis 12. Q. 2. c. *omnino*, alteram pauperibus alendis in consimilibus 12. Q. 2. c. *Aurum* hinc. Hinc autem excludi eos, qui iuste damnati sunt ad pœnam aliquam, *Em. Sa in v. Alienare, & Less. in cap. 24. dub. 11.*

III. Quod leges attinet, arctiori obligatione rerum sacrarum pignorationem videntur inhibere. Nam Imp. *Antoninus* l. cit. rescribit A. restituto. Si monumentum corpus filia intulisti, religiosum si fecisti: quo facto obligari à quopiam prohibente juris religione non potest, dubium non venit. Et l. *Sancimus, C. de p. crof. eccl.* Nemini licet sacratissima vasa aut vestes, cæteraque donaria, quæ ad divinam religionem necessaria sunt, vel ad venditionem, vel ad pignus dare, sed ab his, qui ea suscipere ausi fuerint, omnibus modis vindicari. *V. Covar. l. 2. Var. c. 16. Surd. de alim. Tit. 8. privil. 46. & Barb. in c. cit. & in c. Aurum 12. Q. 2.*

XVIII.

DIFFERENTIA 3.

Emens rem alienam à Fisco, Iure Canonico non est securus, sed restituere Ecclesia tenetur, c. 2. de rebus eccles. non alien. Secus Iure civili in emente rem alienam quamcunque à Fisco, l. Benè à Zenone, C. de quadriennii præscript. Bapt. à S. Blasio 122.

I. Fiscus ætarium principis est, quo inferuntur & conservantur bona non patrimonialia, sed quæ ratione dignitatis, aut superioritatis principi debentur. Hinc confiscatio bonorum, res fiscales, fiscalis procurator, & simil. Ecclesiasticos quoq; antistites fiscum habere, licet *Baldus* negaverit, alii plerique DD. agnoscunt. *Panorm. in. c. Quia diversitatem, de concess. præb. Felin. in c. Irrefragabile, de iud. Tholos. Syntagm. l. 31. c. 31. Franc. Leo in thes. eccl. l. Par. r. c. 16. n. 17.*

II. His positis *Ioan. Bapt. à S. Blasio* inter leg. *Benè à Zenone, C. de quadr. præscr. c. 2. de reb. Eccl. non alien.* contradictionem invenit, quod, qui rem alienam à Fisco emit, securus sit, ita ut à nemine impetatur, aut iudicio pulsetur; securus autem non sit, si rem Ecclesiæ à fisco emerit. Quod facilius est dicere, quam quomodo juri consonet explicare. Etenim in cita. lege nihil aliud, quod quidem ad nostrum propositum faciat definitur, quam illum, qui à Fisco vel principe rem alienam emit, à nemine repetundarum conveniri, sed absque me-

tu iudicis & iudicii eâ uti, fruique: quod duobus modis intelligi potest, *Primo* de rebus civilibus tantum, seu profanis. *Secundo*, de profanis, & sacris simul. Priore modo contradictio verbalis nulla est; posteriore dissentit citata lex, sed irrito conatu, quia fines potestatis suæ Imperator excedit. Neque enim ulli magistratui permittitur quicquam constituere, quod in damnum aut præjudicium Ecclesiæ vergat, *c. 1. & seqq. dist. 10. c. Quæ in ecclesiis, de constit. c. Ecclesia S. Maria eod.* Adde, quod per se etjâ priore modo lex vitiosa est, redolens philargyriam, & iniquitatem, Nam si res à Fisco empta, Fisci non erat, sed alterius, quo jure emptori adjudicatur, & prohibetur repetitio? An quia præscribit? Id quidem de quadriennio *ibid.* dicitur, sed eodem iustitiæ defectu. Merito igitur tota illa constitutio (cum omnia etjâ omnino bona principi tribuat) in *c. 2. de reb. Eccl. non al. reprobat.*

tur, & abrogatur.

DIFFERENTIA 4.

*Malefactores rerum Ecclesie secundum Canones tanquam sacrilegi coram
Iudice ecclesiastico possunt conveniri, c. Cum sit, de foro comp.
Iure civili autem actor forum rei sequitur, l. juris ordi-
nem, C. de jurisd. omni. Iud. & l. seq. Nisi for-
re in uno casu. Auth. Nulla communitas.
C. de episc. & cler. Bartol. 134.*

I. Differentiam hanc Bartolo debe-
mus, & aliud nihil debemus, si la-
crilegii crimen mixti fori est, ut quoran-
dam DD. opinio fert apud *Iulium Clarum*
in §. fin. Q. 37. n. 6. imò omnium apud
Mantuanam Consil. 266. n. 80. sed malè,
v. Diaz. c. 89. §. alii verò. Nec alio argu-
mento ad confutandum, quàm citati
cap. textu indigemus, ubi *Lucius III.*
Quoniam sæculares Iudices in exhiben-
da iustitia personis ecclesiasticis sæpè in
iudicio sunt remissi, in favorem Eccle-
siae est introductum, ut malefactores
suos, qui sacrilegi sunt censendi, vene-
rabilium locorum rectores possint, sub
quo maluerint, iudice convenire. Simili-
ter ex Auth. Item nulla communitas
manifestè colligitur, ratione delicti lai-
cum sortiri forum ecclesiasticum: & cum
acciderit casus, propriâ auctoritate abs-
que recursum ad præsidem sæcularem E-
piscopus reum capere, & punire potest.
v. Salzedo in Praxi epif. Diaz. c. 124.

II. Porro malefactores rerum eccles.
hoc loco appellantur raptores, & inva-
sores rerum Ecclesiae, c. Ne de viro 12. q. 2.

& hujus farinae improbi homines,
ecclesiastica bona iniquis modis
vendicant, & usurpant: adeoque in-
quam sacrilegi excommunicari possunt
usque ad condignam satisfactionem.
*Nulli liceat ignorare 12. Q. 2. c. Quo-
que, c. Qui prædica, ibid. & est expre-
c. Conquestus, de foro comp. Præter
homicidis comparantur, c. Qui abro-
12. q. 2. & quia sacrilegium committunt
coram ecclesiastico iudice potius con-
veniendi sunt, non obstante, quòd ipse
sæcularem quoque iudicem conveni-
queant, l. Si quis in hoc genus, C. de episc. &
cler. Unde in antiquis legitur: Conven-
entius est, ut apud Iudices sæculares
ptores prius conveniantur, sed si iudicem
am exhibere contempserint, aut Iudicem
ex quacunque causa fuerint negligentes
quia iudicandi sunt sacrilegi ad
ecclesia de crimine illo, cen-
suram poteris in eos ec-
clesiasticam exer-
cere.*

**

XX.

DIFFERENTIA 5.

ore civili fructus intelliguntur deductis expensis, l. Fructus & Solutio ma-
trim. l. Si à domino, §. fin. & l. Fundus, π. Familiae heret. eundem. Sed se-
cundum Canones decima solvenda sunt de omnibus fructibus praediorum,
nulla facta deductione impensarum, c. Cum homines, de decim.

c. Non est in potestate, c. Tua nobis eod. Barr. 106.

Ioann. Bapt. à S. Blasio 127. Canis. 28.

I. Fructus alii naturales sunt, alii indu-
striales. Naturales beneficio natu-
rae proveniunt; industriales laborem &
expensas exigunt. In decimatione consi-
derari possunt vel naturaliter, prout ex
terra sine prodeunt, vel civiliter, quate-
nus hominum aestimationi subluunt, qui,
quod impensum est, leparant. Innoc. in c.
Pastoralis, de decim. Panormit. ib. n. 9. Hinc
jure civili constitutum est, deducendas
prius expensas esse, ut fructum quis ha-
bere dicatur, idque in petitione heredi-
tatis cum primis servandum praescribi-
tur in l. Si à patre, §. fin. π. de petit. hered.
Gloss. in cit. l. Fructus. Covarr. l. 1. Var. c. 3.
n. 3.

II. Contrarium Ecclesia praecipit, in
exhibendis nimirum decimis non esse
deducendas expensas, exemplo Moisaicae
legis, ne christianis sacerdotibus potio-
res esse Levitae videantur. Conveniens
enim est, idque pluribus de causis, ut ple-
na manu decimae à populo praestentur.
Primo, quia Deus ipse, quem in ministris
suis veneramus, eas, quibus indigemus,
non parca, sed largà manu suppeditat, S.
Aug. S. 119. de temp. Secundo, quia deci-
mae tributa indigentium animarum sunt,

c. Non est, de decim. Tertio, quia domini
temporales, quae sibi debentur, nullà fa-
ctà subtractione exigant, & deficientes
puniant. Atque ita servandum est in pra-
dialibus & mixtis decimis in personali-
bus deducere expensas licet, quia solvun-
tur ex lucro per humanam industriam
comparato. Lucrum enim dicitur, quod
remanet deductis expensis, leg. Actionum
genera §. Actionum, π. de oblig. & action.

III. Igitur mores, & usum quod atti-
net, non quod leges indulgent, sed quod
sacris Canonibus praescribitur, obser-
vandum est. & decimae integrae expensis
non deductis exhibendae sunt. Etenim
materia omnino spiritualis est, & negle-
ctus animae periculum adfert, quemad-
modum à SS. PP. & Theologis fuse expli-
catur est. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. Soto l. 9.
de iust. q. 5. art. 2. Angelus Silv. & alii summ.
in v. Decima. Casus l. 2. summ. tit. 26. §. Illud
discrimin. Bonac. Tom. 2. pag. 351. Zevola
Part. 1. v. Decima, n. 9. Piassec. in praxi Part.
2. c. 4. §. de de im. Reginald. in summ. l. 19.
sect. 3. q. 5. Leo in thes. eccl. part. 2. c. 27. Fa-
gund. Prae. Eccles. Part. 5. l. 1. c. 4. n. 8. Barb.
in c. Cum homines cit. Auct. l. de regim. rust.
c. 6.

Secundum Canones aedificium factum in solo alterius de pecunia Ecclesie, non habet ad se dominium soli favore Ecclesie, & sic aedificium cedit pecunia, & apostolicos 12. q. 2. Secundum leges vero aedificium semper cedit solo, excipitur aedificium pecunia Ecclesie extructum, l. Redemptoris, π. de rei vendic. Inst. de rer. divis. §. Cum in suo. Ioann. Bapt. à S. Blasio 36.

I. Iuris civilis manifesta sententia est, in §. citato. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia aedificaverit, ipse intelligitur dominus aedificii, quia omne, quod solo inaedificatur, solo cedit; idque jure naturali, l. Adeo quidem, §. Cum in suo, ff. de acquir. rer. dom. Non loquitur autem de translatiis aedificiis, quae de loco in locum transferri possunt, & solent per partes, sed de iis, quae fixa sunt, soloque inhaerent. Solum enim firmamentum est à Deo creatum, sine quo nullum aedificium consistere potest. Et hoc Jus naturale acquirendi dominii Imperatores appellant, l. 5. Si is, contra quem, C. de aedific. priv. Solum alicujus proprium censetur, quamvis proprietatem tantum habeat, usufructu apud alium consistente. Item, si mihi & alteri solum est commune: secus, si solum omnibus sit commune. Tunc enim solum aedificio cedit, quia primo occupanti conceditur, v. Mynstinger in §. Cum in suo solo, Inst. de rer. divis. l. holo. l. 20. c. 9. n. 7.

II. Quod Jus Canonicum aedificii, Gloss. inc. cit. Apostolicos, posita quaestione. Quid si clericus de peculio Ecclesie proprio solo aedificet, an aedificium cedat? respondet, in favorem Ecclesie solum aedificio cedere, c. Quis non, q. 4. & hoc est speciale in Ecclesia, ut comparata ex bonis Ecclesie statim in Ecclesia, c. 1. de pecul. cler. & c. Si quis. Sed quo modo speciale, si idem privilegium militi tribuitur? l. Si ut proprie, de rei vendic. Pupillo l. 3. C. Arbitrium. Item uxori, l. Vxor marito, ff. de donat. vir. & uxorem. In quibus omnibus determinatum est, empti comparataque militum, vel pupillorum, vel militum uxoris, ab iisdem ut sua vindicari possunt. An forte, si in alieno solo aedificium extructum ipsorum pecunia fuerit, aedificium, pupillo, militi, &c. aedificium non verò solum ipsum cedit? Hoc admisso evidens differentia erit, secus obscura, & incerta.

XXII.

DIFFERENTIA 7.

Iure civili non fit mora reipsa, sed interpellatione secuta, congruo loco, & tempore, l. Mora, π. de usur. Sed Iure Canonico fit mora reipsa in tarda solutione decimarum, c. Decimæ 16. q. 1. c. Cum homines, de decim. Bartol. 107.

I. *In l. cit. Mora. dicitur quidem non ex re, sed ex persona, moram fieri, si interpellatus debitor opportuno loco non solvit: Bronchorst. Cent. 2. assert. 78. sed interdum reipsa quoque fieri, si forte non extat, qui conveniatur, l. 23. eod. Papius affirmat, & plures casus enumerantur in Glossa Gotofredi. Nam 1. contingit in illis, quæ debentur Fisco, l. Cum quidam, §. Fiscus ex suis, π. de usur. 2. in illis, quæ debentur Ecclesiæ per ultimam voluntatem. Gloss. singularis in §. Item mixta, l. de action. & notat Bald. in Auth. Hoc amplius, C. de fideicom. 3. In causis, ex quibus debetur minori, l. In minorum, C. In quibus caus. res. in integr. non est necess. In minorum persona reipsa & ex loco tempore tardæ pretii solutionis, recepto iure memoram fieri creditum est; in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis, & legatis. Ea que mora à quibusdam irregularis vocatur. 4. In dote post biennium, l. 1. §. Præter ea, C. de iure dor. Quo casu per lapsum biennii in mora constituitur debitor absque omni inter-*

pellatione, l. D. v. sine, π. Sol. matrim. 5. In eo, qui tenetur ex delicto l. 1. §. Relictissime, & l. Merito, π. de vi, & vi arm. Fur enim, & morosus æquiparantur, l. Inter stipulantes, §. pen. de verbor. oblig. 6. In contractibus ultro, citroque obligatoriis, cum unus adimplevit: alius enim tunc reipsa constitutus in mora videtur, l. Curabit. ff. de iure emphyt. & l. Iulianus, §. Ex venditione. ff. eod. 7. Denique in omni illo, qui promisit se facturum, vel curaturum aliquid, nam sublatâ omni interpellatione in mora constituitur, quia tacite subintelligitur facturum, quamprimum potest. Socin. in Reg. 269. Tholos. l. 21. c. 14. Bronchorst. l. cit. assert. 81.

II. *Quod Canones attinet, in c. Cum homines, de decim. Alexand. III. cogi vult illos de hortona, ut decimam statim persolvant, absque ulla deductione impensarum. Et Gloss. ibid. tardius exhibere peccatum esse dicit, eosque in mora constitui, qui non statim faciunt, v. Decimæ in Reg. 133. §. Vnica mora, Valens. l. 3. tit. 30. §. 5.*

XXIII.

DIFFERENTIA 8.

*Iure Canonico in libertis Ecclesie multa specialia servantur, de quibus in
De famulis Ecclesie, tit. de servis non ordinandis. Sed Iure
civilis enumerata ibi non inveniuntur competere patronis
eorum, tit. de operis libertorum, c. 1. 38.*

Ioann. Bapt. à S. Blasio 135.

I. **L**iberti vocantur, quos cum servi essent, domini liberos fecerunt per manumissionem. Unde illorum patroni quasi patres, qui in vitam ex morte revocant, appellati sunt. Et inestimabile jus centetur, habere libertum, *l. Naturales, §. fin. de præs. verb.* indeque obstrictus manet libertus patrono propter libertatem, quam à patrono liberaliter consecutus est. Eorum tria genera recensentur *Instit. l. 1. tit. 5.* ubi Cajus accutat: Libertorum ideo non unus status est, quia tria sunt genera libertatum. Unde liberti aut cives Romani sunt, aut Latini, aut dedititii. Cives Romani sunt, qui testamento, vel in æde sacra, vel ante Consulem fuerunt manumissi. Latini, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur. De dedititiis, qui post admitta crimina supplicio subditi, aut propter crimina publicè casti, aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indicia aut igne, aut ferro impressa, sunt, ita ut deleri non possint: hi si manumissi fuerint, de dedititiis appellantur. Inter hæc tria genera cives Romani meliorem statum habent, quia & testamento condere possunt, & ex testamento quibuscumque personis succedere, quod

reliquis negatur. *Azov. II. l. 2. c. 33. q. 5.*

II. De libertorum officio, obligatione, & operis multa inveniuntur constituta in *lib. 38. c. tit. 1.* quæ ibid. *Glossa* explicat. At verò in *c. de famul. Eccles.* quod Bapt. à S. Blasio citat, ista tantum sanciuntur. 1. Licere eos presbyteros, & Diaconos per paræcias constituere, si antea manumissi, & in libertatem plenè affecti sint. 2. Bona temporalia, quæ vel donatione, vel industriâ suâ acquisiverunt, non posse in personam extraneam transmitti, sed Ecclesie, à qua manumissi sunt, tradenda esse. 3. Si Ecclesiam accusent, vel contra eam testificentur, & libertate, & honoris gradu, quem necessitate temporis meruerint, privandos esse. In lequentibus cap. definitur amplius: *Primo*, ut illi tantum Ecclesie, à qua quisque manumissus est, serviat. *Secundo*, dicta de Diacono extendi ad subdiaconum quoque. *Tertio*, natum ex servo, & libera matre ordinari posse ut libertum, quia parte ventrem sequitur. Hæc ead. in legibus non reperiri fateor, sed nec ab

illis rejiciuntur. *V. Tholos. l. 14.*

c. 7. & 8 Vvesenbec.

l. 40. ff.

XIV. DIE.

XXIV.

DIFFERENTIA 9.

Beneficia ecclesiastica secundum Canones non dantur sub conditione, vel ad tempus, c. Pastoralis 7. q. 1. Sed iure civili secus videtur, quia beneficia ecclesiastica inter actus legitimos non connumerantur in l. Actus legitimi, ff. de Reg. Jur. Ioann. Bapt. à S. Blasio 190.

Regula Juris in 6. quinquagesima est, sumpta ex 77. Pandectar. Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem, id est, fieri non possunt ita, ut ex tempore non censeantur absoluti & perfecti, pendeantq; ex futuro tempore, & conditione. Anton. Part. 1. summ. tit. 20. c. 1. de Reg. Jur. Ejus generis est acceptilatio, hæredis institutio, adoptio, & alii nonnulli, quos Papinianus enumerat, exempli gratiã, non quòd alios excludat. Nam ut contractus omittam, actus legitimi sunt collatio beneficii ecclesiastici, ejusdem resignatio, exhereditatio liberorum, & similes. Quamobrem supervacanea videri potest Differentia hæc, licet enim beneficii ecclesiastici collatio explicite non numeretur à Papiniano, non consequitur tamen, actum legitimum non esse. Sufficiebat illi aliquos expressè poluisse, utroque igitur iure prohibetur sub conditione, vel ad tempus beneficia ecclesiastica conferre, iuxta leg. cit. & c. Pastoralis 7. q. 1. addita Gloss. *Quam pio* 1. q. 2. Sub conditione, dico, proprie accepta, seu de futuro, non autem præsentem, vel præterita Nam collatio beneficii facta sub conditione, si

vacat, valida censetur. Gloss. in c. 2. de elect. in 6. Bald. in l. pen. C. de sent. qua sine certa quant. Felin. in c. Cum contingat, de off. del. Item valet sub conditione, quæ ipso iure inest beneficio, si exprimat eodem modo, quo inest, ut si parochiale beneficium ordinarius conferat eã conditione, ut simile deponat. Abb. in c. de multa, De præb. quia conditio illa tacite inest novæ collationi. Selva de benef. Part. 2. q. 20. n. 2. Valet etiam conditio, *Si dignus, si aptus es, si requisita ad sunt, & simil.* Denique eadem aliarum conditionum ratio est, quæ beneficiis adhærent ex fundatione, institutione, aut consuetudine; ut si Episcopus beneficium conferat Antonio eã conditione, ut Theologiam doceat, pœnitentiarum munus obeat, conciones ad populum habeat, c. *Significatum, de præb.* Nam generaliter receptum est, expressionem eorum, quæ tacite insunt, non vitare collationem, nec inducere Simoniam. Felin. in c. *Ad audientiam, de Rescr. Decius in Reg. 77. n. 8. Andr. del Vaulx l. 1. de benef. tit. 2. Bronchorst Centur.*

4. assert. 88.

* *

Iure Canonico qui obtinuit licentiam à Papa renuntiandi dignitati, vel beneficio cogitur cedere, nec recipere potest, c. Quidam cedendi, d: renunc.

At Iure Civili qui cessit bonis suis, in integrum ex pœnitentia potest illa recuperare, l. Is qui, ff. de his, qui ced.

bon. poss. Barr. 115. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 134.

I. **C**Asum *Glossa* sic format: Quidam impetrant licentiam cedendi beneficio, eaque obtentâ cedere nolunt: compellendos igitur esse ad cessionem Papa mandat. Additur causa, quia vel propter Ecclesiæ utilitatem, vel propriam animæ salutem ejusmodi postulatio fit, quæ utique non sunt impedienda. Præterea cum nihil obstat, perstandum in proposito est, & quod semel placuit, amplius displicere non debet, quodque primò voluntarium fuit, postea fit necessarium, c. 21. de Reg. Iur. in 6. Etenim summæ Pontificis auctoritati, ac benevolentix dedecorosum est, absque gravi causa, quæ concessit, revocare; & nolle acceptis uti, magnam in eo, qui postulavit, levitatem arguit.

Nihilominus, ut cum *Gloss. Barbosa* animadvertit in c. Ad nostram, de iure iur. licet quis dimiserit beneficium aliquod, idem ex nova superveniente causa repetere potest, puta, si iterum vacet, si nova electio fiat, & simil. *Flamin. de resignat. be-*

nef. ior. l. 1. q. 13. n. 43. Barb. Tract. de claus. n. 150.

II. Quod verò leges attinet, secundum illas, qui bonis suis cessit, recuperare illa potest, quando cessionis pœnitet.

*l. Quemadm. ff. de cessione bonorum, ubi legimus: Quem pœnitet bonis cessisse, potest defendendo se consequi, ne bona eius vaneant. Cur ita? quia ante rerum venditionem bonis suis non caret, l. Is qui bonis, eod. Atque in hoc benignitas Juris novi cernitur, & cessionem bonorum, & eorundem resumptionem debitoribus permittens. Nam antea vendebantur bona statim juxta l. Juliam, & debitori ne ad victum quidem, & cultum relinquebatur. V. *Hotoman. 24. Illustr. Grot. in cit. l. Greg. Tholesan. l. 22. c. 8.* Ubi circa fin. explicat, etiâ quænam bona cedens retinere possit, nimirum relicta testamento cum prohibita alienatione: item feuda, non tamen usum fructuum eorum, ut *Baldus* notat.*

notat.

XXVI.

DIFFERENTIA II.

Ad Ecclesiam confugiens secundum Canones non debet extrahi, nisi sit publicus latro, vel nocturnus agrorum depopulator, e. Inter alia, de immun. Eccles. Secundum leges autem excipiuntur etiam homicida, adulteri, & raptores virginum. Auth. de mandatis Principum, c. 5. & 7.

Bartol. 22. Ioann. Bapt. à S. Blasio 184.

Canif. 19.

I. EX potioribus hæc Differentia est, in qua sæcularium legum major, quam sacrarum cernitur, contra flagitiosos severitas, Homicidis, adulteris, virginum raptoribus in Auth. de mand. Princ. c. 7. sacrorum locorum tutela negatur. Non enim (hæc ratio additur) talia delinquentibus parcere competit, sed hoc parentibus, ut non talia à præsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed læsis datur à lege.

Atc. Inter alia, de immun. Eccles. ita sancitur legitimus: Si liber quantumcunque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, vel in ipso Ecclesie oratio confilus immunitate crimen patiarit. Quæ exceptiones firmant regulam in aliis, atque ita communiter DD. Abb. in c. Inter alia, n. 14. Covarr. l. 2. Variar. c. 20. n. 3. Angel. & Silv. in V. Immunitas. Suar. Tom. V. disp. 23. Vallens. l. 3. tit. 49. Layman l. 4. Traç. 9. c. 3. B. èrius decis. 109. Zerola Part. 1. v. Imm. eccles. Quo circa hinc Juris civilis constitutio deferenda, & Ecclesie

retinenda moderatio est etiam in foro sæculari, quia facit ad honorem & reverentiam locis sacris conciliandam; quæ cura ad Ecclesie prælatos cum primis spectat. Unde ipsorum decreta præferenda sunt, juxta communem Interpretum sensum. Imela, Abb. Fulgofus, Alexand. Chassan. & alii apud Covarr. l. cit. Piafec. in Praxi episc. Part. 2. c. 4. n. 55.

II. Merito propterea Damhouderus vapulat, qui in Praxi crim. c. 106. n. 12. Ecclesie mansuetudinem, ut nimis laxam, maleficis ac facinorosis plus æquo faventem accusat; unde elabendi occasio & impunitas reis præbeatur, magna justitiæ remora, & dilatio progignatur: ob quam non semel supplicio dignissimi elapsi sint; ideoque ejusmodi jura minimè servanda esse. Cui etiam suffragatur, vel prævit potius Ioann. Faber in S. syn. Inst. de iis, qui sunt sui, vel al. iura. Verùm ejusmodi Aristarchis aliud nihil reponendum cenleo, quam quæ damna ex Ecclesie immunitate proveniunt, non ipsi, sed improborum hominum malitiæ tribuenda esse.

XXVII.

DIFFERENTIA 12.

Secundum leges legatus Principis cum mittitur ad provinciam, vivere debet de rebus Fisci, vel Imperatoris. Auth. Ut nulli iudicium. Secundum Canones vero legati Papæ aliter recipiuntur, c. Inter, de offic. ordin. Galvan. 93.

I. Legatorum tria genera sunt: Nam primò aliqui cum proconsule mitterentur negotiorum publicorum causâ, secundo aliqui à provincia ad Principem cum mandatis publicè mittebantur, tertio alii ut præfides vel correctores à Cæsare cum mandatis & jurisdictione, l. pen. ff. de off. præfid. & de his in præsentis sermo est. Quod ecclesiasticos legatos attinet, alii vocantur de latere, alii nati, alii missi. De latere sunt Cardinales, quibus idem honor, qui Papæ exhibendus est. Nati officium legationis habent vigore dignitatis, missi non Cardinales vulgò appellantur nuntii apostolici, de quibus hic potissimè loquimur. Franc. Leon thes. eccles. Part. 1. c. 2. n. 18. & seq. Moscon. de maiest. Eccles. Part. 1. c. 6. Zervola Part. 2. v. Legati apostolici.

De legatis sæcularium Principum exat Auth. Ut nulli, Collat. 9. c. 1. cuius hic tenor est. Nulli liceat civili, aut militari Iudici circumire provinciam sine causa necessaria Si verò aliqua necessitas vocaverit, tale aliquid fieri. expensis propriis hoc facere jubemus. Item c. 2. Destinatus in provinciam nullum subiectis inferat dispendium, ereditum verò sibi opus ad

impleat. Tholosan. l. 35. c. 4. Azor. II. l. 5. c. 27. Georg. Schönberger l. 3. politis. c. 31. n. 3. ubi signatè Legati legativum, id est, sumptus necessarios ex publico habent, l. 2. S. His, qui, ff. de legat.

II. Aliter missos à Papa suscipiendos, alendosque sacris Canonibus præscribitur. Nam procuratio illis debetur, hoc est, alimenta necessaria frugaliter & moderate pro temporis necessitate, c. Assidentes, de præscript. c. Super eo, de censu & Barb. itid. Conc. Trid. sess. 24. c. 3. de Reform. Conveniens enim videtur, ut, qui spiritualia seminant, carnalia metant. Quæ circa nullum Simoniz periculum est, quia non ut pretium exigitur procuratio, sed per modum stipendii. S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 3. Soto de inst. l. 9. q. 6. art. 2. qui tamen existimat episcopos, quorum redditus valde pingues sunt, minus tuto percipere alimenta. Quæ opinio ab aliis DD. reprobatur, Canones enim absolute loquantur, & exigunt procurationem, nec minor est divitis episcopi labor, quàm inopis, Præterea, quicumque altari servit, de altari vivere debet, c.

Cum secundum, de præbend.

TITVLVS IV.

De pactis & obligationibus.

Conventionum, pactorum & contractuum, quibus hominum necessitas vel cupiditas quotidie exercetur, tanta est, ut illorum finibus regundis operam & studium sacri & profani præfides impenderint, Quod dum sedulo urgent pro diversitate rerum ac circumstantiarum, alias atque alias observationes annotarunt, ex quibus multæ oppositiones & differentie enatæ sunt.

XXVIII.

DIFFERENTIA I.

Pactum nudum Iure Canonico obligationem & actionem parit, c. 1. & 2. de pact. Secus Iure civili, l. Iurisgenium, ff. de pact. l. legem, C. eod. Bart. 70. Ioan. Bapt. à S. Blasio 3. Galv. 67.

I. **P**actum nudum vocamus, quod neque nomen certum, neque præsentem, & subjectam negotii gerendi causam habet, neque scripturâ, stipulatione, juramento, aliove modo conuultitur, sed solâ conventionem, & placito constat, l. Si tibi, C. locati, l. Divisi me, C. Famil. hercisc. c. Pactum, de verb. signif. Talis est omnis contractus innominatus, antequam ex altera parte sit impletus, nisi accedat formula stipulationis, vel juramentum. Item omnis contractus, qui re perficitur ante rei traditionem, ut donatio, mutuum, & similia. v. Gomez. l. 2. c. 9. n. 2. Comitol. de Contrad. par. 2. c. 23.

De hoc genere pactorum Iure civili dicitur, non parere obligationem,

estque communis DD opinio. Rationem dant, quia leges, quamvis non resistant ejusmodi pactis, neque irritent, actionem tamen negandam censent, ne litium multitudo atqueatur: imò permittunt rescindi, si quando peniteat, etiam alterâ parte contradicente, quamdiu neutra ex parte completum est. Quod si ab una parte completum est, licet nihilominus penitere illi, vel alteram partem cogere ad implendum, l. Si pecuniam, ff. de condit. causa data, l. 1. ff. de rer. permut.

II. In foro conscientie autem, & secundum Canones id nequaquam permittitur, sed utraque pars ex pacto etiam nudo obligatur ad observationem. Quæ veritas primò ex multis

E 3

sacra

sacrarum literarum testimoniis confirmatur, quæ dicta cum mente, & mentem cum dictis congruere præcipiunt. *Zacharia c. 8.* Veritatem & pacem diligite. *Proverb. c. 3.* Misericordia, & veritas te non deserant. *Et c. 8.* Veritatem meditabitur guttur meum. *Item 12.* Labium veritatis firmum erit in perpetuum. *Osee c. 4.* Indignatus Dominus, quia non est veritas nec scientia in terra. Denique dolosa corda, fallaces linguas, & fraudulenta ora detestatur Deus, & ulciscitur. Nemo igitur sibi nudis pactio- nibus blandiatur, & concessum sibi arbitretur promittere, quod velit, & non servare, cum voluerit.

Secundò idem à SS. Patribus ingeminatur. *S. Aug. in ps. 39.* illa verba edisserens: *Holocaustum & pro peccato non postulasti.* Tamdiu, inquit, quisque promissor est, donec det. Nunquid hoc permittit promissori, ut sit semper promissor, & nunquam liberet fidem suam? Nihil minus. *S. Thom. in 2. 2. Q. 100. ar. 5. ad 5.* pronunciat eum infideliter agere, qui aliquid promittit, & postea mutat animum suum, ne id faciat, nisi forte mutata sint conditiones personarum, & negotiorum. Idem in 4. dist. 27. q. 2. art. 1. docuerat, cui assonat *Richard. Antonin. & Cateran. in 2. 2. q. 113. art. 1.* ubi dicit: Violare fidem procul dubio peccatum est. Nam ex qualibet promissione homo obligatur in foro conscientie ad verificandum dictum suum, hoc e-

nim naturalis ratio dicat, quòd oppo- situm ejus manifestè noceat humane so- cietati. Adde Domin. Soti dignum Theologo effatum l. 7. de iust. Q. 7. ar. 1. universarum gentium existimatio est fidei violatorem veluti scelestum hominem execrabilem esse. Vox autem publica vox natura est, ergo sub ream mortali obligat.

III. Nec legum civilium universalis doctrina est nudis pactis obligationem adimens, admittunt enim obligare primò pactum inritum cum expressione causæ. Secundò dotis promissa pactum excipitur, l. *Ad exactionem, C. de dot. prom.* Tertiò pactum, quo promittitur Titio solutorum, quod ipsi jure debet. Illa denique, quæ specialiter Ius videtur æquivalere vestitis, cujusmodi est donatio, quæ à promissione acceptata incipit, nondum factâ traditione, l. *Si quis argentum, §. ult. C. de donat. Molin. disp. 255.* & secundùm aliquos pacta geminata & juramento confirmata. *VV. ding. Disp. 1. dub. 2. §. 3. Covar. in 6. Quæritis pactum, Par. 2. n. 24. Bronchus. Centur. 1. assert. 39. Less. c. 17. dub. 4. Barbosa. in prætermis. c. Antigonus, de pact. Fagundez l. 1. disp. 25.*

Tanner. III. D. 4. Q. 7. D.

I. n. 6. Vallens. l. 1.

Tit. 35. §. 2.

* *

XXIX.

DIFFERENTIA 2.

Alter alteri stipulari potest iure Canonico, c. Quoties oculus cordis 1. Q. 7. & argument. c. iuramenti, 22. Q. 4. Secus iure civili regulariter, l. Stipulatio ista. Habere licere, §. Alteri, ff. de verb. obl. & In- fir. de inut. stipul. §. Si quis alii. Io. Bapt. à S. Blas. 4.

I. Stipulatio est modus, seu formula contrahendi, quæ constat interrogatione præviâ unius, & responsione subsequâ alterius. Spondes dare nummos? Spondeo Promittis operam tuam? promitto. Dabis arma ad pugnam? Dabo. Facies pacem? Faciam. Quæ autem obligatio nascitur, verborum obligatio dicitur. Olim solenni verborum formâ opus erat, hoc tempore quibuscunque verbis, modo uterque contrahentium, quid alter velit, intelligat, fieri potest. *Instit. de verb. obligat. intro.*

Nunc an alter alteri seu pro altero stipulari possit, ita ut obligetur, in dubio est. Legistæ communiter negant cum citata l. Stipulatio ista, & ratione assignant, quia stipulationes inventæ sunt, ut unusquisque sibi acquirat, quod sua interest, usque adeo ut nec fratri stipulando quis acquirere possit. Vnde quod à *Vvesembecio l. 45. ff. Tit. 1.* annotatum est, cum indefinitè promittitur aliquid, v. gr. *dabitur*, dubium oritur, quomodo accipiendum sit? Videtur quidem, ut actus valeat, ad interrogat onem applicari posse, quasi ita sit responsum, à me dabitur, tamen, quia stipulationes ex verbis metimur, veriùs est, in primis videndū esse, quid sit actum, l. *Semper 33. de Reg.*

Iur. Id si non appareat, contra stipulantem fiet interpretatio, l. *Quicquid 99. l. stipulatio, §. In stipulationibus hoc tu.* nec valebit stipulatio, in quâ non invenitur persona expressè obligata, cum nec constitutum hoc modo rectè constituatur, *Auth. Si quando, C. de constituta pe. un.*

II. Nihilominus alterum alteri stipulari posse ex citatis canonibus, & c. *Ex rescripto de locat. & cond.* Interpretes colligunt. Et ulterius non paucos casus enumerant, in quibus alius pro alio stipulatur cum effectu obligationis. Nam 1. si quis promittat se effecturum, ut alius det aliquid, vel faciat, tunc proprium magis quàm alienum factum promississe videtur; ut nisi Titius det, quanti stipulatoris interest, promissor ipse præstare cogatur. 2. similiter in pratoriis stipulationibus, puta, si quis promittat Titium ratum habiturum, vel aliquem iudicio sistendum, tunc videtur ipse curaturus, ut ita fiat. 3. in contractu venditionis, in quo venditor de evictione tenetur: Simul enim quia obligatur de facto extranei evincentis, de illo promittere potest, nullum evicturum rem, aut facturum, quò minus te habere liceat. 4. quando factum alterius ad corroborationem obligationis factæ per promissorem

missorem tenderet; ut si es mihi obligatus in centum, & promittis Titium pro te fidei iurum. 5. Cum promittitur factum alienum, non ut factum personæ alienæ, sed ut qualitatis rei in stipulationem deductæ, ut si mihi servum vendas, promittasque, eum sanum esse, vel minime fugitivum. 6. Si promissioni facti alieni addatur iuramentum, promissio utriusque valebit, quia iuramentum habet vim, ut videaris promississe meliorem modo, quo valere potest. 7. Quando promissioni additur poena ad interesse ex gr. promitto fore, ut liceat tibi huc fundum habere, nec à quoquam turbatum iri in possessione, & si quis litæ moverit, promitto centum. Nam istam poenam poterit stipulator exigere, si contra actum fuerit. 8. Cum quis locavit, commodavit, vel deposuit servum suum penes alium, & ab illo stipulatus est, ne is servus ab alio efficeretur fur, aut fugitivus, ista promissio de facto alterius obligat promittentem, quia servus censetur commissus custodiæ ejus, qui

ipsum in commodatum, vel depositum accepit. Ita ferè Mynsing. l. 3. Instit. tit. 20. §. Si quis alium. Præter hæc parochus stipulari potest alteri, quando agitur de restitutione usurarum, c. Quamquam. & ult. in 6. de usur. Notarius quoque in favorem tertii paciscendo, & generaliter agnoscit Sanchez l. 1. de Matr. disp. 7. n. 10. favore piæ causæ alterum pro altero stipulari posse.

III. Ex quibus manifestè colliguntur leges, & Canones in hac materia non omnino dissonare, sed pro materia, & personarum conditione, permitti, & non permitti alienas stipulationes. V. Prima Proem. Gregoriano n. 23. tul. Clar. v. Dicitio, Q. 13. Covar. l. 1. Var. c. 13. n. 11. Molin. disp. 259. & 264. Fachina. l. 3. Controvers. c. 19. Alciatum in tit. Si certum petatur, n. 9. Duaren. in tit. de verb. oblig. v. Alteri. Sanchez loc. cit. Layman l. 3. Tract. 3. Var. 3. c. 1. n. 4. Anton. Gomez. 2. c. 11. n. 18. Everard. Bronchorst Centur. 4. assert. 40.

XXX.

DIFFERENTIA 3.

Iure civili aliqui contractus bonæ fidei sunt, alii stricti Iuris. Iure Canonico autem omnes contractus bonæ fidei esse censentur, l. Bona fides 31. ff.

Depositi l. Bonam fidem, C. de act. & oblig.

Baldus in c. 1. de plus petitio.

I. **N**Ota & celebris contractuum divisio est in eos, qui bonæ fidei sunt, & qui stricti juris. Bonæ fidei admittunt Judicis seu boni viri benignam interpretationem: quam, qui stricti juris

nuncupantur, respiciunt, §. In bona fide Instit. de action. & l. Consensu, ff. de obligat. & actionibus. Menoch. de arbitr. Q. 3. n. 9. Hujus divisionis Originè, & causam accuratè prolequitur Covarr. in reg. possessor. p. 1. c. 1.

part. 2. §. 6. n. 4. exclusâ aliorum minùs idoneâ expositione.

Bonæ fidei contractus est emptio, venditio, locatum, conductum, negotia gesta, mandati, depositi, pro locio, tutelæ, commodati, pignoratîo, familiaris hereditariæ, communi dividundo, &c. stricti Juris stipulatio, mutuum, emphyteusis, donatio. Cur autem hi, & non illi bonæ fidei censeantur, causam Silvester assignat: *Primo*, quia si dolus causam contractui dedit, non tenet. *Secundo*, quia veniunt usuræ ex mora. *Tertio*, quia Judex ex æquo, & bono æstimare potest, quid compensandum, aut restituendum sit. At idem in aliis cur non permittitur? An quia emptio, & similes contractus magis quotidiani sunt, ut *Molin. censet disp. 259. §. Discrimen*, an bono publico id expedire primi auctores judicantur?

II. Covarr. sanè Jure Canonico quoque receptam esse divisionem illam pro-

nunciat loc. cit. *Baldus* è contra omnes omnino contractus bonæ fidei esse dicit, adeoque prædictam divisionem Jure pontificio non agnosci. Sed ne æquivocatio nos fallat, distinctio Glossæ notanda est, videlicet bonam fidem aliquando sumi, ut opponitur fraudi; aliquando ut est temperamentum juris rigidi. Priore modo quilibet contractus bonæ fidei esse debet, id est, fieri & servari absque dolo; posteriore modo bonæ fidei est emptio cum aliis lupiâ enumeratis, in quibus admittitur benigna interpretatio viri boni, seu arbitri, ne nimium graventur contractantes. E contra stricti juris censetur mutuum, & stipulatio, quia non admittunt interpretationem, sed præcisè, quod actum est, præstari debet. Centum pro mutuo dedi, centum pari bonitate reddes, & sic in aliis. *V. Comit. de Contract. Par. 3. c. 5. n. 9. Everard. Bronchorst Centur. 4. assert. 32.*

XXXI.

DIFFERENTIA 4.

Promittens aliquid dare sub pœnâ, si omittat aliquid, Jure civili ad totam pœnam obligatur: I. In executione 85. §. Item si ita, ff. de verb. oblig.

Secùs Jure Canonico, c. Suam, de pœn. Bartol. 50.

I. **L**egis citatæ, In executione, tenor est, si ita stipulatio facta est, si fundus Tatianus datus non erit, centum dari, nisi totus detur, pœna committitur centum; nec prodest partes fundi tradere cessante uno: quemadmodum non prodest ad pignus liberandum partem creditori solvere. Item, l. stipu-

lacionum 5. §. Si sortem eod. si sortem promiseris, & si ea soluta non esset pœnam, etiam si unus ex hæredibus tuis portionem suam ex parte solverit, nihilominus pœnam committet, donec portio cohæredis solvatur. Accedit ratio, quia nihil actum videtur, ubi superest aliquid agendum, l. pen. C. de his, quib.

E

quib. ut indign. auferit. hered. Et dici solet, non defendere eum, qui in totum non defendit, l. Defensor. ff. de interrog. action. Neque edere censetur, qui in totum non edit, l. Argentarius, §. 1. ff. de edendo.

II. Aliud Jure Canonico constitutum reperimus in c. Suam, de pœnis, ubi obligatus solvere certam quantitatem ad certum tempus, cum pacto, si non solverit, certam pœnam solvendi; si majorem partem debiti solvit, non incidit in pœnam propter minorem partem non solutam. *Vivianus in rationali l. 5. p. 241 Allagona in Comp. Tur. Can. p. 737.* Similiter ex illis ejusdem cap. verbis

Septem librarum solutione. *Panormit. & alii Interpr. colligunt, si promissio dandi certam summam non nisi ex parte solvatur, pœnam committi pro illa parte tantum, quæ respondet non solute quantitati. Gloss. in v. Per solutus. Gutier. l. 2. c. 20. n. ult. Fachin. l. 1. Contraveniens, c. 96. Azor. Tom. III. l. 10. c. 7. q. 4. Molina disp. 564. Armilla v. Pena, n. 6.*

Et hæc opinio procul omni dubitatione æquitati magis consentanea est, præcipuè cum malitia in debitoribus abest. *Gutier. l. cit. Padil. in l. Si quis maritus, n. 26. C. de transact. Barboz. in c. Superius, de pœn.*

XXXII.

DIFFERENTIA §.

Non valent Jure civili institutiones, & relicta, quæ in alterius arbitrium committuntur: Illa institutio, ff. de hæred. instit. l. Captatoria eod. Sed Jure Canonico, qui alterius arbitrio committit, videtur velle, ut omnia distribuamur pro anima sua secundum arbitrium illius, quem elegit; adeoque non videtur decedere intestatus, c. Cum tibi de testam. Bartol. 105.

I. **C**Ajus in cit. lege, Illa institutio, sic loquitur: Illa institutio, Quos Titius voluerit, idè vitiosa est, quod alieno arbitrio commissa est. Nam satis constanter veteres decreverunt, testamentorum jura per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere. Consonat l. Si quis Sempronium. Si quis ita scripserit: Si Titius voluerit, Sempronius hæres esto, non valet institutio. Idem repetitur in l. Captatoria eod. & in C. ubi arbitrium alterius secretum alienæ voluntatis appellatur. *Vvesenbec, l. 28. ff. tit. 5.*

II. Multùm diversa est Juris Canonici sanctio in c. Cum tibi, de testam. Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus. De quorum verborum genuina interpretatione Interpretes non conveniunt apud Barb. aliis videtur Potitifex velle, quod Bartol. indicat, institutionem, seu testamentum valet, quod alterius arbitrio committitur. Alii existimant hæredem fieri illum, cujus arbitrio committitur eâ lege, ut bona sua in partem usus distribuatur. *Fachin. nihil aliud*

constitui vult, quàm clericum (de quo in cit. c.) cenleri non intestatum decedere ad effectum, ut episcopus dispositionem bonorum ipsius sibi sumat, ut fieri solet, circa intestatos. Voluntatem igitur prædicti clerici neque testamentum, neque Codicillum esse, sed meram declarationem, quâ non vult Episcopi arbitrio bona sua distribui, sed illius, quem ipse nominaverit, quo posito concidit Bartoli excogitata differentia. Denique Barbosa absolute intelligenda esse citata verba existimat, ita ut indistinctè commissa alterius arbitrio ultima voluntas

sive ad pias causas, sive non, legitima censeatur; adeoq; non mori intestatum. Nam licet hæres non nominetur, alterius dispositioni tamen committitur nominandus, quasi dicat testator: Tu dominus eris bonorum meorum, & liberè de illis disponere poteris. Non negaverim tamentali modo institutionem ad pias causas liberè alterius voluntati committi posse. Fachinaus l. 5. c. 58. Guil. Benedic. inc. Raynutius, v. Condidit, n. 15. Tholos. l. 42. c. 8. n. ult. Roland. de ult. volunt. Rubr. 46. n. 3. Armilla v. Testam. n. 16.

XXXIII.

DIFFERENTIA 6.

Secundùm leges venditor præcisè non tenetur dare rem venditam emptori, sed sufficit, quod det interesse: l. 1 ff. de act. empti & vend. l. Si traditio, C. cod. Secus iure Canonico, quia præcisè rem ipsam tradere tenetur.

Secund. Hostiens. in c. Cùm Ioannes, de fide instrument. Galvan. 78.

I. In c. Cùm Ioannes cit. aliud non dicitur, quàm si pura, & non conditionata fuit venditio domus, possessio nem illius emptori dandam esse. Hostiens. autem in summa l. 3. §. Rubr. de empt. & vend. n. 6. ad q. Ad quid venditor teneatur? respondet ad traditionem rei præcisè teneri, l. Si quis aliena, ff. de act. emp. & vend. verius est, quod ad interesse damnatur, l. 1 ff. eod. Si res vendita non tradatur, in id, quod interest, agitur. Hoc est, quod rem habere interest emptoris. Consentit Gloss in l. cit. asserens in arbitrio & electione venditoris esse vel rem venditam tradere emptori, vel quoad interesse eidem satisfacere. V. Fachin. l. 2. Controv. iur.

c. 30. Socin. in l. Certi conditio, ff. Si certum pes. Alciat. ad l. un. C. de sent. qua pro eo, quod interest. Palao de Iust. Commut. disp. 5. punct. 13.

II. Contrarium omninò perluadere nititur Everard Bronchorst Centur. 2. assert. 57. venditorem, qui tradendi facultatem habet, ad tradendam emptori rem cogi l. Ex empto. ff. de act. empti. ubi dicitur, venditorem in primis rem ipsam tradere, id est, præstare oportet: imò manu militari ab eo auferri potest, quemadmodum observat Castr. ad l. 1 ff. de act. empti. Quod etiam probatur aperto, & inconvincibili textu in §. Perficiuntur, Instit. de donat. ubi Imperator sancivit, quòd donatio ad

exemplum venditionis habeat necessitatem tradendi. Quod autem de interesse prestando à quibusdam objicitur, Duarenus, & quidam alii sic accipiendū vult, si desit facultas rem ipsam tradendi, & hanc distinctionem communem omnium ferè doctorum esse Glossa arbitratur. Ceterationi & æquitati, prior est,posito quod supra in *different.*

XXVIII. probavimus, ex omni pacto jam nudo conscientie obligationem nasci, cui contrahens absque gravitate contravenire non possit. Hinc enim necessario consequitur, venditori premissis viarum ambagibus, sinceram promissioni suæ insistendum, quæ pretio accepto dicit, emptori in raanus rem esse tradendam.

XXXIV.

DIFFERENTIA 7.

Iure civili locator finito tempore locationis domum alii locare potest, et jam in viso primo conductore: l. Ne cui, C. Locati. Sed Iure Canon. si primus inquilinus sit scholaris, prohibetur alteri scholari locare sine consensu primi,

c. Ex rescripto, de loc. & conduct. Bart. 100.

Ioann. Bapt. à S. Blas. 124.

I. **L** Ex *Ne cui, C. de loc. & cond. ita* loquitur: Ne cui liceat, qui aliquam domum alienam, vel locum, vel ergasterium nomine conductionis accepit, alteri, qui post eum domini voluntate ad eandem conductionem accessit, litem inferre, quasi rem illicitam, aut agenti damnosam tentaverit. Si alicui, *sic Glossa*, conduxerim domum meam vel ergasterium usque ad annum, & in sequenti anno nolo eidem locare sed alteri, an possit mihi, aut illi, cui locavi, aliquam questionem movere? *Respondet*, quod non: & si contra fecerit, si vilis persona est, verberatur, & in exilium mittitur; si nobilis, punitur in decem libris argenti. Nemo enim invitus rem suam alii locare tenetur, excipiuntur tamen prædia fiscalia, *l. Congruit, C. de locatione prædiorum civil. vel fiscalium*, illa enim plus licitanti addicuntur. Item scholaris *c. Ex rescripto, de loc. &*

conduct. quo in loco arguuntur magistri & scholares, qui finito tempore locationis domicilia conducunt invitis inquilinis, vel super conducendis aliorum hospitium in laesionem & præjudicium habitantium audent hospitem convenire, nequam constat tempus conductionis lapsum esse; vel inquilini in hoc suum favorem præstiterint, & consensum. Quod privilegium singulis annis in communi audientia magistrorum & scholarum recitandum præcipitur à *Clem. III. penult. sic*, qui, quòd ante supremam dignitatem gentilitio nomine scholaris vocatus esset, erga scholares animi sui benevolentiam eo rescripto declarare voluit. *Arnold. Ferron. l. Comment. tit. 3. de locat. §. si*
II. Neq; obstat, quòd *Glossa* quosdam scholares veteres conductores præterendos esse novis in conductione domus; atq; ita limitari legem, *Ne cui, C. de loc.*

fit. quia intelligendum est, quando antiquus scholaris vult præferri novo conditori, non scholaris; secus quando uterque scholaris est, quia hunc dominus poterit domum suam locare, cui voluerit. Ita Barb. in c. cit. Ex rescripto, de loc. & conducto. Item ad l. 1. Part. 7. n. 51. ff. Solutio Matrimon.

XXXV.

DIFFERENTIA 8.

Iure civili Emphyteuta, qui triennio canonem non solvit, expelli potest.

l. 2. C. de iure emph. At iure Canonico biennium illi constitutum est permissa mora purgatione, c. Propter, de loc. & conducto.

Bartol. 101. Io. Bapt. à S. Blasio 40.

I. Emphyteusis implantationem, seu initionem denotat, quia fundus eo sine locatur colono, ut segete, vel arboribus conferat. Hinc ad significandum contractum accommodatur, qui contractus est concessio rei immobilis cum translatione domini utilis retento directo sub onere solvendi annuè certam pensionem, seu canonem. De hoc Bartol. & alii DD. communiter affirmant, si canon spatii triennii ab Emphyteuta seu colono non solvatur, ab emphyteusi, cum hominis privati est, excidere: si verò Ecclesiæ sit per biennii omissionem permissa tamen moræ purgatione. Elapso igitur prædicto tempore integro, & non antè, privari potest, quamvis pensio, seu Canon minimi valoris sit. Neque enim hic de lucro, aut commodo, sed recognitione utilis domini agitur. Ignorantiæ tamen habenda ratio est, quæ, si omissioni causam dederit, à culpa emphyteutam liberat, ut contingere potest in hærede, vel successore.

II. In emphyteusi ecclesiasticâ (intellige, cum res in emphyteusin data Ecclesiæ alicujus, aut pii loci est) qui

duobus annis constitutum canonem præstare negligit, nec celeri satisfactione moram purgavit, emphyteusin amittit. c. Potuit, de loc. & condu. Censuratur autem celeri satisfactione uti, quante litis contestationem canonem exhibet, intellige, de verâ litis contestatione, & non de eâ, quam facit iudex in oblatione libelli. Sic igitur omittens solvere, aut solutionem neglectam excusare, emphyteusin amittit, sub conditione scilicet, si dominus proprietatis velit, ita, ut eo volente retrotrahatur pœna ad diem commissi delicti. Adde, quòd emphyteuta in morâ & culpâ esse censetur, etiamsi dominus seu proprietarius pensionem non exigat, nec moneat cessantem. v. Iul. Clar. l. 4. §. Emphyteusis, q. 8. Gutier. Consil. 43. n. 9. Rebell. de oblig. iustit. par. 2. l. 13. q. 12. Fachina. l. 4. c. 96. Azor. 10. III. l. 10. c. 7. Less. c. 24. dub. 9. Laym. l. 3. Traet. 4. c. 23. n. 8. Gaill. l. 2. obs. 48. n. 4. Palao de iust. commut. disp. 10. puncto 10. Bronchorst Cent. 1. assert. 82. Vallens. l. 3. Parat. tit. 18. §. 2.

F3

XXXVI. DIF-

*Iure civili licitum est contrahentibus invicem decipere usque ad dimidium
justi pretii: 1. In causa, ff. de minor. Iure Canonico Ecclesia vitata
fraude ac deceptione contenta esse justo pretio debet, c. Hoc jus
10. q. 2. Bartol. 66. Ioann. Bapt. à S. Blasio 105.*

Pomponii effectum est in l. cit. In causa, in emptionis & venditionis precio naturaliter licere contrahentibus se circumvenire. Vbi gloss. Gottofredi naturaliter, id est, jure gentium: quia natura, seu affectus contrahentium est, ut velint in emendo, & vendendo lucrum aliquod facere. Hæc tamen circumscriptio, cujus hic mentio fit, non est dolus, sed prudentia, & industria, quædam œconomica, studiumque aliquod rei familiaris augendæ. Eodem pertinet lex 2. c. de rescind. vendit. Rem majoris pretii, si tu vel pater tuus minoris distaxerit, humanum est, ut vel pretium te restituente emptoribus fundum venundatum recipias, vel si emptor elegerit, quod deest, justo pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars pretii soluta est. Sed idemne emptori liceat, repetere videlicet, in quo supra dimidium læsus est, ambigitur? æquitas suadet licere: imò huic potius quàm venditori succurrendum videtur, qui potest, & debet rerum suarum justum pretium nosse, l. 1. §. 13. ff. Si quid in fraudem patroni factum sit, & DD. apud Barbof. multi id sentiunt c. Dilecti, de

empt. & vend. Præclare Everh. Bromby in Centur. 2. assert. 52. Malè, inquit, dicitur peritè ex citatis leg. colligitur, quòd dolum, & deceptionem permittant, cum nihil magis, quàm fallere, & decipere alium à viro bono sit alienum. Deceptio enim, & circumventio hic non pro fraudulento venditoris consilio, quòd in proposito, intelligi debet, sed pro lectione, quæ re ipsa fit, & incurià contrahentium. Nam si interveniat evidens venditoris, vel emptoris dolus, redditur contractus venditionis tanquam bonæ fidei ipso jure nullus, l. Si dolo, c. de rescind. rita. Per hæc tolli videtur Differentia assignata, nam si quilibet vitare fraudem, & justum pretii licitatione contentus esse debet, quorsum id Ecclesiæ ut proprium ascribitur? Nec oportuit dicere Barbof. cum Innocentio Papa, Ecclesiæ in actibus suis fraudè adhibere non debet, sed Ecclesiæ & cunctis mortalibus dolus, & fraus fugienda est. V. Dom. Soto l. 6. de iust. 7. 3. art. 1. Antonin. par. 2. tit. 1. c. 16. Fachinaum l. 2. Controv. iur. c. 16. Palao de iust. commut. disp. 5. Less. c. 21. D. 4.

XXXVII.

DIFFERENTIA 10.

Si quis emit rem aliquam meâ pecuniâ, sed suo nomine, secundum leges habet jus in illa: l. Si ex pecunia, C. de rei vendic. l. Qui vas, ff. de furt. At secundum Canones, si res empta sit pecuniâ fœnebrî, vendi, & restituî pecunia debet, c. Cùm tu s. de usur. Idem est, si alienâ pecuniâ res empta sit, c. Non est putanda 1. q. 1. Bartol. 127.

I. Quid in l. Ex pecuniâ, C. de rei vendic. continetur, in l. 1. C. Si quis alteri vel sibi, melius exprimitur. Si pecunia patris fundus, & mancipia comparata sint matris tuæ nomine, factâ traditione matrem tuam dominam esse constitutam scias. Et l. 8. eod. Qui aliena pecuniâ comparat, non ei, cujus numini fuerit. Sed sibi iam actionem empti, quàm dominium, si ei tradita fuerit, possessio quærit. Nec interest, pecunia iuste vel iniuste parta sit. Rationem dant, quia res sic empta fructus industriæ censetur, non pecuniæ, quæ per se sterilis est. Medina q. 10. de rest. 5. Notanter. Sylv. v. emptio, n. 25. Pe. Navar. l. 4. c. 1. n. 6. Molin. disp. 329. Azor. III. l. 8. c. 26. q. 5. Jusf. c. 20. Dub. 18. n. 29. Bonag. Tom. 11. pag. 498. n. 29.

II. Excipe 1. si quid emptum est pecuniâ Ecclesiæ. Tunc enim ipsi, & non alteri acquiritur dominium, c. 1. & 2. 12. q. 3. & c. Fixum 12. q. 5. 2. emptum pecuniâ pupilli, vel minoris à matre, vel curatore, sit ipsius pupilli vel minoris. Hospiens. in sum. de empt. s. ult. 3. similiter quod pecuniâ militis emitur, ipsius fit,

l. Si, ut proponit, C. de rei vendic. Denique emptum pecuniâ donatâ ab altero conjugè, sit illius, cujus est pecunia, l. Vxor marito, ff. de donat. inter vir. & ux. Hæc ita limita, ait Sylvester, quando pecunia non fuit alteri mixta. Nam si mixta fuerit, res empta transibit in dominium etiam furis, l. Si alieni nummi, ff. de solut.

III. Juris Canonici sensum in c. Cùm tu manifestos, Alexander III. exponit: Possessiones, quæ de utris comparatæ sunt, debent vendi, & earum pretia his, à quibus usuræ sunt extortæ, restitui, ut sic non solum à pœnâ, sed etiam peccato possint liberari. In c. Non est putanda, eod. dicitur de illicitis rebus & malè acquisitis non posse elemosynam fieri: quod limitat Glossa, quando dominium non est translatum, vel, quæ in elemosynam dantur, sunt obnoxia restitutioni, ut contingit in usurario, & latrone. Quid autem, si de pecuniâ Simoniacâ fundata Ecclesia est? R. Glossa. Non demolietur, c. Comperimus 14. q. 6. sed læsis Ecclesiæ præfides satisfacere studebunt.

XXXVIII. DIE:

DIFFERENTIA II.

Iure Canonico donatio facta Ecclesie sub modo non revocatur, licet modus non sit adimpletus, sed agitur ad modum implendum, c. Verum, de condit. appol. Secus jure civ. l. i. C. de donat. quæ sub modo, &c.

Io. Bapt. a S. Blasio, 56.

I. **M**odus generaliter est omnis quantitas adjecta dispositioni, l. Obligationum, §. Modus, ff. de action. & oblig. specialiter est moderamen dispositionis per oneris appositionem tanquam causæ finalis, ut lego tibi aureos mille, ut emas vineam, ut emas libros. Vel, est invitatio, ad quandam remunerationem, vel ad impletionem, loco ejus, quod est factum, & ideo non suspendit, sed clarificat. Nota ipsius seu character est particula *ut*, quemadmodum conditionis *si*, aut æquivalens. Subinde tamen alterum pro altero promiscuè accipitur, ita ferè *Sily. in V. Conditio, & n. 3.*

II. Jam quod donatio Ecclesie sub modo facta non revocetur, etiam non adimpleto modo ex *c. Verum, citat.*, quod multum allegabile censetur, colligimus. *Glossa* casum ita format: Aliquis possessionem quandam Ecclesie cuidam legavit, sub conditione, id est, modo, ut aliquid fiat: Ecclesia non servabat modum in donatione appositum, unde donator revocare volebat donationem, quaeritur, an possit: Respondet *Alexander III.* non posse, nisi tali conditione, id est, tali pacto donatum sit, ut eâ cessante donatio debeat revocari: tunc e-

nim, si non fiat, quod convenit, donatio revocatur. *Et paucis interiectis.* Nota differentiam inter donationem sub conditione, & donationem sub modo. Donatio enim sub conditione facta non tenet, nisi adveniente conditione, sive eâ impletâ ff. de cond. & demonstr. l. Qui heredi. At donatio sub modo statim tenet, & non revocatur, nisi dictum sit, ut revocetur, quando servatus non est, & de tali donatione loquitur decretalis ista.

III. Quod verò jus civile attinet, lex *i. C. de donat.* omnino concedit donatori vendicationem rei, & conditionem, si non fuerit servatus modus in donatione appositus. Si tamen, quod verosimile, vocabulum *modus* non ita accipitur, ut à causâ, & conditione distinguitur, non erit discrimen inter sacrum jus & profanum. Nemo enim

etiam Theologorum ignorat, non servatâ conditione revocari donationem posse. *V. Iul.*

Clarum §. Donatio, q.

21. Less. c. 18. D.

14. Az. III. l.

4. c. 24.

DIFFERENTIA 12.

Iure civili permittitur transigere de criminibus inferentibus poenam sanguinis, excepto adulterio: de aliis non licet transigere excepto crimine falsi: 1. Transigere, C. de transact. Sed iure Canonico videtur aliud dicendum, videlicet nullum crimen inferre poenam sanguinis: item in causa spirituali nullo modo licere accepta pecunia desistere, c. fin. de relet. & c. fin. 2.

q. 3. §. In omnibus. Bartol. 54.

I. **V**trumque convenit i. de quacunque re dubia, & litigiosa transigi posse. l. 1. ff. de transact. & l. 2. C. eod. etiam facta causa conclusionem. Nam tunc quoque litis eventus dubius est, non tamen post rem iudicatam, vel iuramento decisam, l. 7. ff. eod. 2. tam auctori quam reo de crimine capitali transigere licet, l. Transigere 18. C. eod. Nec pro confesso habendus est, qui transigit. Magis enim periculi declinandi causa, quam conscientiam criminis censetur transigere, l. fin. ff. de pravaricat. Bronchorst Centur. 1. ass. 43. Excipitur tamen adulterii crimen, ne lenocinii detur occasio, l. Transigere quamvis C. de adulter. 3 non licet transigere de alimentis futuris ut imā voluntate relictis absque causa cognitione, & pratoris auctoritate, l. Cum hi 8 ff. eod. Nec de eo, quod in testamento relictum est, non inspectis testamenti verbis, quia talis transactio captiosa videtur, adeoque improba, l. 5. eod.

II. Iuris Canonici hæc propria sunt: i. in causa matrimonii dubii nulla transactio, aut amicabile compositio admittitur, c. fin. de transact. 2. de subiectione spirituali debita v. gr. Ecclesie matri,

Antinomia.

non valet transactio, c. Præterea, hoc tit. 3. nec de ulla re spirituali, vel annexis illi interveniente aliquo temporali, c. Constitutus, c. Super eo. 4. si nihil temporale promittatur, de beneficiis ecclesiasticis iustam fore transactionem probabile est. Barbof. in c. Constitutus, hoc tit. Vallens. l. 1. tit. 36. §. 3. Fachin. l. 1. de contrav. iur. c. 8. & sequ.

III. Quod Bartol. addit, poenam sanguinis ab Ecclesia non agnosci, ita accipiendum est, ut ipsa per se poenis ecclesiasticis utatur, c. Per venerabilem. Qui fil. sint legit. principes verò sæculares gladium, quem portant, in vindictam malorum contra improbos stringant, c. Circumcollisiones, c. Sunt quedam 25. q. 5. Nilominus ecclesiastico magistratui legem condere licet de mortis supplicio certis reis infligendo, & capitalis poenæ potestatem laicis committere, quem adm. infra Diff. CXLVIII. demonstrabitur. Covar. l. 2. Variar. c. 20. §. tertio, ead. ratione summo Pontifici præsertim, cujus in manu uterque gladius, spiritualis, & temporalis. Extrav. Vnam, c. 1. de maior. & obed. Moscon. de maiest. Eccl. par. 1. c. 4. Franc. Leo in thes. fori eccl. par. 1. c. 15. n. 32.

G

XL. DIF.

DIFFERENTIA 13.

*Gestum non meo nomine jure Canonico ratum habere possum, secus
Iure civili. Bartol. 76.*

I. Regula Iuris Canonici nona est in
l. 6. Ratum qui habere non potest,
quod ipsius nomine gestum non est; quam
pluribus exemplis ex utroque jure pe-
titis Dynus confirmat. Nam 1. si vulne-
rasti, inquit, vel occidisti clericum nomi-
ne tuo, & ego, cujus nomine factum
non fuit, ratum habui, non sum innoda-
tus vinculo excommunicationis, quia,
quod meo nomine non est gestum, ra-
tum habere non possum, c. Cum quis,
de sent. excom. in 6. 2. Si gessisti negoti-
um filii mei contemplatione ipsius filii,
licet habeam ratum, non propterea te-
neor tibi, nisi eo modo, quo tenerer, si
ratum non haberem, id est, ad quantita-
tem peculii 3. Item si filius meus roga-
vit rem precario nomine suo, licet ra-
tum habeam, non aliter teneor interdi-
cto de precario peculio tenens, quam te-
nerer, si ratum non haberem, quia non
meo nomine gestum non possum habe-
re ratum, l. si servus, ff. de precar. 4. Si
occidisti hominem nomine tuo, vel ali-
ud cujuscunque generis delictum com-
misisti, vel contractum celebrasti nomi-
ne tuo, & ego habeo ratum, non teneor,
propter predictam rationem. Ita
Dynus, & alii interpr.

II. Quid ergo in mentem Bartolo

venit, ut Iuri Canonico contrariam
Regulam statueret. Gestum non meo nomi-
ne ratum habere possum? An forte limita-
tiones aliquas attendit, quibus commu-
nis Regula minuitur? Diximus enim
in Commentario predicta Regulae colla-
tationem à laico factam ab Episcopo
ratam haberi posse: Item successorem
ea, quae non suo sed defuncti nomine
acta sunt, & delatam filio bonorum pos-
sessionem ratam habere patrem posse,
sed addita causa est, ex connexionem
rum & personarum id fieri, unde non
raro praesumitur voluntas & consensus
interpretativus, qui sufficit, ut nostro
nomine, etiam quod ignoramus factum
esse praesumatur. Neque in hoc Ius Ci-
vile à Canonico diffidere existimo, l. Et
quis, §. Alioquin, C. Quod cum eo, qui in al.
potest, est, ubi Gotofredus. Ratihabitione
mutuum nostro nomine non factum
conciliatur. Item, ratihabitione factum
alienum nostrum facimus, nimirum fi-
ctione juris in proximam personarum
conjunctione fundata. Idem l. 43.
& l. fin. ff. de neg. gest. asseritur.
V. Decium in Reg. 60. ff. At-
millam V. Ratihabitione.
Bronchorst. Centur.
2. assert. 48.

XLI.

DIFFERENTIA 14.

Iure civili fructus ex re pignoratā extenuant sortem, C. de pignor. act. l.

*1. & 2. Sed in Iure Canonico invenimus contrarium in duobus casibus,
c. 1. de feud. c. Conquestus, de Vfaris, c. Salubriter,
eod. Bartol. 102.*

I. Indubitata est Codicis lo. cit. sententia: Ex pignore percepti fructus imputantur in debitum; quando sufficient ad totum debitum, solvitur actio, & redditur pignus: si debitum excedunt, qui supererunt, redduntur Item l. 2. eod. quod ex operis ancilla, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est, debiti quantitatem relevabit, eadem DD. opinio est. *abb Alex de Nevo in c. 1. de jur. Ceter. in 2. q. 78. ar. 2. Navar. c. 17. in 215. silv. V. Pignus, n. 11. Less. c. 20. lib. 16. Leyman. l. 3. Tr. 4. c. 30. . 7.*

II. Nec diversum quid Iure Canonico sancitum est. nam in c. Cum contr. hic tit. legitur. Secundum Canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debent computari. Vbi *Glossa* bene observat primò, fructus intelligi, qui de ductis impensis supersunt, l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Secundò computandum quoque esse, quod percipi potuit, ex pignore, & creditoris incuriā non est perceptum, C. de partu pign. & in omni casu, l. 2. Igitur assignata differentia in duabus tantum exceptionibus consistit: Prima est, habens ab Ecclesia possessi-

ones in feudum, si pro pecunia oppignorat illas Episcopo hic fructus pignoris in sortem non tenetur computare, omisso tamen, seu condonato servitio, quod Vassallus debebat, quasi illius loco fructus occupentur. Quo autem Iure id fiat, non una omnium sententia est, ut fufius in citato c. B. r. b. os. prosequitur: qui etiam extendit ad emphyteusim, & usumfructum, quod ab nonnullis improbatur. *Secundò* exceptio est, quando maritus pro dote sibi promissa pignus accipit. Illius enim fructus in sortem minime computat, l. 1. pro oneribus 20 ff. de iure dot. Censentur enim interea temporis, dum sorte caret, ad familiaris sustentationem, aliaque vita communis onera perferenda necessarii. Quam ob causam *Innocentius III. in c. Salubriter 16. de vsur. generum* ad fructus possessionum, quas pignoris loco à socero accepit, negat compellendum esse. *V. Antonin. par. 2. tit. 1. c. 7. Innoc. Hostiens. Joann. Andr. Calder. in cit.*

c. & imprimis 2or. Tom.

III. l. 7. c. 9. & Filliuc. Tract. 34. Par.

2. c. 5.

DIFFERENTIA 19.

Iure Canonico etiam post biennium opponi potest exceptio non numerata pecuniae in vim exceptionis doli mali contra dolosum. Dynas in c. Locupletari, de Reg. iur. in 6. *Secus est iure civili: l. in contractib. C. de non num. pecun. Instit. de literar. oblig. per tot. lo. Bapt. à S. Blasio 20.*

I. **Q**uia nominatus auctor Dyni auctoritate nititur, verba annumerabo: Videtur, inquit, ob stare Regulæ, quod non opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ, intra biennium obligatur cum effectu, l. in contractib. C. de non numer. pec. l. Si ex cautione, & instit. de literar. oblig. Ergo adversarius ipsius locupletatur cum jacturâ, & injuriâ non opponentis. Sed de iure civili respondetur, quod, cum fiat legum auctoritate, non videtur injuria fieri. Sed negari potest quod non fiat cum damno veritate inspectâ. Et ideo, si is, qui confessionem recipit, sciat se non numerasse, dicerem, quod de æquitate Canonica exceptio non numeratæ pecuniæ non excludatur biennio, cum malæ fidei possessor nullo tempore præscribat, c. Possessor, de Reg. iur. in 6.

II. In eo igitur à iure civili Canonico diffidet, quod hoc æquitati rationis naturalis insistens, ne pravæ cupiditati & fraudulentæ aditus pateat, exceptioni non numeratæ pecuniæ nullum terminum præscribit; Ius civile verò inimicum æternis litibus quasi in vindictam prolongantis exceptionem, prohibet illam post elapsum biennium

opponere. In lo. cit. Instit. de liter. obligat. alia causa additur, ne creditores diutius possint his pecuniis forsitan defraudari, ideo tempus coarctatum est ut intra biennium hujusmodi exceptio minimè extendatur. Nihilominus aliqui etiam post biennium hujusmodi exceptionem non numeratæ pecuniæ extendi putant, mutuans enim qui pecuniam non numeratam exigit, dolo facit. Igitur actione doli repelli potest, hæc autem actio perpetua est, l. Perpetua, ult. ff. de doli mali, & mer. except. Præterea in l. Generaliter, C. de non numer. pecun. cavetur, si fatear iste debitorem esse ex alia causa, quam mortui, omnino esse obligatum, nec exceptionem opponere posse non numeratæ pecuniæ, attramen bene probare posse, ex illa causa non teneri per veram & legitimam probationem Ergo licet non possis opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ut in mutuantem rejicias onus probandi, optimè poteris probare non esse numeratam pecuniam. V. Zanger. de except. p. 3. o. 14. n. 47. Bronchorst. Constit. 2. ass. 22. Palaus de iust. com. Diss. 4. Puncto 7. n. 15.

XLIII.

DIFFERENTIA 16.

In contractibus innominatis iure Canonico non habet locum penitentia.
Gloss. in c. Cum inter, de elec. At iure civili secus est: l. Si pecuniam, ff. de condi. cau. a dar. loan.
Bapt. à S Blasio 48.

I. Glossa allegata in c. Cum inter, in v. Ex consensu compositionis, post aliquantam discussionem, an uno resiliente alius à pacto liberetur, concludit. Ubi compositio intercedit, & purè quis renunciat juri suo, postea non auditur, loco penitentiae sublato, ut hic, & in tra, remanentiae c. In presentia, cujus rubrica est. Qui sponte renunciavit electioni de se factae, super ipsa ulterius audiri non debet: & remittentibus actiones suas non est dandus regressus ad eas, ff. de ad. edict. l. Quaritur, §. Si venditor. Hujus decisionis fundamentum videtur positum esse in c. 1. & 3. de pact. ubi univèrsè præcipitur, ut pacta quaecunque etiam nuda suam obtineant firmitatem. Id enim conscientiae lex, & fidei liberanda necessitas exigere videtur. Grave est fidem fallere, & promissa non adimplere. V. dicta superius in differ. XXVIII. Alciat. in tit. de transact. n. 27. Covarr. de sponsal. par. 2. c. 3. §. 4. & l. 1. Var. c. 14. n. 15. Gutier. de matrim. c. 5. n. 9. Hippol. singul. 42. Turrian. disp. 55. dub. 3. Less. c. 18. dub. 7. n. 55. Laym. l. 3. Tract. 4. c. 12. Palco de iust. comm. disp. 2. Pun. 8. n. 4 & 5. Card. Lugo disp. 22. sect. 5. n. 58. & seq.

II. Multùm diversa legum intentio est, & populari arbitrio mitior. Nam in l. Si pecuniam cit. in contractu innominato, do, ut facias, eum, qui dedit, poenitere posse asseritur, & repetere, quod dedit. Unde Gottofr. In contractibus innominatis datu condicimus, vel ex poenitentia, vel si causa non sit secuta. Imò etiam te non integra is qui adimplevit contractum pro sua parte, antequam alter impleat, poenitere potest, puta, si dedi tibi aureos 100. ut Romam, aut Compostellam ires, poenitere possum, & repetere pecuniam, quam dedi, priusquam tu iter inchoaveris, soluto tamen interesse. Schneidevvin. l. 3. Institut. tit. 14. §. Quotuplex est contractus, n. 13. Wesenbec. l. 12. ff. tit. 4. n. 4. Dynus in Reg. Quod semel placuit, n. 11. de R. I. in 6.

Idem jus in contractibus nominatis locum non habet, nec in illis admittitur poenitudo, l. 3. ff. de res. ind. vend. l. 6. c. de actione empti. Tholos. l. 25. c. 23. Gomez. l. 2. c. 8. n. 3.
**

G 3 TITV-

TITVLVS V.

De testamentis.

Vltimæ voluntates decedentium seu testamenta tum propter insidiosam succedendi in bonis, vel participandi cupiditatem, tum propter ipsorum testantium multiformem dispositionem nec paucis, nec modicis obnoxia fraudibus ac periculis sunt. Quam ob causam tum sacris, tum profanis legislatoribus cura fuit, quoad fieri potest, malas artes auertere, & periculis obistere. Hinc multæ præceptiones, & subinde dissonantes: nec pauca per ecclesiasticas sanctiones correctæ sunt, ut ex dicendis apparebit.

XLIV.

DIFFERENTIA I.

In testamento solenni septem testes Iure civili requiruntur, & regulariter in Codicillis quinque. l. Hæc consultissimâ, C. de testam. & l. fin. C. de codicill. Iure Canonico autem in relictis ad pias causas sufficiunt duo vel tres testes, c. Cùm esses 10. c. Relatum, de testam. & quidam dicunt in omnibus locum habere. Bart. 104. Galvao. 10. Canis. 23.

I. Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult. Ita definit l. i. ff. Qui testam facere poss. verum ut omnimodè perfecta definitio sit, separetque codicillum, fidei commissum, & similia, addendum est cum directa hæredis institutione, hoc enim nulla alia ultima voluntas facit. Aliud est nuncupativum, seu apertum, aliud clausum, sive scriptum & solenne, de quo nostra differentia loquitur, inque eo requirit solennitatem in numero testium, non quod ea sufficiat, sed quia circa illam Jura discordant. Aliis in testamento scripto, sive solenni requiritur 1. ut fiat uno, & non interrupto tempore. 2. ut non interponatur alius actus. 3. ut septem testes ad id rogati & vocati sint cum Notario, ii que nomina sua subscribant, & signent annulo proprio, vel alieno, vel alio signaculo. 4. ut certus hæres nominetur, qui in universum jus defuncti succedat, l. Hæredes, ff. Qui testam.

testam. fac. poss. l. Antiquitas, c. de testam. l. Hæredem, ff. de Reg. iur. Quod codicillos attinet, non pauciores quinque testibus exigat lex citata, Hæc consultiſſimâ, & l. Si quis, §. In omni, qui tamen non necessario mares nequid id rogati & vocati esse debent. Myſing, in §. Codicilli autem, Inſtit. de Codicill. Hujus igitur solennitatis defectu testamenta & codicilli irriti sunt in terris Imperio Romano subiectis, illis quoque, qui aliis legibus aut statutis non oriuntur.

II. Ecclesiæ autem, quæ sacrorum Canonum præscripto regitur, longè alius sensus est, sufficere scilicet ad pii testamenti valorem solius testatoris voluntatem coram duobus testibus expressam. Ita Covarr. c. 11. de testam. n. 9. Iul. Clarus §. Testamentum, q. 6. n. 1. Fachin. l. 4. c. 5. Zypæus l. 3. consultat. Can. consult. 4. Molina D. 91. & 134. Less. c. 17. D. 2. n. 4. Filluc. tract. 34. c. 7. n. 3. O. Laym. l. 3. tr. 5. c. 2. n. 2. Reginal. l. 25. c. 52. n. 622. Vazq. c. 1. Zerola V. Testam. n. 2. Escobar tract. 3. Exam. 4. c. 7. n. 100. & alii ad c. Relatum, de testam. apud Barbos, ibid. Nec dissensio Interpretum hinc & doctorum ulla reperitur, sed dubium est, an duo testes necessarii sint non tantum in foro externo, sed etiam interno conscientiæ.

R. non videri, nam si Jus naturale attendas, aliud nihil exigit, quàm ut nullus in testatore sit defectus, vel potestatis, vel libertatis, cum bonorum suorum quilibet dominus, & distributor

sit. Si Jus civile, illius in hoc negotio nulla auctoritas est legibus testamentariis per Ecclesiam abrogatis, c. Relatum i. hoc tit. Superest igitur Jus Canonicum, à quo, quantum ex citato cap. colligimus, duo quidem testes sufficere dicuntur ad fidem Judici externo de testatoris voluntate faciendam, ut ferre sententiam possit, non exiguntur tamen ut necessarii ad valorem testamenti, cujus perfectio & integritas à sola disponentis voluntate, & arbitrio dependet.

III. Ex quo ulterius infert Lessius loc. cit. n. 8. in tali testamento non opus esse hæredem nominare & instituere, quia Jus naturale non requirit institutionem hæredis. Quod verò leges civiles id velint, obesse conscientis non potest, quæ sacrorum Canonum magisterio erudiuntur. Similiter licet fieri queat, ut defectu solennitatis civilis invalidum sit testamentum aliquod, legata pia tamen in illo constituta valida esse, ut cum aliis Covarr. tradit c. 11. n. 4. V. Iul. Clar. §. de testam. q. 6. n. 8. Silv. V. Testam. l. n. 8. Armilla eod. Filluc. tract.

34. c. 7. n. 153 Comitol. l.

7. q. 1. Escobar. tr. 7.

c. 7. n. 71. & seq.

Zerola V. Testam. mentum.

* *

DIFFERENTIA 2.

Iure civili femina in testamento testes esse non possunt: l. Ex eo 13. ff. de testibus, l. Qui testamento, ff. Qui testam. fac. possunt. Secus Iure Canonico, c. Forus, de verb. signif. c. Quoniam, c. Ex litt. de testam. Ioann. Bapt. a S. Blasio 37.

I. Iure civili, ait *Clarus in §. fin. q. 24. n. 2.* mulier admittitur indistinctè ad testificandum in causis criminalibus, & ira communiter tenetur. *Gram. Consil. crim. 12. n. 17. Vivius in l. Communium opin. fol. 281. v. Testu idonea:* etiam in capitalibus. *Alexand. Consil. 11. n. 6. l. 1. Imola in l. Qui testem, §. Mulier.* A testamentis autem repelluntur *argum leg. Qui testamento, ubi §. 6.* legimus. Mulier testimonium dicere in testamento non poterit, aliàs autem testem esse mulierem posse, argumento est lex Julia de adult. quæ adulterii damnatam testem produci, vel dicere testimonium vetat. In aliis ergò admittit, ut *Gloss. Gotofr. colligit. Cui adnuculans Greg. Tholos. l. 48. c. 13.* Mulier, ait, Iure civili in criminalibus & in civilibus admittitur, ut plerumque in testimonium, *l. Ex eo, ff. de testib. l. Qui testamento, §. Mulier, ff. de testam. Eadem Wesenbecii doctrina est, l. 28. ff. tit. 1. n. 11.* Cur autem in testamento rejiciant mulieres, & in judiciis admittant, ratio sumpta ex infirmitate iudicii, & constantiæ defectu, quam *Gloss. & Interpretes passim agnoscunt,* produci non debet, quia non minùs probat de uno, quàm de alio. Non enim desinit esse in-

firma, & instabilis ingenii femina, quando ad testificandum in iudicio adhibetur. Necessitas igitur consideranda est, quæ illis viâ aperit in uno, & non in altero. Testes pro testamento cum delectis sumuntur, & ad manum sunt, nec ulla in ipsis præcognitio exigitur. At verò, qui delictis aut negotiis testificantur, si cauti sunt, qui cautæ aut criminis notitiam habent, qui sapenúmero admodum pauci, ac pene nulli sunt. Alia ratio et antiquis Romanorum moribus sumitur. Testamenta enim tunc fiebant calatis comitiis, in quibus ad suffragium mulierum non admittebatur.

II. Conveniunt igitur leges, & Canones ad testificandum in causis civilibus, & criminalibus adhiberi feminas potest (honestas intellige) nisi de crimine civiliter agatur, velut contra clericos, sive per viam inquisitionis, denunciationis vel exceptionis, *§. Quoniam 1. de testib. In testamentis verò leges non patiuntur.* Iure Canonico autem in testamentis ad pias causas absolute admittuntur. *V. clerorum, de testam. q. 6. n. 4.* Quamvis aliqui contradicant apud *Vallens. l. 2. tit. 29. §. 2.*

§. 2.

XLVIDI.

XLVI.

DIFFERENTIA 3.

Iure Canonico omnes clerici de bonis propriis testari liberè possunt, c. Sint manifesta 12. q. 1. & c. 1. q. 5. cad. At iure civili de quæsitis labore & industria sua non possunt testari, sed ecclesia ipsorum cedunt. Auth. Licentiam, C. de episc. Ioann. Bapt. à S. Blasio § 2.

I. **T**EXTRUS CAPITIS *Sint manifesta*, ex Canonibus Apostolorum hic est: *Sint manifesta* res propriæ episcopi, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, relinquere, c. 1. 12. q. 5. Nihil dubium est, quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de his: quas ante habuerunt, quicquid iudicare voluerint, non vetantur. Idem repetitur in c. 4. *Fixum*, ibid. similiter in c. 1. & 9. de *testam.* & ult. *volunt.* De bonis ecclesiæ autem, & in tantum ecclesiæ acquisitis non licet testari illis, ibid. De his, quæ consideratione ecclesiæ percipiunt, nullum de iure possunt facere testamentum. *Navar. de redd. eccl. q. 3. Covar. c. 7. de testam. Clarus §. testam. q. 27. Molin. disp. 147. Menoch. de reb. Casu 195. Fachin. l. 6. c. 75. Sylvest. v. Testam. 1. n. 3. & 4. Less. c. 19. dub. 4. Layman. l. 4. tract. 2. c. 2. Bonac. Tom. 11. pag. 641. Filliuc. tract. 34. c. 7. n. 158. Plafec. par. 2. c. 5. n. 37. Eragund. de Contract. l. 6. c. 9.*

II. Quod Jus civile attinet, Auth. citata à Ioann. Bapt. à S. Blasio ex Novellâ 131. c. 13. sic loquitur: Licentiam habeat

episcopus, quæcunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcunque post episcopatum iure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerint, ad quos voluerit, ultimâ voluntate transmittere: cæteris rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio Ecclesiæ reservatis, nisi in utilitatem Ecclesiæ vel opera pietatis consumptæ sint. Ita leges, tem ipsam & huius ævi mores spectando, communiior DD. doctrina est. *Primò* Clerici beneficiati iure communi ex redditibus beneficiorum suorum nullum testamentum condere possunt, c. *Quia nos*, c. *Cum in officio*, c. *Relatum 2. de testam.* *Secundò*, huic rigori per contrariam consuetudinem derogatum est, ita ut beneficiati liberè testentur de illis, quæ congruæ sustentationi supertunt. *Tertio* de illis quoque testari possunt ad pias causas, quæ parcius vivendo comparârunt. *Navarr. in apol. q. 1. Monito 30. c. Manifesta 12. q. 1.*

Less. c. 19. dub. 4. Coton.

in Comp. Diana v.

Beneficiarius.

* *

H

XLVII. DIF-

Antinomia.

DIFFERENTIA 4.

Iure Canonico usurarius manifestus non potest testari, nisi prius præstitit satisfactione de usuris ablatis, c. Quamquam, de usur. in 6. Sed iure civili sic videtur, to. tit. ff. & C. de testam. Institut. Quibus non est permillum facere testam. Ioann. Bapt. à S. Blasio 19.

I. **U**surarius manifestus dicitur *primò*, qui ita palam exercet artem sceneratitiam, ut ipsa facti evidentia excusari non possit. *Secundò*, qui coram sacerdote, & testibus publicè fatetur, se usurarium esse, & mandat restitui uturas. *Tertiò*, qui tanquam Usurarius à Iudice condemnatus est. *Covarr. l. 3. var. c. 3. n. 4. Iul. Clarus §. Usura. n. 15. Sylv. v. Usura, § 9 Menoch. de arbitr. Casu 235. Mascard. de prob. Concl. 1418. n. 4.*

Talibus non permitti testamentum, nisi satisfactione præstita manifestè liquet ex *c. cit. Quamquam*, quod extenditur etiam ad codicillos, *Covarr. l. 3. variat. c. 3. & donationem causam mortis ex mente Iul. Clari §. Donatio, q. 7. Menoch. Conf. 11. n. 21. & alios apud Barbos. in c. cit. Ad Judæos quoque pertinere Tholosanus contendit l. 42. c. 8. n. 16. & ad quoslibet infideles in temporalibus Christiano Principi subiectos. *Lugo D. 24. sect. 7. n. 70.* Nam licet Ecclesie quoad spirituales pœnas non subdantur; quoad temporales tamen & quoad contractus civiles subiant. Sic autem non valet usurarii testamentum, ut cautio restitu-*

di uturas iniquè parras præstanda sit, vel ipso facto restitutio complenda. Quod si actu condiderit, non sortietur effectum, priusquam hæres sciverit de furata restituitione. Non enim, ut bene animadvertit *Fagundez de contr. l. 6. c. 9. n. 39* absolute à testamento faciendo arceatur, sed sub conditione, si noluerit uturas reddere, vel cautionem præstare, de solvendo & compensando damna aliis illarum adeoque non redduntur Usurarii simpliciter intestabiles, ut alii criminosis, sed conditionatè, nisi uturas malè perceptas restituant, aut de eo cautionem præstent. Nec simpliciter ea prohibitio in illis est pœna, sed Juris naturalis restitutio.

II. Quod Jus Civile attinet, cum ab illo usurae permittantur eo modo, quæ infra *Tit. 15. diff. CCIX.* ostendimus, mirum videri non potest, si ultimæ voluntatis dispositionem in Usurariis non damnet, in illis nimirum, qui modum non excedunt: aliis nihil putem indulgeri. *V. Menoch. de arb. Casu 398.*

XLVIII.

DIFFERENTIA §.

Legatum rei aliena iure Canonico non valet indistinctè, c. Filius de testam. Sed iure civili distinguitur: l. Cum alienam, C. de legat. l. Si res obligata, ff. de legatis 1. Bartol. 86. Galvan. 11.

I. IN c. Filius cit. Greg. IX. rescribens T. episcopo ita loquitur: Leges sæculi hoc habent, ut hæres ad solvendum cogatur, si auctor ejus rem legaverit alienam; sed quia lege Dei, non autem hujus sæculi vivimus, valde mihi injustum videtur, ut res tibi legata, quæ cujusdam ecclesiæ esse perhibetur, à te teneantur, qui aliena reddere debuisti, ubi *Glossa v. alieni*. Cum quis scienter legat alienam, tunc hæres tenetur (*iure civili*) res redimere, vel legatario precium dare, si res sit talis, quæ vendi possit, aliàs non *inst. de legat. §. Non solum, & §. Quod autem*. Si ignoranter legat rem alienam, non valet legatum, & legatarius probate debet scientiam, ut in *§. Quod autem, & ff. de probat. l. Verius esse*. Addit in *v. Restituere*, de benignitate Canonica *c. Quicumque 17. q. 4.* De stricto jure non tenebatur reddere juxta prædictam distinctionem T. imò reddere tenebatur; sed poterat agere contra hæredem, si scienter res illas legasset.

II. Pro meliori intellectu clarissimum textum Insti. *loc. cit.* audire juvat: Non solum testatoris, vel hæredis res, sed etiam aliena legari potest, ita ut hæres cogatur redimere illam, & præstare: vel si eam non potest redimere,

æstimationem ejus dare: sed si talis res sit, cujus commercium non est, vel adipisci non potest, nec æstimatio ejus debetur, nam nullius momenti tale legatum est. Quod autem diximus, alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si scivisset rem alienam esse, non si ignorabat. Forsitan enim, si scivisset alienam rem esse, non legasset.

III. In *l. Cum alienam, C. de legat.* alia distinctio adhibetur, videlicet valitutum rei alienæ legatum, si proximæ personæ, vel uxori, vel alteri simili datum sit ab eo, qui rem suam esse putavit. Addunt Theologi & Canonistæ, tunc hæredem teneri ad rem illam, vel æstimationem illius legatario dandam: si autem in commercio non sit, legatum inutile censeri. Quod si testator in re legata habebat jus aliquod, puta, ex pignore, illud solum legari: ac proinde non dabitur æstimatio. Si autem communis fuit testatori & alteri partem suam legasse censetur, nisi dixerit se totam illam legare. *v. Parorm. in c. Solius, de testam. Molin. disp. 196. v. usq. de testam. c. 8, n. 64. Comit. l. 7. q. 6. n. 8. Laym. l. 3. tr. 5. c. 10. n.*

7. Lugo disp. 24. §. 10. n. 267.

Hæreditas pacto dari potest, non Iure civili, sed Canonico, c. fin. de successione ab intest. l. Licet inter, C. de pact. l. Hæreditas, eod. de pact. convent. Ioann. Bapt. à S. Blasio 171.

I. **I**n l. *Licet inter privatos, cit.* irrita declaratur pactio mutua, ut, qui supervixerit, alterius sit hæres. In l. *Hæreditas* testamento acquiri hæreditatem extranei dicitur, quia juxta *Gossofr. Glossam* ibid. pactum non est modus Jure civili repertus, aut receptus hæreditates acquirendi, sed vel testamento, vel lege ab intestato fit. Aliter qui facit, contra bonos mores stipulatur, l. *Ex eo, C. de inutil. stipulat. Ever. Bronchoff Centur. 1. assert. 30.*

II. Quod Jus Canonicum atinet, non apparet solidam fundamentum, quo *Ioann. Bapt. à S. Blasio* nixus hanc differentiam promulgavit. Nam in *cit. c. fin. de success.* nihil aliud indicatur, quam Archipresbyterum quendam monasterio de Brusia ad participationem orationum, ac precum se suaque bona obtulisse: ex quo non potest argui pactum vel obligatio justitiæ, de qua leges loquuntur. Et ratio utrique Juri communis est, quam in *cit. l. Licet inter, Gloss.* ponit, quod ejusmodi pactioes de hæreditariis successioneibus odiosæ sint, & plenè tristissimi eventus propter insidias, quæ parantur illius vitæ, de cujus successione fit pactum. Nihilominus in prædicta lege excipiuntur milites, quibus de mu-

tua successione pactio permittitur. Receptum quoque in Gallia Papo testatur, præsertim inter nobiles, ut in societas omnium bonorum alter alterum hæredem instituere possit. In Germania quoque inter Saxoniam & Hassiam duces factum esse anno salutis 1373. *Sabera tradit V. Andr. Gail. l. 2. observ. 125.*

III. Pari modo Canones ponunt de futura hæreditate & successione pactum 1. si de incertâ, seu qua liber obventurâ hæreditate paciscantur 2. Si renuntiatio, vel pactum circa hæreditatem certæ personæ in favorem communitatis, vel collegii fiat: ut si quis conventui religioso obventuram sibi hæreditatem donet. 3. ante ingressum, aut professionem religionis disponere in causas pias licet, etiam de acquirendis absque ullâ spe recuperandi. Unde præter ab Ecclesia derogatum esse legi ultimarum *C. de pactu* ita, ut etiam non requiritur consensu alterius pacta de futura successione valeant. *Molin. disp. 271. §. Explicando. Sanchez l. 7. Moral. c. 2. n. 18. Comit. l. 3. q. 25. n. 2. Laym. l. 3. Trad. l. 1. n. 3. F. chin. l. 1. c. 84. Duaren. in tit. de pact. c. 4. Barb. in c. Accepimus, de transact.*

* * *

L.

DIFFERENTIA 7.

Paſſum juratum de non ſuccedendo in hereditate recipientis paſſum iure Canonico valet, c. 2. de paſſ. in 6. ſecũs Iure civili: l. Paſſum, C. de collationib. Ioann. Bapt. à S. Blaſio 5.

I. *Boniſacii VIII. Decretalis eſt, qua citatur. Quamvis paſſum patri à filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona reſreſſum haberet, improbet lex civilis; ſi tamen iuramento non vi, nec dolo praſtitito firmatum fuerit, ab eadem omnino ſervari debebit, cum non vergat in aeternae ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum. Idem erit, ſi iuramentum uni ex fratribus aut cuicumque cohæredi fecerit ſoror. Id enim Religio iuramenti, & divini nominis reverentia exigat. Nec culpâ vacat Raph. èl. in l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. qui decretalem prædictam eſtrænem, & exorbitantem vocat, adeoque reſtringentem eſſe.*

II. Illi autem è diametro contradicit, *l. Paſſum dotali, improbari enim omnino iuris auctoritate aſſerit, nec filiam prohiberi eâ ratione, ne inteſtato patri ſuccedat. Quod multi Legiſtae ita defendunt, ut iuramentum illi contrarium temerarium, ac nullius momenti vocent, quia nimirum iuri publico*

derogat, quo conſtitutum eſt, ut & libera ſit teſtamenti factio, & ſolemnis, l. 3. ff. de teſtam. Muraretur autem, ſi ejuſmodi paſſa valerent, quia & libera teſtandi facultas impediretur, & hereditatem quis ex paſſo conſequeretur, citra ulla teſtamentorum ſolemnia, quæ omnia publico iuri adverſantur. Præterea vorum captandæ mortis inducit, adeoque contra bonos mores tendit, nutriendo peccatum. Ita Fachinaus l. 8. *Controverſ. iuris c. 72.* aliique plures ejuſdem toni, quibus nulla religio eſt, legum profanarum auctoritati, divini nominis reverentiam poſthabere: à quibus propterea recedendum Theologiſ eſt. Nec profani iuris, & ſæculi vivendam nobis, ſed Dei, & Eccleſiæ integerrimis legibus. *V. Leſ. l. 2. c. 17. dub. 7. n. 55. Angel. in v. Iuramentum, §. 5. n. 23. Canif. l. 3. Summ. iur. 24. §. In paſſo. Armilla v. Paſſum, n. 8. Filiuc. tract. 25. c. 7. n. 200. Denique Sanch. cum al. multu à ſe nominati l. 3. Moral. c. 9. n. 35.*

H3

LI. DIF-

DIFFERENTIA 3.

Iure Canonico monachus in hereditate sibi delata equiparatur filiofamilias, ut sic monasterium possit adire delatam hereditatem monacho, eiusq. consensu non sit necessarius, c. In presentia, de prob. & l. Cum proponas, C. de hered. institut. Sed iure civili magis videtur equiparari servo juxta dictam legem, Cum proponas, Ioann. Bapt. a S. Blasio.

I. **I**N hac materia non est, quod quisquam ingenium intendat, aut operam sollicitè ponat in enodatione. Etenim diverso respectu monachum nunc servi, nunc filii conditionem sustinere, communi Legistarum & Canonistarum sensu receptum est. In præceptis obedientiæ, & bonis temporalibus, quæ acquirere possint, servis annumerantur, quia illis omnimodè renunciârunt, c. Cum ad monasterium, de statu monach. Barbof. ibid. n. 35. Innoc. in c. Cum olim propter, de privil. Conc. Trid. sess. 25. c. 2. de reform. In spiritualibus verò, quorum capaces sunt, ingenui habentur. Nam beneficia, officia, & dignitates ecclesiasticas obtinere possunt. Innoc. in c. Post translationem, de renunciat. Navar. l. 3. Consil. 14. c. 3. Canis. l. 1. summat. tit. 25. Less. c. 34. D. 2. n. 5. Roderic. tom. 1. q. 34. art. 2. & seq. Barb. in c. Cum olim, de privil. Fachin. l. 6. Controv. c. 16. Ever. in Top. loco à Servo ad monachum. Bartol. Fumus v. Monachus n. 5.

II. Illud autem controvertitur, cum de hereditate monacho delatâ agi-

tur, an ipso inscio vel etiam invito monasterium adire possit: si potest, servus censetur monachus, idque iuris civilis Interpretes volant: si non potest, quæ filius erit. Priorem seu affirmativam partem ex c. In presentia, de probas. colligimus, ita ut in tali casu non monachus sed monasterium loco filii sit, & hereditatem accipiat. Abb. n. 16. Felim. n. 39. Decius n. 108. Bartol. Bald. Angel. aliq. plurimi ap. Barb. in c. cit. & Laym. l. 3. Tit. 5. c. 5. n. 7. Ratio est, quia professio paupertatis incapaces reddit ad proprium aliquid sibi comparandum, & omnia monasterio acquiruntur: ac proinde in eo, quod monasterio monachus acquirit, servo comparatur: quoad modum verò acquirendi filiofam. potius, quàm servo assimilatur, l. ult. C. de her. qua liberis. Si filius res sibi delatas non vult acquirere, pater pleno jure eas acquirere potest.

**
*

LII.

DIFFERENTIA 9.

Secundum leges filius hæres retinet unam tantum Falcidiam: I. Iubemus, C. ad Trebell. Secundum Canones verò duas, unam naturæ, & alteram Trebellianicam, c. Raynutius, de testam. Galvan. 9. Canis. 26.

I. Falcidia nomen habet à Falcidio tribunopl. qui invenit, & præscripsit: quarta pars est, quam hæres ex legatis detrahit, quando nimirum tot legata sunt, ut non remaneat hæredi saltem quarta pars bonorum defuncti. Quod conveniens & necessarium videbatur, tum propter hæredes, ne solo nomine ditentur, tum propter ipsum defunctum, ne gravata tot oneribus hæreditas à nemine acceptetur, ff. ad l. Falc. Molin. disp. 213. Fagund. de Contr. l. 6. c. 17. n. 12. Trebellianica sub Trebellio Maximo consule præscripta dicitur: quadrans seu quarta pars hæreditatis est, quam fideicommissio gravatus hæres post aditam hæreditatem sibi retinet, §. Sed quia stipulationes, Instit. de fideicommiss. heredit.

Quod legitimam filiorum attinet, aliqui jure naturæ, aliqui gentium, aliqui humano tantum, sed civili debitam esse contendunt, suis singuli rationibus armati. Meliorum opinio est jure naturæ, vel gentium deberi quoad substantiam, seu rem ipsam: jure humano autem, quoad quotam, seu determinati-

onem, quod verum arbitror. V. Fachin. l. 4. c. 32. Barb. Dist. 1. c. 7. n. 23.

II. His positis jure Canonico filius hæres, & legitimam suam, & Trebellianicam ab hæreditate sibi fideicommissio data retrahit; jus civile verò, unam tantummodo Falcidiam tribuere videtur. Sed rem ipsam, & mentem DD. intuenti nulla discrepantia videbitur. Legitimam enim, quatenus juris naturalis est, nemo tollit, Falcidia verò, seu Trebellianica utroque jure approbatur, ut post alios declarat. Andr. Vallens. l. 3. Parat. tit. 26. §. 4. Nec diversum quid in c. Raynutius definitur, ubi præter legitimam Trebellianica adjudicatur. Nam de legitimâ an deberetur, lis non erat, sed de personâ, quâ repertâ non potuit negari Trebellianica, salvâ auctoritate l. Iubemus, C. ad 3C. Trebell. v. Glos. in c. Raynut. de testam. Covar. ibid. Boer. decis. 156. n. 3. Fachin. l. 4. Controv. c. 32. Gaill. l. 2. obs. 21. n. 5. Bronchorst cent. 3. ass. 67. Gomez. l. 1. Resolut. c. 5. Laym. l. 3. tit. 5. c. 9. Less. c. 19.

Dub. 7.

LIII. DIF-

DIFFERENTIA 10.

Iure civili heres filius non implens voluntatem defuncti privatur hereditate, salva tamen legitima: .fin. C. de fideicom. Auth. Hoc amplius, eod. Iure Canonico autem privatur etiam legitima, c. Silvester II. q. I. c. fin. de voto, & redempt. Bart. 67. Ioan. Bapt. à S.

Blaſio 106.

I. **I**N *Auth. Hoc amplius*, inserta titulo *C. de fideicom.* legitimus: Qui defuncti iudicium lege non representatum monitus à Iudice intra annum non implet; excluditur eo, quod præter debitum naturale percepit ex eodem iudicio. Debitum naturale legitimam vocat, quia quoad substantiam saltem à jure naturali, vel gentium oritur, ut in præced. differentia diximus, nec subtrahi solet, nisi propter ingratitudinem, aliudve enorme crimen. *V. Tholos. 42. c. 33. n. 17.* ubi ita scribit: Jure pontificio ab episcopo interdicitur hereditas cum fructibus, *c. Si heres 6. de testam.* In Gallia nec post annum cadit hereditate, sed sententiæ vel cogitur parere, vel hereditate cedere: quæque sit in hac re praxis, docebit *Benedictus in c. Raynurius, in v. si absque liberis 2. in fideicom. Tract. n. 194.* aliisque ordinariis remediis coercetur audacia.

II. At verò in *c. Licet, de voto, v. hereditatis emolumento priveris*, auocat *Barb.* heredem, qui expressa defuncti jussa non implet intra tempus statutum ipso jure privari emolumento etiam prælegatorum sibi competente ex hereditate,

vel testamento ejusdem defuncti jura *Authent. Hoc amplius.* Quæ quidem regula recipitur etiam jure Canonico in *de rebus, de testam. juncto* sensu plurimum, quos refert *Covarr.* dummodo salva maneat legitima (nisi ultra eam) lita bona accepit) quantumvis onerata præse injuncta pia sint, & ex voto procedente. Factâ verò acceptatione abolutâ tenetur adimplere onus, & obprobatione voti. Ita *Barb.* addens filium regem de quo ibi, potuisse etiam ducem pariter, quem revocavit voluntate à patre abbuisset cum conditione adimplenda voluntatem suam: imo jure succedente in regno Hungariæ, si frater ipsius primogenitus absque liberis decessisset. *Magel. v. Executor, n. 11. Silv. v. Testamentum II. q. 6. & 8. Gomez. l. 1. c. 9. n. 94. Molina disp. 251. Layman l. 3. Tract. 5. n. 13. Vallens. l. 3. tit. 26. s. 8. n. 3. Millia v. Testamentum, n. 17.* qui non de omnibus in testamento dispositis intelligendum esse, sed de legatis, substitutionibus ac similibus, item illis, quæ cum addita pœna jubentur. *V. g.* non dederit Titio centum aureos, privatus esto.

LIV.

DIFFERENTIA II.

Iure Canonico heres tenetur ex delicto defuncti, licet ad eum nihil deveniret ex delicto defuncti, c. fin. de sepult. c. In literis, de rapt. secus Iure civili: l. n. C. Ex delicto defuncti, l. In heredem, ff. de calumn. Bartol. 178. Galvan. 12. Canis. 27.

I. Quia sacrorum Canonum finis & scopus est animarum pericula avertere, & salutem procurare, heredes astringit ad satisfaciendum pro damnis iniuste illatis per antecessores. Cum enim illorum bona acceperint commodo suo, convenit illa, quae iniuste comparata sunt, dominis suis restituere. Covarr. l. 3. var. c. 3. n. 8. Navarr. c. 15. n. 25. & c. 18. n. 6. Silv. v. Hered. III. n. 6. Andr. Gail. l. 1. de pace publ. c. 20. n. 21.
Nec omnino Jus civile dissonat, quamvis enim non permittat litem moveri a quocumque damnum passio, ne plus a quo heres infestetur, nihilominus, quia contractus naturaliter ad heredes transeunt, l. Ex depositi, l. Ex contractibus, ff. de oblig. & action. si quid in illis delictum sit, actionem laeso indulget ad recuperandum sibi erepta: ut actionem furtivam quoque, quae ad heredem, licet nihil ex furto perciperit, transit, l. Si pro furto, ff. de condit. furtiva. Similiter, quando lis ob causam delicti antea cum defuncto contestata est, l. un. C. de perpet. & temporal. act. Farinac. in praxi crimin. l. 1. q. 10. n. 60. cum aliis DD. quos magno numero citat.
II. Nota I. quod de solvendis debitis

defuncti ex contractu, vel quasi contractu, dictum est, extendi ad illos quoque, qui non veri heredes, sed heredum loco sunt, & in bonis succedunt, qualis est executor universalis hereditatis, qui bona defuncti in opera pia distribuere debet. Item usufructuarius universalis: pater quoque, qui jure peculii occupat bona defuncti. Monasterium occupans bona religiosi, cui propter professionem incapaci succedit denique sitcus occupans bona confiscata propter delictum, vel bona vacantia decedentis ab intestato sine alio herede. Cardin. Lego diss. 24. sect. 8. n. 23. Tenentur hi ad omnia illa solvenda, ad quae defunctus tenebatur, non excipiendo ipsos principes, & Imperatorem ipsum. Omnes enim antecessorum suorum iustis pactis, & conventionibus obligantur. Boer. decis. 204. n. 41.
Nota 2. Propter delicta patroni, advocati, vel Vice-Domini vindicantium sibi plus in Ecclesiis, quam jura permittunt, cumque occidunt praelatum Ecclesiae, etiam aliis poenis eorum posteror, & heredes affici, c. In quibusd. 12. de poen. Decian. l. 2. c. 22. n. 22. & 33.

Antinomia.

I LV. DIF-

DIFFERENTIA 12.

Iure civili hæres, qui fecit inventarium, non tenetur ultra vires hereditatis.
 l. Scimus, C. de iure delib. *Iure Canonico autem non videtur illa sententia attendi.* c. Si episcopus 10. q. 6. Bartol. 178.

I. **L**egum citata Scimus, de iure deliber. de cilio hæc est: Hæres testamentarius, sive ab intestato sit, sive ex asse, sive ex parte, adire sine inventario hereditatem potest, cuius aditionis ea vis est, ut, qui adit, obnoxius sit creditoribus defuncti, cum ultro adierit. Hinc regulam suam 70. Socinus eruit: Non conficiens inventarium, ultra vires hereditatis tenetur, & alias pœnas subibit, de quibus in *Auth. de hered. & Falcid. §. Quia vero, & l. fin. C. de iure deliber.* In foro conscientie autem tenetur quidem ex delicto, & contractu defuncti, ut in preced. differentia diximus, non tamen ultra vires hereditatis, sive inventarium confecerit, sive non, & sic intelligenda est *Glossa in c. Praesentium, de pignor. c. Literis, de rapt. c. Tua nos, de usur.* Secundum jus Canonicum igitur & conscientiam hæres tenetur ad omnia debita, sive fuerint ex contractu, aut quasi contractu, sive ex maleficio, vel quasi, intellige, cum hereditas sufficit. Alioquin si fecit inventarium, nullo modo tenetur, si vero non fecit, etiam non tenetur in foro conscientie ultra vires hereditatis. Atque ea opinio communis esse

videtur, ut *Ludov. Roman. in Rubr. ff. de acquir. hereditate, & alii multi credunt, ita Socinus.* Causam addit *Mynsig. l. 2. Inst. tit. 19. §. Sed nostra,* quia in foro conscientie non attenditur subtilitas Juris civilis, subrogantis heredem in omnibus & per omnia loca defuncti, sed æquitas solum Juris naturalis, sive divina, quæ neminem ultra accepta gravari permittit.

II. Unde nascitur illa Decisio in *Reg. Jur. 191.* Ex qua persona quibus hereditatem capit, ejus factum præstare debet, id locum non habere in illo hærede, qui inventarium confecerit. Nam voluntas testatoris contravenire potest, non præstando illius factum, quando vires hereditatis sunt debiliores. *V. Ioan. Andr. & Panorm. inc. Quia plerique, de iur. iur. l. 25. n. 626. Comitol. l. 4. q. 4. Varinac. in Praxi crim. l. 1. n.*

l. q. 10. cum aliis multis ab eo nominatis. Guido Papa de forma Inventarii n. 16.

* * *

LVI.

DIFFERENTIA 13.

Iure Canonico pro legitima filiorum consequenda revocantur alienata per parentes in fraudem liberorum, etiamsi alienatio facta sit ex causa onerosa, puta, venditionis, vel permutationis, c. Raynottius, de testam. Sed Iure civili revocantur tantum alienata in fraudem ex causa lucrativa: l. omni modo, C. de inoff. donat. l. Non usque adeo, ff. Si à parente quis fuer. manumissus. Ioann. Bapt. à S. Blasio 41.

I. Legitima portio est pars hæreditatis à lege constituta filiis, cum enim testator olim bona sua, seu totam hæreditatem posset aliis relinquere, iure cautum est, ut legitimam hæredibus partem relinqueret, l. *Omni modo, C. de inoff. testam.* Hæc Iure naturali filiis debetur, ut supra in Differ. 9. explicatum est, qui sine causa exhæredari non possunt: illis morenis debetur nepotibus, qui legitimè ex illis nati sunt. Nec gravamen illi per legata aut fideicommissa imponi debet, ut fuscè probatur à *Civil. Benedicto in c. Raynottius, v. Reliquit, à n. 28.* Non eadem ubique quantitas, sed pro regionum, aut statutorum varietate varia. Iure communi, quando filii sunt quatuor vel pauciores, tertiam partem habent, cum quinque vel ultra, medietatem, l. *Novissima, C. de inoff. testam.* Juxta morem, & Statuta Orientalis Franciæ nostræ, saltem in Diocesi Herbipolensi legitima filiorum quocunque numero fuerint, duæ tertie bonorum sunt, detractis ex tota massa debitis. *V. Ordinat. p. 167.*

II. Hujus legitimæ subsidio ad vitæ conservationem necessario, ne fraudentur filii, invigilandum sollicitè parentibus est; sed evenit non raro, ut futurorum ignari, aut officii sui immemores in præjudicium filiorum, bona sua alienent: quod si contingat ex causa lucrativa, vel quantumvis onerosa, qualis est venditionis, aut permutationis, alienationem revocari posse usque ad legitimam, ut ea liberis integra maneat ex *c. Raynottius DD.* colligunt. Si autem titulo oneroso facta alienatio est, vendendo aut dissipando bona, tunc, licet regulariter secundum leges revocationi usque ad legitimam non sit locus, possunt tamen filii per officium Judicis ex æquitate petere, ut eis in legitimam, vel pro alimentis aliquam bonorum partem assignet. *Bald. in l. 1. C. Si in fraud. per. licet contrarium teneat in l. Non potest, ff. de adop. Benedictus in c. Raynottius, v. Reliquit, & q. singulari de legitima. Tholos. l. 44. c. 5. Mysing. l. 4. Inst. 115. 6. §. Item si quis. Azor. II. c. 27. q. 9 Bronchorst Centur. 3. assert. 63.*

I 2 TITV-

TITVLVS VI.

De voto, & iuramento.

Ouemadmodum aliis promissionibus maioris obligationis causâ addi iuramentum solet, ita votis quoque, ut, quæ Deo promittimus, per eiusmodi necessitatem stimulati promptius & citius exequamur. Erigendus animus, & cunctandi tollenda libido est. Eam ob rem hîc voto iuramentum conjugere placuit, ut commodius utriusque differentia explicetur.

LVII.

DIFFERENTIA I.

Iure civili filiusfamil. non obligatur voto: l. Si quis rem, §. Voto, ff. de pollicit. Secus Iure Canonico, c. Venientis, de voto, c. Mulier 32. q. 2. Bartol. §9. Ioann. Bapt. à S. Blasio 118.

LEgis citatæ, si quis rem, hic tenor est. Si quis rem aliquam voverit, voto obligatur, quæ res personam voverit, non rē, quæ voverit, obligat. Res enim, quæ voverit, soluta quidam liberat vota, ipsa verò sacra nō efficitur. Voto autem patresfamil. obligantur, puberes sui juris. Filius enim famil. vel servus sine patris dominivē auctoritate voto non obligantur, ubi *Gloss. Gottofr. Impubes, & alieni juris non obligantur ex voto, sine consensu eorum, in quorum potestate sunt. Et Greg. Tholos. l. 24. Synt. c. 13. n. 8.* Personæ omnes vovere possunt, cujuscunque sint generis, qualitatis aut sexus, nisi nominatim prohibeantur. Et voto obligantur puberes sui juris: non autem filiusfam. & servus, sine patris dominivē auctoritate, c. *Si quis servum* 17. q. 4. c. *Ex antiquis, dist. 54. c. 1. & 2. 20. q. 2.* Quod intelligendum de il-

lis potissimum votis, quæ dominicæ potestati præjudicant, & subiectioni obsunt; cujusmodi esset votum peregrinandi ad limina SS. Apost. Petri, & Pauli visitatio templorum eo tempore, quo dominus servi ministerio indiget. *Navar. c. 12. n. 64. Soto l. 7. q. 3. ar. 2.*

II. Pari modo de votis uxorum iudicandum est, teste *Innoc. in. c. Scriptura, Antonino, Silv. Navar. & aliis apud Laym. l. 4. tr. 4. c. 7.* illa vota nimirum à mariti consensu pendere, quæ juri, ac potestati ipsius, quam habet ad conjugii usum, & familiæ gubernationem obesse possunt, reliqua verò minimè. Non enim est subiecta viro mulier in omnibus, nec audiendus *Tabiensis & Angles*, qui omnia vota liberorum non emancipatorum vel filiarum tantùm à patre solvi posse docuerunt, licet post pubertatem facta sint. *V. Suar. l. 6. c. 4. n. 1. & c. 5. n. 6.*

LVIII. DIF.

DIFFERENTIA 1.

Iure Canonico non licet jurare per creaturas, nisi quatenus reperitur exprefsum, ut per Evangelia, altare & per crucem, c. Considera, c. Habemus 23. q. 1. Iure civili autem licet jurare per quaslibet creaturas, praterquam per membra Dei, c. Si quis per capillum, 22. q. 1. Auth. Ut non luxur. hom. con. nat. c. 1. §. Et quoniam, l. Qui per salutem, ff. de iurejur. Bart. 23. Ioann. Bapt. à S. Blas. 76.

I. S. Hieronymi doctrina est in *c. cit.* Considera, lib. 1. in *c. 5. s. Matth.* Considera, quòd hic Salvator non per Deum jurare prohiberit, sed per cœlum, & per terram, & Hierosolymam, & per caput tuum. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum, ut quomodo vestimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent, sic etiam jurare permitterentur in Deum, non quòd rectè hoc facerent, sed quòd melius esset id Deo exhibere quàm dæmonibus. In *c. seq. Concil. Carthag. IV.* decretum allegatur, quo clericum per creaturas jurantem acerrimè objurgandum dicitur, & si persistit in vitio, excommunicandum. In *c. 10. 22. q. 1.* pœna decernitur, si quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blasphemiam contra Deum usus fuerit, ut, si in ecclesiastico ordine est, deponatur, si laicus anathematizetur. Morem jurandi per Crucem, & similia indicat, *c. 2. 22. q. 5.* Qui pejerat in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, annum unum pœniteat. Contra errorem quorundam in *c. 10. 22. ead. q. 5. August. ait:* Dico charitati vestrae, & qui per lapidem falsum jurat,

perjurus est. In quibus omnibus indubitus jurandi modus, abusus, scandalum, aliave adjuncta prohibitioni causam dedisse videntur.

II. Inter leges extat *Auth. Ut non lux, hom. con. nat.* in qua Iustinianus Imp. præcipit abstinere à verbis blasphemis, & jurare per capillos Dei, caput, & his proxima verba. In *l. Qui per salutem, Vlpianus vult,* quòd per salutem suam jurans, licet per Deum jurare videatur, nihilominus, si non ei specialiter ita delatum est, non juraverit, & ideo ex integro illi jurandum esse. Sed his sepositis veram Theologorum doctrinam attendamus, juramentum per se, & simpliciter lege divinâ non prohiberi *ad Rom. 1. v. 9.* Per creaturas autem tunc nefas est jurare, quando illis numinis quædam dignitas tribuitur: in Deum relata juratio culpâ vacare potest. Sic enim tactis Evangelis, cruce, aliavè re sacrâ juramus, *v. s. Thom. 2. 2. q. 89. art. 6. Soto l. 2. de iust. q. 4. art. 3. Navar. c. 12. n. 5. Armilla v. Jurare, n. 3. & seq. Suar. l. 1. de iuram. c. 6. szor. 1. l. II. c. 3. q. 5.*

DIFFERENTIA 3.

Iure civili abbas in causa monasterii jurat de calumniâ in animam suam, quis personam habet legitimam: l. 2. §. Quod observari, C. de ju. am. ca. umm. Auth. Cuius, quæ fit cum monacho, C. de Episc. & clericis. Iure Cano. nico autem jurare debet in animam majoris partis conventus, c. Preleatium, de testib. in 6. c. In pertractandis, de juram. calum. Bart. 42. Ioan. Bapt. à S. Blasio 90. Galvan. 74.

I. Regula Socini 207. est: Jurare de calumniâ principalis persona tenetur. In probationem adducitur l. 2. §. Quod observari, &c ubi dicitur: Convenit enim & ipsos (tutores, curatores, administratores, & similes) qui administrationem alienatum rerum auctoritate legitimâ gerunt, jurejurando affici. Fallit autem 1. quando dominus procul abesse, ita ut breviter accedere non posset. Tunc enim admittitur procurator, qui habet generale mandatum. Bart. in l. 2. C. de juram. calum. l. Silongius, ff. de iudic. Fallit 2. quando est procurator generalis ad negotia, habens potestatem agendi & defendendi, c. Generali, de procur. in 6. & DD in c. In pertractandis, de iure calum. Fallit 3. cum consuetudo contraria est, quemadmodum hoc tempore, ubi nec Abbas, nec ullus prælatus ecclesiasticus, saltem in terris Imperii per se in iudicio apparet. In eundem sensum Glos. cap. citati, in pertractandis, jurari posse dicit per principales, & per œconomos causam notam habentes. Item tale juramentum quandoque præitari per principales personas, quan-

doque per Syndicos, qui in animam suam jurare debent, sicut quilibet procurator habens speciale mandatum, V. Gall. l. 1. Obs. 88 & obs. 89. Menoch. l. 1. de arb. q. 20. ubi docet 1. iudicem in arbitratis calumniâ juramentum nulli remittere posse, eò quod juris divini sit. Exo. l. 6. 22. v. 7. Si quis commoverit amico pecuniam, c. 2. juramentum illud in omnibus causis esse præstandum, 3. consuetudine fieri non posse, ut in causis pertractandis juramentum calumniâ omittatur, nec statuto tolli posse: litigantes tamen sibi invicem remittere posse. V. Fa. mac. l. 1. Prax. q. 21.

II. Quod autem dicitur, prælato jurandum esse in majorem partem capituli, ex limitatâ Abbatis potestate oritur, quia in majoribus negotiis absque consensu majoris partis nihil agit, c. 1. de his, que sunt à maio. par. Cap. In peratoribus, nihilominus in legib. suis cenobiarum, ut supremos præfectos agnoscunt, adeoque legitimis personis annuunt.

tant.

LX.

DIFFERENTIA 4.

Eligentes Abbatem jure civili jurare debent, se electuros quem sciunt idoneum. Auth. de sanctissimo Episc. c. 34. §. lubemus igitur. At jure Canonico alia forma servatur, c. Cum dilectus, de consuet. c. Quia propter, de elect. Bart. in Joann. Bapt. a S. Blasio 130.

I. Abbatem Canones jubent non ab Episcopo, aut extraneo quocunque, sed à Capitulo, seu congregatione fratrum ejus monasterii, cui praticiendus est, eligi, c. Abbas, c. Abbatem 18. q. 3. At qui ritus, aut forma servanda sit, alibi præscribitur, ut mox patebit. Et quamvis ad Imperatorem non spectet disponere de rebus ecclesiæ, & cœnobiorum, olim tamen bono affectu, ordinârunt aliqua, quæ arbitrio suo acceptarent, vel rejicerent ecclesiarum præfides. Cujus generis est *authentica citate* lubemus igitur, Abbatem, aut Archimandritam in unoquoque monasterio ordinari, non omnino secundum gradum monachorum (id est, ætatem, vel annos conversationis) sed omnes monachi melioris opinionis existentes eum eligant propositis sacrosanctis evangeliiis, dicentes, quia neque propter amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scientes eum, & fide rectum, & vitæ castum, & gubernatione dignum, & qui possit monachorum disciplinam,

& omnem monasterii statum utiliter custodire, &c.

II. Quod citatos Canones attinet, in c. Cum dilectus, de consuetud. aliud nihil præcipitur, quam ut Congregatio monachorum sibi Abbatem eligat, & mortuo illo nullus qualibet auctoritate, aut violentiâ præponatur, nisi quem fratres, vel eorum pars consilii sanioris secundum Deum, & B. Benedicti Regulam duxerit eligendum. Forma autem electionis omnibus communis triplex est, prima per inspirationem, secunda per compromissum, tertia per scrutinium, de quo latius egimus in summâ I. C. Par. 1 tit. 7 §. 2. V. Gl. in c. Quia propt. de el. Roderic. Q. Q. Regular. tom. 2. q. 52. Caramuel in Regul. S. Bened. c. 64. Particularia in singulorum ordinum statutis viderelicet, omnibus tamen, ut benè Suar, movet Tom. 4. de Relig. l. 2. c. 6. servanda est forma præscripta in c. Quia propter, de elect.

DIFFERENTIA §.

Iure Canonico in spiritualibus causis non juratur de calumnia, sed de veritate dicenda, c. Literas, de juram. calumn. Iure civili autem in omnibus causis etiam spiritualibus de calumnia juratur: l. 1. C. de iur. jur. propt. calum. Bartol. 156.

I. **Q**uia de juramento in sequentibus crebra occurret mentio, generalia quaedam præmittere oportet, quorum cognitio in particularibus proficit. Juramentum aliud est iudiciale, aliud extrajudiciale. De hoc alibi plura, illius decem species numerantur à *Maranta* Part. 6. iudic. §. *Nomis actus*, ex quibus præcipua sunt hæc quinque: *Primo* est juramentum calumniæ præstandum actori, reo, & advocato, quod calumniandi, id est, falsum machinandi studio nihil acturi sint. *Secundum* est veritatis, quod defertur testibus, ut de mera, & purâ veritate testentur, aliàs nihil probaturi. Neque sufficit dicere: *Puto sic esse. Si bene recorder, factum, aut dictum est. Tertio* est juramentum necessarium, seu suppletorium, quod in supplementum probationis petente parte defertur à iudice semiplenè probanti. *Quartum* dicitur litis decisivum, illi deferendum ab adversario, qui non potest probare intentionem suam; quod tamen non tenetur acceptare, sed retorquendo dicere potest, *Iuratu*. Qui recusat, post iudicis approbationem pro confesso haberi potest. *Quintum* est juramentum in litem, quod à solo iudice defertur actori, ut iuratus dicat, quanti æstimetur tota

res controversa, vel quanti sua interesse credat in universum. Vocatur etiam juramentum affectionis, cuius tres species assignat *Maranta*, qui legendus.

II. His positis, quaeritur, an in spiritualibus causis juramentum calumniæ præstandum sit? Respondet *Honorius II. in c. Literas, cit.* Ecclesia in his casibus, in quibus de Ecclesiæ decimis, & rebus spiritualibus tantum agitur, juramentum calumniæ nec dare, nec recipere consuevit, eò quod tales causæ non legum distinctione, sed canonum æquitate finem debitum fortiantur, canones autem juramentum calumniæ in huiusmodi causis nulli prorsus indicunt.

Ex adverso *Iustinian. imp. l. 1. C. de iur. propt. cal.* In omnibus, inquit, causis si ve propter literas, fuerit apud te certatum, si ve propter instrumenta, si ve propter quicquam aliud, in quo necessitas probationis incumbit, sancimus, non aliter easd. probationes præstare compelli, nisi prius, qui eas exposcit, juramentum de calumniâ præstiterit. *V. de zor. in summ. l. 2. §. 58. Tholos. l. 48. v. 8. Vallens. l. 2. tit. 24. §. 6. Barb. inc. Cum causam, de dilation.*

LXII.

DIFFERENTIA 61

Iure Canonico in criminalibus non defertur juramentum suppletorium probationis, sed reus absolvitur auctore plenè non probante, c. Tam literis, de testib. Iure civili autem in criminalibus tale juramentum defertur: 1.

In bonæ fidei, l. Quacunq[ue] autem actione, ff. de iur. jur. Decianus l. 2. c. 21. n. 23.

I. Gloss. in *c. Tam literis cit. V. probata*, notat in causa criminali etiam civiliter mota, licet actor habeat præsumptionem pro se, non tamen deferri ei juramentum, imò locum esse Regulam, *Auctore non probante reus absolvitur*. Nimirum proclivis in perjurium lapsus est, rei gravitatem non æstimantibus. Id tamen generale non esse ex *c. Sicut consuetudo, de probat. liquet*. Ubi Alexand. III. reprobata consuetudine juramentum exigendi post plenam probationem, tunc exigendum esse decernit, cum aliæ probationes desunt. Hoc tamen si de causis civilibus tantum loquitur, non erit legum discordia.

II. Jus civile quòd attinet, in l. *Bona fidei aliud nihil dicitur, quàm in bonæ fidei contractibus, nec non in cæteris causis inopiã probationum iurejurando causã cognitã decidi oportere. L. in cæteriã causis*, si ad criminales quoque extendere volumus, sine limitatione non fiet, quarum multas Socinus in Reg. 204. enumerat. In causis majoribus & accusatione publicorum criminum liquet non exigi, quia testes omni exceptione majores requiruntur, l. *fin. C. de prob. In aliis distinguit Bartol. in l. Maritus, ff. de quaestib. n. 4.* an pro criminibus agatur

civiliter, an criminaliter. Si civiliter, an actio popularis sit, an privata? si popularis, extat decisio in l. *Eum, qui, §. In popularibus, ff. de iureiur.* si privata, defertur juramentum, l. 3. *& l. Si duo patroni, eod.* Si verò agatur criminaliter, iterum distinguit, an juramentum deferatur à parte parti, an à Judice? Si à parte, an pars, seu is, cui detulit, accusetur publico iudicio, an privato? Si publico, non est locus juramenti delationi, vel ante, vel post litem contestatam, sed reus absolvi debet, l. *Qui accusare, C. de ed. Possit tamen à reo actori deferri, si reus dicat: Volo condemnari, si i iur. et.* Si de privato crimine agatur, antequam perveniatur ad iudicium, potest deferri juramentum, l. 3. *ff. de iureiur.* Sed postquam ad iudicium ventum est, eo prætextu accusator non potest desistere, sed reum debet plenè peragere, vel calumniatoris pœnam pati. Ita Bart. Verius tamen existimo, quòd reum attinet, indifferenter illi juramentum offerri posse ad purgandam innocentiam suam. V. *Marant. part. 6. tit. de iuram. n. 4. & seq. Thol. l. 50. c. 6. Bronchorst Cent. 2. assert. 27. Barb. in prætermis. l. 2. tit. 24. c. Iuramentum.*

K LXIII. DIF.

Iure Canonico reperitur iuramentum malitiæ ultra iuramentum veritatis & calumniæ, c. 1. & 2. de juram. calumn. in 6. secus Iure civili, quia reperitur solum iuramentum veritatis, & calumniæ, non autem illud malitiæ, To. tit. ff. & C. de iurejur. & juram. calumniæ. Ioann. Bapt. à S. Blasio 197.

I. Iuramentum malitiæ vocatur, quando ante litem contestationem Iudex suspicatur alterutrum ex litigantibus malitiosè id, quod proponit, prætere, ideoque in actu huiusmodi particulari iuramentum malitiæ defert. *Mynsing. l. 4. Inst. tit. 16. pag. 683.* Iuramentum veritatis ideo sic appellatur, quia olim dicebat Iudex: *Iurane, respondere veritatem, cum eris interrogatus?* Iuramentum calumniæ dicebatur olim, quod litigantibus ita deferebatur, ut actores quidem iurarent, se non calumniæ causam litem intendere; rei verò se non calumniæ causam ad inficias ire, *l. Inter 44. §. 4. ff. Famil. herisc.* Calumniari enim idem est, quod falsum crimen intendere: calumniæ malitiosa & mendax infamatio, *l. 1. ad S. C. Turpil.* Præterea uterque actor nimirum, & reus iurare debet, quod nihil omninò patrocini causam iudicibus, aut alteri cuicumque vel dederit, vel promiserit, vel daturus sit, per se, vel per alium, præterquam advocatis honoraria, cæterisque, quibus à iure dari permittitur. *Auth. Principales, C. de iur. cal. iuncta l. Plebisito 18. ff. de off. pres.* Item quod

neuter exigit ullam probationem, quam non existimet necessariam, *Auth. In off. C. de iurejur. Canif. l. 4. tit. 8.*

II. De hoc iuramento *Gloss. in c. 1. de iur. cal. in 6.* notat olim in causis spiritualibus adhibitum non fuisse, sed solum de veritate dicenda, ut supra dicitur. Nam iura præsumebant, quòd in causis spiritualibus non committeretur tam cito calumniæ, ut in causis profanis: sed postmodum experientia docuit contrarium, & propterea pontifex relictus, posse in quacunque litem parte exigi iuramentum calumniæ, aut veritatis. *Si, aut, de calumniæ, seu de veritate dicenda in primo litis exordio non iuretur (ut debet) poterit postmodum in quolibet parte litis iurari: cum huiusmodi iuramenta præstari ab initio de substantiâ ordinis iudicarii non existat.* *l. Item c. 2.* In omnibus autem causis nedum ante, sed etiam postquam litem fuerit contestata, sive de veritate, sive de calumniæ sit iuratum in ipsis, potest iudex à partibus exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire.

LXIV.

DIFFERENTIA 2.

Iure civili non debet compromitti cum iuramento. I. Decernit Ius novum, C. de arb. Iure Canonico autem permiffum est cum Iuramento compromittere, c. Cum tempore, c. Ex parte, de arbitr. Bartol. 1.

I. Compromittere dicuntur, qui arbitri sententiæ statutos se hinc inde sub pœna promittunt, l. sed si, ff. de arb. Compromiffum est conventio, quâ arbitri sententiæ se obtemperaturos invicem sub pœna litigantes obligant, l. 1. & 2. C. de arb. Compromittere omnes possunt, qui legibus non prohibentur, l. Non distinguimus 32. §. Item, ff. de arb. & liberam honorum administrationem habent. Præterea de omnibus rebus controversis unâ, vel pluribus compromitti potest, l. de reb. 43. l. Ponnepinus 13. eod. quæ sunt facti, non juris, nisi ipsum quoque jus incertum sit. De rebus autem claris, ut transactis, juratis, iudicatis frustra fit compromiffum, l. Eleganter 23. ubi Glossa, & DD. ff. de condit. in deb. Wesenber. in C. l. 2. tit. 56.

II. His positis auct. citata, de iudicibus, quæ inserta est titulo Cod. de recept. arb. ita habet: Decernit Ius novum, nullum sic fieri posse arbitrium, ut cum Sacramenti religione iudicet, sed pœnam statuat, quâ præstitâ liceat à iudicatis recedere. Vbi Gortofr. Hodie arbitri non sunt eligendi cum iuramento, & si

electi fuerint, recedi potest ab eorum arbitrio. Novell. 82. c. 11. sancimus, de cætero nullum omnino fieri iudicem arbitralem, & cum iurisjurandi cautione iudicate, ne ex hoc in perjurium invitum incidant homines propter iudicum ignorantiam pejerare compulsi.

III. Contrarium Iure Canonico videtur definitum, nam in c. Cum tempore, fide datâ dicitur compromiffum factû. Ex quo Gloss colligit, iuramentum intervenisse, quo partes jurârini stare iudicio arbitri. Ad eandem formulam fide præstitâ in c. Ex parte annotatur, secundùm leges non esse jurandum partibus, sed pœnam apponi posse, quam, qui sententiæ arbitri non acquiescit, perfolvat. Nec interest, qualis sit pœna, certa, an incerta, an quantitas, an verò aliquid aliud, l. Non autem 28. ff. de arb. dummodò utrinque promittatur. V.

Tholo. l. 47. c. 39. Schneidevvin.

l. 4. Inst. tit. 6. §. Omnium,

Andr. Vallens. l. 1. tit.

43. §. 2.

* *

DIFFERENTIA 9.

Alienatio fundi dotalis, aut donationis propter nuptias facta cum juramento per uxorem, vel maritum secundum Canones valet, c. Cum contingat, de jur. c. Licet mulieres, eod. in 5. Secus jure civili: l. Non dubium, C. de legib. Ioann. Bapt. à S. Blas. 14. Galvan. 49.

I. **A** Pud Theologos nota receptaque doctrina est, juramentum præstitum de actu, quem leges civiles prohibent, principaliter favore jurantis, licet secundario etiam bono communi proficit, omnino servandum esse, actum jure Naturæ validum, ac firmum persistere, modo vis, & dolus absit, nec in alicujus præjudicium, nec salutis æternæ dispendium vergat, c. *Cum contingat, de iureiur. ubi Glossa: Non auditur mulier contra alienationem rei dotalis, cui sponte consensit, & non contravenire juravit. Debet autem juramentum suum mulier servare, ne tali prætextu viam contingat perjuris aperiri, Iuramentum igitur legibus prævalet. At quibus? l. 7. §. 16. ff. de pact. & l. Non dubium, C. de legib. ubi Theosof. & Valent. Nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente Item, si fuerint facta non solum inutilia, sed etiam prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factum est Et circa fin. Nec mandatum ullius esse momenti, nec Sacramentum admitti volumus, Gottofr. ibi. Facere stipulari,*

mandare, & jurare lege prohibente non possumus. Sed his non obstantibus etiam in foro civili, ut bene observat Alciatus in prædi. Reg. *Cum contingat, n. 49* Hodie servandum est Ius Canonicum, & juramentum de fundi dotalis alienatione valet. Ratio, quia in materia juramenti semper Ius Canonicum attendimus. Et hinc infert *Imola* hic, ubi inter se jura discrepant, quid observandum sit? In quo articulo regula est quod in suo foro quodlibet servatur, excepta materia spirituali, l. *Privilegia, C. de sacros. eccles. c. Licet mulieres, de iureiur. in 6.*

II. Non desunt, quæ huic decisioni obstare videantur collecta per *Glossa. in c. Cum contingat.* Sed contra ea, quæ causam perpetuam habent, aut naturam suam turpia sunt, ut violatio juramenti, nihil operantur. Exemplum habes in l. 2. & 3. *Cod. de pact. & pign.* ubi decernitur, pactum legis commissoriae in pactis non valere, attamen si juramentum accedat, valere, nec audiendum, qui contra velit venire, c. *Significante, De pignori b. v. Fachin. l. 10. c. 77. Suar. II. de Relig. l. 2. c. 28. Molin. Disp. 194. Card. Lugo Disp. 22. n. 206.*

L X VI. DIF.

LXVI.

DIFFERENTIA 10.

Difficultas jurantis, & majora negotia Iure Canonico excusant à reatu perjurii, c. B. Paulus 22. q. 2. c. Brevi, de jurejur. secus Iure civili, l. Continuus, §. Illud, ff. de verb. oblig. l. 2. C. de reb. creditis, & jurejur. Ioann. Bapt. à S. Blas. 57.

I. Tenor cit. c. B. Paulus hic est: Non ideo se fellisse credendus est Paulus Apostolus, aut sibi extitisse contrarius, quoniam, cum ad Hispanos se promissurum, dispositione divinâ majoribus occupatus ex causis implere non potuit, quod promissit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronunciat, quod revera voluisset efficere. Unde *Gloss.* colligit in v. *maioribus* secundum Canones excusari promissorem à juramenti impletione per majora negotia, ut c. *Brevi, de iurejur. Et c. Querelam.* In hoc necessitas, in illo difficultas subveniendi illi, cui juratum est, excusate perhibetur. Ratio generalis est, quia in omni promissione tacite quaedam conditiones insunt, sicuti *Abb. notat in c. Quemadmodum, de iuram.* quarum non postrema est, *Si posuero.* Quod si de toto verum est, omnino liberatur, qui promissit: si verò de parte tantum, ad reliquas tenetur, juxta *Regul. in 6. 37.* Utile non debet per inutile vitiari. *Dynus ibi. v. Silv. in v. Iuramentum, n. 2.* ubi plures conditiones numerat, quæ juramento promissorio inhaereant, & excusent, nomi-

natim exequendi difficultatem, ex c. *Brevi, de iurejur.* Idem cum aliis multis à se visis; & citatis *Farinac. tract. de faste. & simulatione, q. 160. Limitat. 10. n. 120. & 280.*

II. In contrarium Juris civilis dispositio tendit, l. *Continuus, §. Illud,* generaliter causa difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet; ne incipiat dici, eum quoque dare non posse, qui alienum servum, quem dominus non vendat, dare promiserit. Sed occurrit statim, an non, qui fecit, quod potuit, excusatur? In plerisque fateamur necessesse est, ad eò ut ne moram quidem committere dicatur, qui officio suo functus est. Tunc ergo non admittitur excusatio, cum quis se facturum in omni eventu promissit, quemadmodum plurius exponit, *Decius in Reg. Impossibilium 144.*

* *

DIFFERENTIA II.

Perjurus in judicio secundum Canones infamis est, & à testimonio ferendo excluditur, c. Quicumque 6. q. 1. c. Parvuli 22. q. 5. Iure civili solum Deum habet ultorem, nec punitur in hoc seculo: . 2. C. de rebus cred. & jurejur. Ioann. Bapt. à S. Blasio 39.

I. **F**abiani Papæ decretum in *Quicumque* est, ut, qui sciens pejeraverit, 40. dies in pane & aqua. & septem sequentes annos poeniteat, & nunquam sit sine poenitentia, nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hæc percipiat. Vbi *Glossa* verum esse dicit, de testibus, qui pejerant in judicio, secus videri in accusatore propter . . . *Qui convictus* 22. q. 5. ubi illi tantum infamiam notandi, & ab omni deinceps testimonio removendi dicuntur, qui sollicitanti ad perjuriam consentiunt. Sed an de omni injuria idem valeat, dubitatur? Aliqui in contradibus negant locum habere, sed in judiciis tantum, *Glossa* autem omne perjurium infamare canonicam infamiam censet.

II. Iuris civilis in *l. cit.* decisio vel divinatio est, quod contempta religio à perjurio sacris Deum ultorem habeat, quasi nemo iudicum de eo plectendo suscipere curam debeat. Nam de violatione juramenti à iudice vel adversario delati loquitur, verum perjurii reos à magistratu civili nullam poenam perfringēdos esse quis dixerit? Lex affirmat. Fur

tiigitur, homicidii adulterii nulla sit ab homine poena, quia ultorem Deum patiuntur. *Abst.* Mentem legislatoris alibi investigemus. In *l. Si duo parvuli*, §. *ut ff. de iurejur.* poenam fustigationis iubetur castigari, qui pergenium principis falso iuravit. Unde consequitur, non omne perjurium Dei vindictam relinqui, & prædictæ legis non esse generalem dispositionem, ut verba sonant: sed quia cordium inspector solus Deus est, iurantis verò perfidia humanum iudicem latet, poena omnia parsurus pejeranti edicitur. Solum Deum habet ultorem, quod soli Deo notum est. Consule *Tholos. l. 1. c. II. n. 2. & seqq.* ubi multis probat, non obviare citatam legem, quò minus à iudice perjuri castigantur. Atque ita ratiocinatur: In lege dicitur, sacris Deum habent ultorem Ergò plectendi sunt poenis à Deo impositis; minus autem sollicitè inquire, quando perjurium nulli damnosum est.

TITVLVS VII.

De Religione & Regularibus.

Quia rerum sacrarum, & profanarum dispar conditio est, hominum, qui illis tractandis insudant, non possunt non plurimum distare mores, & studia. Nimirum hi fugiunt, quod illi festinant, & vicissim horum placita illorum fastidia sunt. Quomodo igitur dissideant, explicandum.

LXVIII.

DIFFERENTIA I.

Ille locus dicitur religiosus secundum Canones, qui pontificali auctoritate constructus est, c. Ad hæc, de Relig. dom. c. Nemo ecclesiam, de cens.

Ditt. 1. Sed iure civ. religiosus locus censetur, in quo mortuus homo sepultus est: l. Cum diversis, & l. Cum loca, ff. de relig. & sumpt. fun. Bart. 180.

In e. Ad hæc, *Urbanus IV.* Ariminensi Episcopo rescribens ait: Si locus ad hospitalis usum, & pauperum provisionem fuerit auctoritate pontificali destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari: sicut de vestibus & ligneis vasis, & aliis utensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis antiqua consuetudo observat. Igitur juxta mentem sacrorum Canonum locus religiosus est templum, monasterium, nosocomium, hospitalis, sacellum, oratorium denique privatum, auctoritate episcopi constructionem aut consecratum, c. *Oratorium, dist. 42.* Oratorium hoc sit, quod dicitur: nec ibi quicquam aliud agatur, vel condatur, quam quod divinis mysteriis conveniat. Item c. *seq.* In oratorio præ-

ter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic opera impensa concordent, s. *Aug. ep. 109.*

II. Apud Gentiles olim locus religiosus non consecratione, & verbis solennibus, sed illatione mortuorum efficiebatur, l. 6. ff. de rer. div. l. 2. ff. de relig. ubi *Celsus* ait, non totum locum, qui sepultura destinatus est, religiosum fieri, sed quatenus corpus humatum est. Patet autem ex *Cic. l. 2. de leg.* ea loca, in quibus mortuus illatus fuerat, neque arari, neque coli jus fuisse. Unde religio à relinquendo dicta putatur à *Serg. Sulpit. & Sabino*, itaque si Pontifices purum esse aliquem locum volebant, exarari jubebant. *V. quæ dix. in Parr.*

2. summa initio.

LXIX. DIF.

DIFFERENTIA 2.

Iure Canonico corpora mortuorum sunt sepelienda in Ecclesia, vel camiterio, c. Cum gravia, & c. seq. 13. q. 2. Sed iure civili sunt sepelienda extra civitatem: l. Mortuorum, C. de relig. & sumpt. fun. Ioann. Bapt. à S. Blasio 173.

I. **L**ex, *Mortuorum*, citata prohibet mortuum hominis corpus in civitatem inferri, ne sacra civitatis funestentur: qui contra fecerit, extra ordinem punitur. *Paulus 1. sentent. 21. Unde Virgilius: Corpora partim multa virum terra infodiunt, annexaque partim finitimos tollunt in agros, urbi que remittunt. Et Cic. l. 2. de leg. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, nevé urito. Communis igitur Romanorum sepultura in viis publicis erat, ut Epitaphia testantur, quæ viatores alloquuntur: & disertè habetur apud Jurisconsultos in l. Frator, ff. de sepult. viol. & vetus Scholiastes *Invenialis ad Satyr. l. v. ult. viæ*, in quibus nobiles sepeliebantur. Ipse *Satyricus: Flaminiam tegitur cinis atque latinâ, Sen. ep. 91. cir. fin.* Non est, quod nos tumulis metiamur, & his monumentis, quæ viam disparia prætexunt; æquat omnes cinis. Legislatoribus tamen is honos habitus est, ut intra pomeria sepelirentur, quod conveniens existimarent, ut, qui cives legibus à se latis in concordia continuissent vivi, in medio eorundem mortui conquiescerent. Idem Imperatori-*

bus, quod soluti legibus essent, & vellelibus indultum esse constat. *V. Dopspter. in Auctor. antiq. Roman.*

II. Hic veterum & infidelium mos fuit. Nobis Christianis non in urbe solus, sed ipsi in templis meliori causâ, & pro fidelium defunctorum corpora humanatur, ut nimirum illorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, locorum, quorum sepulchra conspiciunt, recordentur, proque iis domino precantur, *c. Cum gravia 13. q. 2. & seq. i. Nullus, Solo sepiscopos, & abbates, aut dignos presbyteros, vel fideles laicos in ecclesia sepeliendos esse præscribitur. Unde Glossa: Omnis Christianus potest sepeliri in Ecclesia, sed non gentilis intellige, nisi in peccato mortali decesserit, vel impœnitens, aut torneamentarius, vel interdicta Ecclesia sit, c. 1. de rapto. V. *Conr. Brun. de carem. l. 2. c. 2. Roman.**

l. 4. de rep. Christ. c. 4. Barb. in c. Pra. iendum

13. q. 2.

* *

LXX.

DIFFERENTIA 3.

Iure Canonico Archiepiscopus cum pallio sepelitur, c. 2. de auctor. & usu pa l. Iure civili autem nemo sepeliendus est cum ornamentis aliquibus: l. Et si quis, §. Funeris causa, ff. de relig. & sumpt. fun. Ioann. Bapt. à S. Blasio 132.

I. Pallium, ait Isidorus l. 19. c. 24. est, quo ministrantium humeri conteguntur, ut dum ministrant, expediri discurrant. Unde *Plaut.* Si quid facturus es, appende in humeris pallium. Dicitur videtur à pellibus, quia prius superindumento pelliceo (ut hodieque in nonnullis Germaniæ locis) veteres utebantur, sive à pella per derivationem. Illud, quo Patriarchæ, & Archiepiscopi utuntur, ex candida lana contextum est, habens circum humeros constringentem, & duas lineas ab utraque parte, antè, retroque pendentes. A sinistris est duplex, à dextris verò simplex, habens desuper quatuor cruceas nigras, unam antè, alteram retrò, sic à dextris & sinistris, ibique infixæ sunt tres acus: quæ mysteria declarat *Innoc. III. l. 1. de missa c. 68.* Unde apparet non tegendo, aut muniendo corpori inventum, sed ad demonstrandam majorum præfulum auctoritatem.

Cum tali ornamento sepeliri Archiepiscopum Canones volunt, quoniam illius usus cum moriente extinguitur, & ne fortè in alienas manus cum abusu

deveniat. Nam in *c. 2. citato Celestinus III.* rescribit, pallium in personam non transire, sed unumquemque cum illo sepeliri. *V. Panorm. in c. Ad hac. Durand. in rationali l. 3. c. 17. n. 12. Quarant. in summ. Bullar. v. Archiepiscopi auctoritas. Silv. v. Pallium, cir. fin. Az. II. l. 3. c. 34. Moscon. de maiest. eccles. l. 1. c. 8. Barb. in c. Ad hoc, de auct. & usu pall.*

II. Quod Jus civile attinet, *Vlpianus in l. cit.* dicit, non esse ornamenta cum corporibus sepulcro interenda, nec quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt. Cautas edicere non erit difficile consideranti hominum cupiditates, & circa mortuos opiniones mirificas. Vestibus, cibis, equis indigere à quibusdam creditum est, hodieque inter infideles reperiuntur. *Auban. de mor. gent. l. 2. c. 10. de Tartaris.* Inde sumptus immodici & supervacanei, profusio solis futuræ.

* * *

L

LXXI. DIF-

Antinomia.

DIFFERENTIA 4.

Iure Canonico propter sacrorum ordinum collationem nec episcopo accipere aliquid dicitur, nec tabellioni licet, c. Sicut episcopus 1. l. q. 2. Iure civili autem permittitur consuetudo accipiendi aliquid. Auth. de sanctiss. episc. c. 3. §. Pro consuet. Ioann. Bapt. à S. Blásio 99.

I. **C**aput citatum, sicut ex c. 88. Synodi Romæ habitæ, Episcopum, ait, non decet manum, quam impoluit, vendere; nec minister, vel Notarius debet in ordinatione ejus vocem suam, vel calamus venundare. Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito (pacto) neque exactus post acceptas chartas, & pallium aliquid gratiæ tantummodo causâ dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus. Idem alibi inculcatur, nec ignotum est. Novissimè declarasse S. Congreg. Concil. Trid. ut ordinator ne quidem forfices, mappas, petines, vel similia, sed tantummodo cereum accipiat, *Piasius* refert in *Praxi episc. part. c. 1. n. 55*. Imò ne quidem pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo aliavé causâ qualibet etiam sponte oblatum Episcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum ministri quovis prætextu accipere possunt, *Conc. Tr. Sess. 21. c. 1. de reform. V. Suar. l. 4. de Simon. c. 49. Diaz in Pract. c. 27. Bonac. Tract. de Sim. q. 1. §. 3. Navarr. l. 3. Consil. de censib. Cons. 4. Fernand. part. 3. c. 14. §. 1. n. 10. & Reginald. l. 23. c. 14.*

Ubi cum dixisset, certum esse, quod nihil pecuniâ æstimabile recipi possit, pro sacramentis & sacramentalibus, in 201. post acceptos ordines tamen ultro oblatum aliquid absque ulla antecedente pactione admitti potest concedit. At meminisse oportet, nonquam censeri donatum liberaliter, non item in pretium, quod immediatè datur pro ordinatione, sive ante, sive post eam detur? & sive episcopus fuerit aliqui gratis collaturus ordinè, sive non: & sive accipiens sit ipse episcopus collator, sive alius: & sive dans sit is, qui ordinatur, sive alius. *Ita ille cum Silv. v. Simonis, q. 6.*

II. Quæ autem in *Auth. citata* legitur, non legem aliquam constituit, sed illius temporis consuetudinem commemorant, secundum quam electi, & ordinati certam pecuniæ summam Ecclesiæ, ad quam pertinebant, elargiebantur: quæ consuetudo contraria uli, & legibus hodie sublata est. *V. Bartol. in c. Sicut episc. cit. & c. in ordinando, de Simon.*

LXXII.

DIFFERENTIA 5.

Jure Canonico sacerdotium, & quilibet ordo sacer liberat à patria potestate, c. Indecorum, de æt. & qual. & ord. præficiendorum, Jure civili autem sola dignitas episcopalis id facit. Auth. Sed episcopalis, C. de episc. & c. et. Ioann. Bapt. à S. Bla. 51.

I. Clarum *c. Indecorum*, minores 14. annis prohibet ecclesiarum regi-
mini præficere: de patria potestate, &
sacerdotibus explicite non meminit:
Sed *Gloss. in v. Qui seipos*, rationem in-
solvans dicit. Qui enim in prælarum eli-
gitur, etsi minor sit, non debet esse sub
patris potestate, *arg. l. Nam quoad ius ff.*
ad Trebell. & l. Sic evenit, ff. de adult. &
l. Cum Prætor, ff. de iud. ubi dicitur, nihil
interesse, an Judices in potestate patris,
an sui juris sint, & presbyter dicitur in
potestate patris esse. *Auth. Presbyteros,*
C. de episc. & l. r. Instit. Quib. mod. ius
patr. potest. sola, § Filius am. licet ad ip-
sorum honores, remanet tamen in patris
potestate. Et sic per ista jura non vide-
tur ordo sacer à patria potestate libera-
re, verum nullibi expressum invenies,
quod secundum leges Imp. solus episco-
patus à patria potestate liberet. Quam
vis enim in *cit. Auth. proster*, non facit
consequentiam, non fieri per ordinem
presbyterii, aut diaconatus, nisi à quali-
bet affirmativa quamlibet negativam su-
mere velis, ubi non raro continget er-
ror. Non enim bene inferes, Ordo dia-
conatus à foro seculari eximit diacones.

Ergo id non facit ordo subdiaconatus,
vel, matrimonium prohibetur sacerdo-
tibus. Ergo Diaconis, & subdiaconis
non prohibetur.

II. Verum aliqui dicunt, quod quili-
bet ordo sacer liberat à patria potestate,
quia liberat à dominica, quæ major est.
De episcopali ordine habes in *c. si servus*
sciens, dist. 24. de sacerdotio, ead. dist.
c. Ex antiquis, & c. Frequens. De Diacono
dicitur, quod præstando vicarium liber-
ratur *eod. c. Ex antiquis.* Subdiaconus
eodem jure utitur cum diacono, *c. Mi-*
ramur, de serv. non ordin. Et nulla digni-
tas est similis sacerdotio, *arg. dist. 96. c.*
Duo sunt. Et dignitas patritatus solvit
jus patriæ potestatis, ergo multo magis
sacerdotium, & quilibet ordo sacer, *arg.*
c. Cum voluntate, §. ult. de sent. excomm. Et
hoc credo verius. *Hac usq; Glossa.* Quam
apte nostris moribus, experientia
quotidianâ cernimus. Aliud
ævum alios mores
peperit.

*
*
*

DIFFERENTIA 6.

Iure Canonico predicatoribus, & confessoribus possunt recipere eleemosynas ab usurariis & raptoribus alienarum rerum, quasi procuratores illorum, quorum res extortae sunt, c. Cum voluntate § 4. de lent. excomm. Iure civili autem non possunt auctoritate sua recipere, sed manibus dominorum: l. Extrat. ff. Quod metus causa: nec possunt habere contra prohibitionem dominorum, quod Iure Canonico conceditur. Bart. 31. Ioann. Bapt. à S. Blasio 81.

I. Gregorii non est, quod ex c. Cum voluntate, allegatur. Predicatores, qui penes excommunicatos, vel alienarum rerum detentores in praedicationibus, & confessionibus quasi gerunt causam, aut curam eorum, ad quos res ipsa spectare noscuntur, eleemosynas licite possunt ab illis recipere, praesertim si alias non valeant in illo loco sustentationem habere. Rationem gloss. addit, quia predicatoribus, & confessoribus sunt quasi negotiorum gestores constituti à dominis, quibus ablata bona sunt: ac proinde accipere eleemosynas possunt. Nam ipsi, quorum res agitur, recipere, quae sua sunt, possunt. Et quamvis non habeat effectum res, sufficit, quod ab initio sit utiliter coeptum, l. Sed an ultro, ff. de neg. gest. & negotiorum gestor propterea potest ad sumptus agere, quos fecerit.

II. Quod autem in l. Extrat, ff. Quod met. caus. Bartol. praescribi existimat, jam dictis nihil officere potest, quia alieni fori est. Quanquam ab Ecclesiae sensu nihil alienum, aut diversum putem

constituisse. Ecclesiae enim dispositio, vel, si mavis, permissio praesumptio communi nititur, fundata tum in rationabili dominorum voluntate, quam in talibus circumstantiis convenit habere pios Christianos, tum in fidelitate, & charitate Sacerdotum, qui divini verbi, & confessionum audiendarum munere funguntur, sequae profitentur aliorum salutem procurandam incumbere, ac sollicitos esse, ne cui injuria per alienarum rerum detentionem inferatur. At leges, inquis, prohibent, contra dominorum voluntatem disponere de bonis alienis. R. In talibus circumstantiis, ubi periculum amissionis est, non censetur iniuria esse domini, sed potius cupere, & consentire, ut in usus pios impendantur, & quod ipsis hic, & nunc impossibile est exequi, aliorum studio, & diligentia compensari. Idem ferè iudicium est, de bonis ecclesiasticis, quae ab haereticis iniuste detinentur. V. Lefs, c. 21. Dub. 17.

DIFFERENTIA 7.

Ingressus monasterium monachus, vel Canonicus iure civili non potest aliquid retinere. Auth. Ingressi, C. de sacros. eccles. l. Homo liber, ff. de acquir. rer. dom. l. Qui in servitute, ff. de R. Iur. Sed iure Canonico potest potè & sine peccato aliquid de bonis suis retinere loco prabende, c. Tua nos 34. de Simon. c. In presentia & de prob. c. Quon. dilectus, de success. ab intest. c. fin. Ne cler. vel monachi. Bartol. 49.

I. Hanc differentiam Bartolus subtilem vocat, causâ nunc quidem mihi incognitâ, nisi aliam alio tempore in ecclesia religiosa pauperatis obligationem fuisse indicare velit: quod minime inficiamus. At modò post receptam voti solennitatem notum omnibus est, monachum, & clericum professum nihil sibi reservare proprium posse. Innocentium III. audi. Nullus monachorum proprium aliquo modo possideat, sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continenti resignet. Si verò post hoc aliquam proprietatem deprehensus fuerit habere, regulari monitione præviâ de monasterio expellatur, nec recipiatur, nisi poeniteat secundum monasticam disciplinam, c. Cum ad monaster. de statu monach. De quo accuratè post alios Less. c. 41. D. 9. & Franc. Suarez. in Tom. II. de Relig. l. 7. c. 7. assert. ult.

II. Quod attinet c. Tua nos 34. de Simon. non videtur de Canonico regulari, sed seculari loqui. Casus enim à Gloss. sic formatur: Clericus quidam aliqua de bonis suis obtulit alicui ecclesie, pe-

tens, ut in Canonicum admittatur, & liceat eadem sibi bona retinere pro prabenda. Respondet Pontifex, si pactum utrimque absit, fieri absque simoniâ, & culpâ posse, cuilibet enim bona sua gratis offerre ecclesie, aut monasterio licet. Az. Tom. III. l. 12. c. 7. q. 2. Reginald. l. 23. n. 244. In c. In presentia, nihil legimus, quod intentioni Bartoli serviat, In c. Cum dilectus, agitur de Archiepiscopo, qui sua bona moriens dicebatur monasterio N. reliquisse. Denique in c. fin. Ne cler. vel mon. excommunicatione feriuntur illi, qui ad audiendas leges aut physicam exeunt, & intra duorum mensium spatium non redeunt ad claustrum, vel monasterium.

Auth. Ingressi, Textus brevis & dilucidus est, nec sacris Canonibus contrarius. Ingressi, ait, monasteria (per professionem) ipso ingressu, se suaque dedicant Deo. Nec ergò de his testantur, utpote nec domini illorum, aliarum legum eadem sententia est.

TITVLVS VIII.

De sponsalibus, & matrimonio.

Matrimonium per se contractus civilis est, quo communis vitæ societatem pari consensu vir, & mulier sibi promittunt propter susceptionem proles. Nec plus illi hodie seculari nostri tribuunt, Orthodoxi autem inter sacramenta numerant auctore Christo, & attestante Apostolo, Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico, in Christo, & Ecclesia. *Ad Ephes. 5. v. 32.* Hic si leges Imperatorum, præsertim gentilium à sacris Canonibus discrepant, mirum videri non potest. Quæ enim communicatio sit luci cum tenebris?

LXXV.

DIFFERENTIA I.

Si quis de facto desponsauerit eam, quam de iure non potuit desponsare, impediente consanguinitate, ea cum altero fratre matrimonium iure Canonico non poterit contrahere, c. Ad audientiam, de sponsal. Secus iure civili, quia impossibile nulla est obligatio, §. Si impossibile, Instit. de iurii. stipul. Bart. 109.

I. Summa citati capitis hæc est: Ex sponsalibus inter consanguineos contractis quamvis nulla sint, impedimentum publicæ honestatis oritur, ita ut mortuo sponso non possit mulier contrahere matrimonium cum fratre ipsius, etiam quando intervenisset iuramentum. *Covarr. de sponsalib. part. 2. c. 6. Reginald. l. 31. n. 136. Sanchez de matrim. l. 7. Disp. 68. n. 9.* ubi addit, impedimentum ex sponsalibus irritis proveniens extendi ad quartum usque gradum: neque hic Pontificem aliquid de gradu disponere, in quo sponsalia irrita producant hoc impedimentum, sed ad casum sibi propositum respondere. Sic olim.

II. Nunc iure novissimo *Conc. Trident.*

sess. 24. c. 3. de reformat. definitum est, nullum impedimentum oriri ex invalidis sponsalibus: quod verò ex validis nascitur, primum consanguinitatis gradum non excedere.

III. Contrarium legibus Cæsaribus expressè dictum esse non videtur: nec *Bartolus* aliud, quàm generalia quædam axiomata citat, quorum in particularibus sæpe nullus est usus. Et posito, textum formalem existere, inter non entia numerabitur propter defectum potestatis, quæ ad constituendum aliquid circa matrimonii valorem in seculari Magistratu nulla est, quemadmodum supra ostendimus.

LXXVI. DIF.

LXXVI.

DIFFERENTIA 2.

Desponsata alicui absq; illius consensu non potest secundum Canones renuntiare, & nubere alteri, c. 2. de sponsal. c. de illis, de desponsat. impub. c.

Desponsatam 27. q. 2. Iure civili autem potest: l. 1. C. de sponsal. Canisius 31.

I. **C**asus est: Vir & mulier pure & sine conditione de matrimonio contrahendo fide datâ non multo post mutant propositum, quid factu opus? Respondet Innoc. III. in c. 2. de sponsal. commonendos, & modis omnibus inducendos esse, ut fidem præstitam servant: si autem id facere noluerint, compellendos non esse, ne deterius quid contingat, si illam ducat vir, quam odit: sed instar illorum, qui societatem contrahunt fide datâ, & postea illam sibi remittunt, mutuo consensu renuntiare posse. Nam, ut *Glossa* notat, omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem solvitur, c. 1. de reg. iur. quia in tali casu fide præstitâ subintelligenda est conditio, scilicet, si in eadem voluntate permanserint, arg. c. *Quemadm. de iuram.* & c. *Ne quis arbitretur* 22. q. 2. Et opinio hæc Tancredi fuit diceatis, quod hæc decretalis contineat jus commune. Hugo autem loqui credit de comparativa permissione, ut in c. *Veniens. Qui clerici, vel sovent, cui faver textus, hoc possit in patientia tolerari. Ne deterius aliquid con-*

tingat. Multa enim per patientiam toleramus, quæ corrigere non possumus, quæque deducta in iudicium, exigente iustitiâ non debeant tolerari, c. *Cum iam dudum* 18. de prebend. & dignitatib. V. *Fill. Tr. 10. c. 8. n. 275.* qui monet excipi sponsalia impuberum, quæ ipsorum consensu non solvuntur.

II. Quod autem ad sponsaliorum solutionem unius tantum sponsi dissensus & reclamatio sufficiat secundum leges sacculi. *DD. ex l. 1. C. de sponsal. colligunt.* Alii desponsata renuntiare conditioni, & nubere alii non prohibetur. Idem infra tit. de repud. l. 2. & l. 2. ff. eod. affirmatur, quod absolute & indistincte acceptum non videretur æquitati & conscientiæ conformem. Quomocunque autem fiat, alter contrahentium obligatione suâ liberatur, quia frangenti fidem fides impune non servatur: l. *Cum proponas* 21. C. de pactis, l. *Si convenerit*, ff. *Pro socio*, & c. *Si infidelis* 28. q. 2. V. *Sausch. de matrim. l. 1. d. sp. 2. n. 5. Silvest. v. Sponsal. n. 4. Canis. in c. cit. §. Igitur redeundo.*

LXXVII. DIF-

Iuuenis, qui puellam nondum septem annorum duxit, eamque conatus cognoscere, non potuit propter imbecillitatem aetatis, secundum Canones cum eadem consobrina non potest matrimonium contrahere, c. Iuuenis, de spon. al. At iure civili non invenitur hoc prohibitum. Bart. 110.

I. **C**UM matrimonii cautæ fori spiritalis sint, c. Tuam, de ord. cogn. c. Causam, qui filii sint legit. Conc. tr. sess. 24. can. 12. Supervacaneus est labor inquirere, vel attendere principum sæcularium leges Quocirca c. Iuuenis decisionem audiamus. Iuuenis puellam N. septennio minorem, non tamen valde distantem uxorem duxerat (quod ex conatu conlumsandi apparet) eamque attemptavit, sed non perfecit, cum consobrina ipsius potestne matrimonium contrahere? Respondet *Eugenius III. Pontifex*, non posse, & si fecerit, separandos esse. Cujus non una ratio est: *Primo* quidem, quoniam in re dubia, quod certius est, amplecti convenit. *Certius* autem, & securius est, ut potius præsumamus, puellam à juvene cognitam esse, quam incognitam. ne si forte cognita fuerit, consobrina illius injustè in matrimonio teneatur contra præscriptum sacrorum canonum, de quo in c. penult. de consang. & affin. *Secundo* propter honestatem ecclesiæ, quæ iustitia publicæ honestatis vocari solet, respectu cuius matrimonium consobrinæ non permittitur.

II. Pro pleniori intelligentia notat *Henr. Canis. in cit. c. Iuvenu*, pro contrahendis sponsalibus, requiri, ut septennium completum sit, c. Literas, cum c. sup. c. Ad dissolvend. de desponsat. impub. Nam in ista annorum periodo tantum iudicii & discretionis accrevisse videtur, ut pro contractu sponsaliorum sufficiat; quandoquidem infantia desit, l. si infans r. C. de iure deliber. An autem præcisè huius annorum numerus observari debeat, vel potius moraliter habito respectu ad maturitatem, seu malitiam, inter DD. controversatur. Verius existimo temporis physicum cursum maturitate suppleri, quod ex effectu cognosci poterit, si puella permittat, se more uxoris attentari. Quam sententiam in præsenti casu *Pontifex* lecurus videtur, cum puellam septennio minorem, non tamen valde distantem nominat. *V. Covarr. in Epitome decretal. tit. de sponsalib. c. 1. Sanchez l. 2. disp. 41. n. 9.*

* *

LXXVIII.

DIFFERENTIA 4.

Iure civili pubertas ex annorum numero colligitur, qui in masculino 14. annorum, in femina 12. est. *l. fin. c. Quando tut. esse desin. In-stit.* Quibus modis tutel. fin. Iure Canonico autem ex habitu corporis desumenda est. *c. Impuberes. c. De illis.*

& c. fin. De spons. impub. Canisius 39.

I. Justinianus Imperator enarratâ Veterum de pubertate sententiâ non ex annis tantum, sed etiam habitu corporis in masculis æstimantium, nostra, *inquit*, maiestas dignum esse castitate nostro, rum temporum existimans bene putavit, quod in feminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectio- nem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo nostra san- ctâ constitutione promulgatâ puberta- tem in masculis post decimum quar- tum annum completum illicò initium accipere disposuimus, antiquitatis nor- mam in feminis bene positam in suo or- dine relinquentes, ut post duodecim an- nos completos viri potentes esse cre- dantur. *Ita Iustinianus.*

II. Iuris Canonici sensum explicans *Isidorus in cit. c. Impuberes*, pubertatem descripturus, certum est, ait, eum pube- rem esse, qui ex habitu corporis puber- tatem ostendit, & generare iam potest. *Paulò post in v. Generare.* Ergò pubertas ex vigore naturali, non ex annorum nume-

ro comprobatur: quod verum est, quoad matrimonium contrahendum Nam ma- litia supplet ætatem. Ex quibus etiam probatur, quod matrimonium conside- ratur ex pubertate tantum, & non ex an- norum numero. At verò quoad tutelam, vel curam ætas annorum tantum consi- deratur. *l. Indecorum (quando tutores, vel curator. esse desin. Sed quoad matrimo- nium bene inspicitur mulier, & etiam vir, an sint apti ad matrimonium. c. Nec aliqua, 27. Q. 1. c. Proposuisti & c. probat. & c. Causam matrimony. eod.*

Et hanc sententiam, quia summorum Pontificum auctoritate nititur, matri- monij favore prevalere æquum est, ne contingat subinde, ut vinculum coniu- gij reipsâ sanctum, & ratum ex maturi- tate, annorum tardiore augmento in- tereat. *v. Menoch. De arb. Casu 57. & 58. Sauch. de Matrim. l. 7.*

Disp. 104.

* *
*

Antinomia.

M

DIF-

Iure Canonico prohibetur matrimonium contrahi ob dictum unius
asserentis eos invicem affines esse. *c. Præterea 12. de Spon-
sal.* Iure civili autem unius testimonio non creditur.
l. Iurisjurandi. c. De testibus Canisius 33.

ICasus in citato c. ita describitur. Cum muliere quadam Sempronius con-
trahere matrimonium cupiebat: at Sem-
prosius consanguineus se cum illa peccat-
se dixit, sed propter mulieris potentiam
non audent id publice profiteri, quid iur-
is? Respondet Alexander III. matrimo-
nium illud non permitti, ne quid inde
deterius eveniat; nisi forte juramentum
intervenerit. Propter hoc enim rejecto
unius testimonio non esse matrimo-
nium impediendum. Potest ergo unius
confessio matrimonium contrahendum
impedire ad evitandum majus malum:
sed absque alia probatione non potest
juramenti vim extinguere.

II. **N**OTA huius generis occulta im-
pedimenta consanguineus consangu-
neo suo indicare tenetur ad evitanda
mala, quæ ex illicito matrimonio oriri
possunt. *c. ff. homo. 35. Q. 3.* Quid verò
inquit, faciendum, si publice confessus
fuerit? Resp. Minimè credendum illi,
tùm quia unius confessio circa alienum
factum nulla est *c. placuit. §. Item. 4. Q.
4. & c. Veniens. De test.* tùm quia turpi-
tudinem suam fatetur contra se. *c. Inter*

*dilectos. De donat. & c. I. De eo, qui dicitur
in matr.*

III. **Q**uod autem Iure civili unius
testificatio non recipiatur, indubitatum
est. Nam Constantinus Imp. in l. cit. sententia
præcipit, ne quis iudicium unius testi-
monium in quacunque causa patiarum
admitti. Quod etiam sacri Canones in
majoribus negotijs observari iubent:
ita tamen, ut in multis singulares testes
recipiantur etiam pro perfecta, & plene
probatione: puta 1. cum vir nobilitatis
& indubitatae fidei est 2. cum agitur de
probanda jurisdictione, aut servitute, aut
decimis 3. quando aliquid in genere pro-
bandum est v. g. Titium esse infamem,
aut furiosum. De quo amplius infra Tit.
de test. v. Gaill. l. 2. obser. 66. Menoch. de
arb. l. 2. Casu 99. Navarr. c.
22. n. 82.

* *

*

Iure Canonico neque pœnz, neque arrhæ promissio in matrimoniis valet. *c. Gemma 29. De sponsal. argum. à pari sumpto c. inter corporalia. De translat. prælat. At Iure civili pœnz quidem promissio non valet. l. Titia. 134. 7. De verb. oblig. Valet tamen promissio arrhæ. l. fin. c. De sponsal. Bartol. 56. Io. Bapt. à S. Blasio 102. Galuan. 28.*

I. **C**asum in citat. *c. Gemma* tali modo *Gloss.* proponit. Teberga filia Gemmæ, cum esset infra annum septimum constituta, contraxit sponsalia cum Petro filio B. de Alferio, præsentibus ipsa Gemmâ, & B. prædicto pœna fuit appositâ à parentibus, ut pars, quæ contraheretur, pœnam alteri parti persolveret. Postmodum dicta T. contraxit matrimonium cum alio C. nomine Unde hac occasione dictus B. à prædicta Gemma pœnam in stipulatione appositam nititur extorquere, unde conquesta est Pape (Gregorio IX.) qui respondit. Cum matrimonia libera esse debeant, veritate compertâ dictum B. per excommunicationem compellendum esse, ut à petitione pœnz desistat.

II. An autem eadem arrhæ ratio sit. ambigitur? affirmativam tenent aliqui, cum *Gloss.* in præsentî cap. quia non minus, quam pœnz appositio matrimonij libertatem impedire videtur. Sed communior opinio contrarium tuetur: eò quòd Iuris civilis deposito nullo canone abrogetur. Manifestu quippe est, arrhas legibus permitti, etiam centum millium sponsione, quæ summa à non servante

fidem quadruplo reddenda sit.

Nam quadrupli pœna hodie tantum ex conventionione valet, uti *Gloss.* annotat ad *l. Mulier iuris sui. c. De sponsal. & arrhis.* Quam pœnam licet deberi, antequam exigatur, *Paludan. Petr. Navar* alijq; nonnulli dixerint, magis tamen probabile est, tunc primum deberi, cum a parte læsâ depositur. *Covar. in 4 Decretal. Par. 2. c. 6. §. 8. Silu 7 Pœna n 14. Less. c. 20 n 30. Coninck Disput. 2. De obligat. sponsal. Dub. 4. n. 19.* Non enim debetur ea pœna, nisi ex conventionione partium. Ac proinde non sponte, nec ludicis imperio, sed partis læsæ arbitrio exigenda est. Quod etiam ex intentione contrahentium apparet. Ideò namque à partibus eiusmodi pœna constituitur, ut per se, & absque iudicis auctoritate alter alterum cogere possit ad solvendum. Nilominus, si vel de tempore, vel quantitate debiti aliqua orta controversia fuerit, ad ludicis tribunal aditus patebit.

* *

*

DIFFERENTIA 7.

Secundum leges affinitas contrahitur ex legitimis nuptiis etiam sine copula. *l. Non facile. §. affines. π. De grad. affin.* secundum Canones vero etiam ex illicito concubitu. *c. Per tuas. De probat. c. Præterea. De sponsal. Io. Bapt. à S. Blasio.*

42. Galvan. 35. Canisius 34.

Affinitas est propinquitas duarum personarum, quarum una cum sanguinea alterius copulam habuit, iuxta *Glossam* receptam in arbore consanguin. Qua in re copula licita & illicita parificatur, modo perfecta sit, semine nimirum recepto in vase connaturali. Nec sufficit coram Deo violatio virginittatis, nec qualibet alia turpitudine, nec actus sodomiticus iuxta communem opinionem, quam *S. Thoms. Palud. & Antonius* explicant. *Ita Navar. c. 22. n. 42.*

Vnde manifestè sequitur, differentiam permagnam esse inter Ius sacrum, & profanum, si secundum leges etiam sine copula per solum matrimonium contractum affinitas nascitur. Sufficiet enim matrimonium ratum, quamvis ab omni usu coniuges abstineant. *Modestinus in l. Non facile §. 8.* Sciendum est, aut, neque cognationem neque affinitatem esse posse, nisi nuptiæ non interdictæ sint: & quod mireris, in *§. preced.* gradus affinitatis nullos esse. Quod si verum, erit nova differentia hæc à Iure Ca-

nonico, quod intra quartum gradum affinitatis matrimonium nullum approbat, & eam, quæ ex fornicatione oritur, intra biennium constringit. *Conc. Trib. Sess. 24. c. 4. De reform. Matrim.*

II. Cur autem Ius civile gradus affinitatis non numeret, sicut Ecclesia, Canisius putat idè fieri, quia inter affines nulla hæreditaria successio est. *l. affinitatis 7. π. Communia de success.* Et idcirco nec matrimonij prohibitio est, nisi inter eos, qui parentum, aut liberorum loco sunt, ut inter privignum, & novercam, inter privignam, & vitricum Item inter nurum, & focerum, inter generum & soerum, idque reverentiæ causâ: *§. affinitatis. Instit. De nupt. l. Adopritis. §. Natus videamus. π. De ritu nupt. Covarr. l. 4. Decretal. p. 2. c. 6. §. 7. m. m. 6. Sanso De Matrim. l. 7. Disp. 67. n. 2. Filius. Tr. 10. c. 6. n. 215. Zerola Par. 1. v. affinitatis 2. & 7. Matrimonium. §. 13.*

* * *

Ad probandam consanguinitatem Iure Canonico admittitur testimonium de credulitate, & auditu. *c. Quoties de test. & attest. quod in iure civili non reperitur. Bartol. 39.*

Summa citati capituli *Quoties*. hæc est. Quando aliqui coniuges prætextu consanguinitatis separationem petunt, consanguinitas per duos, vel tres testes ex illa consanguinitate probanda est: si consanguinei desint, per totidem meliores, & antiquiores loci, qui juramento præstito, veritatem, ut à majoribus suis acceperunt, dicant. Ad *v. credere* annotat *Glossa*, hodie non videri locum habere ex toto, quod hic dicitur, de credulitate nimirum, quia non valet testimonium de auditu, five de credulitate; imò necesse habent dicere, quòd viderint personas omnes in consanguinitate, designando gradus ab utroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus: aliter non valet. *Infra c. Licet. & sic parum valet testimonium de auditu.* Idem *Barbosa* fatetur, videlicet non probare testes de credulitate, nec præsumptionem facere, quamvis dicant, se pro certo credere, nisi causam, & originem suæ credulitatis adducant. *Farinac. autem in Praxi crim. Q. 6. 8. n. 63.* resoluit, consuetudine induci non posse, ut testibus de credulitate plena fides adhibeatur; de quo

etiam *Mascardus Conclus. 458. n. 10.*

11. Limitatur tamen non uno modo, puta, cum agitur de probanda innocentia, ætate, filiatione, & similibus *v. Barb. l. cit.*

Ex quibus omnibus deducitur, modico intervallo leges à canonibus distare. Quamvis enim in ipso iure expressum non sit, in præsentu casu testimonium de credulitate admittendum esse, ex æquitate tamen, cum res feret, acceptabitur, quandoquidem in defectu testium idoneorum minus idoneis locus permittitur. *v. Menoch de arb. Q. 73. n. 32. Navar. c. 22. n. 83. & in c. penult. n. 27. De Penit. Dist. 6. Caputq. Decis. 208. Zerola Par. 1. v. Matrimonium. Dub. 10. Marant. Par. 6. De test. n. 17. & 18. Sanchez De Matrim. l. 1. Disp. 71. n. 1. & sequ. Less. c. 30. Dub. 4. n. 34. Laym. l. 3. Tr. 6. c. 4. n. 5.*

* *
* *

In computatione graduum cognationis alius Iure civili, alius Iure Canonico modus servatur. *Bartol. 96. Io. Bapt. à. S. Blasio 23. Galvanus 33.*

I. Iure civili recepta gradatio est, ut singulae personae per se gradum constituent. Unde duo fratres sunt in secundo gradu. *P. duorum Inst. De nupt. Iure Canonico* autem personae ponuntur in eodem gradu. *C. ad sedem 35. Q. 5.* Vbi causa assignatur. Quia hereditates nequeunt deferri, nisi de una ad alteram personam, ideo Imperator Iustinianus in singulis personis singulos constituit gradus: At quia nuptiae sine duabus non fiunt personis, Sacri Canones duos in uno gradu personas collocant. Additur utramque computationem idem velle, eandemque sententiam continere. Iustinianus enim usque ad quem gradum consanguinitas perduret, in suis legibus non definit: Canones autem ultra septimum nullam numerant generationem. Iam quod transversales attinet, Jus civile primum gradum non ponit, sed à secundo incipit, in quo constituit fratrem, & sororem, & sic deinceps. *Instit. de gradib. cognation. l. 1. & l. Invis consultus §. 1. De gradib. affin.* Deinde permittit matrimonium in tertio gradu, id est, inter fratris & sororis filium, ac filiam. *§. duorum Inst. De nupt. l. 3. π. De ritu nupt.* At jus Canonicum primum gradum habet, in eoque constituit fratrem & sororem, in secundo fra-

tris & sororis filium, ac filiam, & sic deinceps. Idque propterea, quia inter fratrem & sororem est prima causa contrahendi matrimonium per naturam, ut initio mundi factum est. *c. Cum igitur 35. Q. 1. c. ad sedem. c. parentale. 35. Q. 5.*

II. Inter hos transversales olim prohibitum erat matrimonium usque ad septimum gradum, hodie ad quartum usque inclusive prohibetur. *c. Non debet Deo sang. & affin.* Jus civile autem, ut diximus, rationem hereditariae successione in computatione graduum attendit, & propterea secundo incipit, quia mortuo fratre, vel sorore sine liberis primo ad hereditatem vocatur pater & mater, hinc idcirco primum successione gradum constituunt, secundo vocantur frater, & soror defuncti. Et hoc jure *Instit. Nam et Novell. Iustin. De hered. ab intestato venientib. vocantur primo loco fratres, utrumque defuncto coniuncti simul cum patre ad hereditatem fratris defuncti. l. Canis. l. 2. Sum. et. 13. Schneidervin. l. 1. Instit. et. De nupt.*

* *

*

LXXXIV.

DIFFERENTIA 10.

Matrimonium metu contractum secundum Canones ipso iure nullum est. *c. Cum locum. 14. & c. seq. De sponsal. c. significavit. De co. qui dux. in uxor. Iure civili autem valet. l. si patre 22. tit. De ritu nupt. l. si mulier. 21. tit. De co. quod metus causa. Caninius 35.*

Metus in genere est instantis periculi aut futuri causâ mentis trepidatio. *l. 1. tit. eod.* Alius gravis, alius levis. Gravis de malo quod virum constantem mentis commovere queat, puta mortis, mutilationis, servitutis, longi carceris, & simil. Vbi conditio personæ consideranda. Nam respectu feminæ vel adolescentis ceteri potest grave malum, quod à viro forti contemneretur. *V. Valens. l. 1. tit. 40. n. 9. & 10.*

In omni quaestione, an matrimonio metus obsit, decisionem ex *c. cit. Cum locum. De sponsal.* per Alexandrum III. habemus. Cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit, necesse est, ubi assensus cuiusque requiritur coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, & ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus qui de invitis solet nuptijs provenire. Hinc Canonum Interpretes, & Theologi uno consensu firmarunt assertionem de nullitate matrimonij per metum contracti. Metum intellige non qualemcumque etiam vanum & levem: sed qui in virum constantem cadit: qui tamen

respectu personæ in feminis facilius reperitur. *c. Indignantur. 32. Q. 6 & argum. c. sicut dignum. De homic. Azor. l. 1. c. 14. Q. 13. Sanch. l. 4. D. 3. & sequi Bonac. Tom. 1. p. 284. Laym. l. 3. Tract. 4. c. 6. Fill. Tr. 10. p. 1. c. 4. Comital. l. 7. Q. 122 & l. 3 q. 3. & 4. Esobar. Tract. 7. Exam. 9.*

11. juris civilis mentem *Celsus exponit l. 22. cit.* si patre cogente ducit uxorem filius, quam non duceret, si sui auctoris esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos contrahitur. In lege præced. ita textus habet. Non cogitur filiusfam. uxorem ducere. Ideo *Gottifr.* illud si patre cogente, interpretatur *suadente, hortante, admodum urgente.* Quo admissio inter Canones & leges non est contradictio, sed ab his, & illis contracta metu gravi iniuste incussum matrimonium damnantur propter defectum libertatis, & gravia incommoda, quæ inde manare solent. Divinâ an humanâ lege ita constitutum sit, alii disquirant, ad nostrum propositum aut nihil aut perparum interest.

* * *

DIFFERENTIA II.

Iure Canonico valet matrimonium inter tutorem, aut filium eius, & pupillam vel adultam, cuius ille gesserat tutelam, aut curam DD. in *c. penul. De secun. nupt.* Secus Iure civili, *l. tutor. π. De sponsal. C. De interdicto matrim. contra. inter pupillam & tutorem. Io. Bapt. à S. Blas. 25.*

I. Matrimonium inter tutorem & pupillam, cuius curam gessit, ab *Imp. Severo & Antonio* damnatur in *l. cit.* propter periculum, quod pupillæ in re familiari à tutore imminere potest. Nam fiducia uxoris, quam de marito, ut sibi maximè benevolo habet, cum suarum rerum ignorantia delinquendi audaciam fovet, & corroborat, ut ad se trahat, sibi que vendicet, maritus, quæ suo in peculio esse pupilla ignorat. *Schneidevvin. l. 1. Inst. tit. 10. Par. π. 13.*
Sed quia incommodum hoc temporale, nec generale est, utpote ab improbis &

avaris creati solitum, sacri Canones non attendunt, permittuntq; in prædictis personis matrimonium, quia ex tutela, curæ nullum impedimentum oritur.

II. Adde, quod non immeritò præsumi potest futurum, ut quia maiorem notitiam habet bonorum uxoris suæ, nupte pupillæ, facilius & efficacius illa consuevaturum, & aucturum esse, utpote tutoris modò, & particeps communis lucris. Aliena quippe segnius curare humani ingenij commune, & confessum vitium est.

XII. LXXXVI.

DIFFERENTIA 12.

Iure civili mulier, cuius maritus captus est, & incertum, an adhuc vivat, post quinquennium alteri nubere potest. *l. Vxor. 6. π. De divort. Novel. 22. §. Sed & captivitatis.* Idem iure Canonico non permittitur, nisi de morte prioris mariti certo constet, *c. In presentia. 12. De sponsal. Canif. 37.*

I. Iuliani in *cit. l.* aperta sententia est. Si incertum est, an vivus maritus apud hostes teneatur, vel morte præventus sit, tunc si quinquennium à tempore captivitatis excesserit, licentiam habebit mulier ad alias transire nuptias; ita ta-

men ut bonâ gratiâ dissolutum videatur pristinum matrimonium, & unusquisque jus suum habeat immutatum. Eodem iure & in marito incertitate degente, & uxore captivâ obli-

II. *Æque manifesta in contrarium est Clementis III. definitio in c. in presentia. De sponsalib.* Rogatus enim, quanto tempore mulieres, quarum mariti captivi tenentur, expectare debeant pro secundis nuptiis, respondit. Quotocumq; minorum numero remaneant, viventibus viris suis, non posse ad aliorum consortium canonice convolare, nec auctoritate Ecclesie permitti, ut contrahant, donec certum nuntium recipiat de morte virorum. Et per hunc Canonem notat Glossa abrogari prædictas Leges, que quinquennio elapso licentiam dant aliter nubendi. Vbi tamen veri similiter præsumitur de morte mariti, si mulier nubat, excusatur. Ita Glossa, cui subscribens *Coninck Disp. 2. de Matrim. Dub. 3.* requirit certum nuntium de morte mari-

ti ait, sufficere tamen, ut verisimiliter existimetur, aut præsumatur extinctus. Nam *c. Cum per bellicam 34. P. 2. & Quoniam. de lite contest.* loquuntur de verisimilitudine moraliter certâ. Cùm enim in seculo matrimonio contrahendo sit periculum gravis peccati & injurie erga priorem coniugem, si fortè vivat, sine morali certitudine ineundum non est, cùm præsertim in casu dubio melior sit conditio prioris mariti, cui etiam fauer possessio *Silu. V. Matrimonium. §. 8. Q. 13. Armilla eod. n. 45. Laym. l. 3. Tr. 10. par. 3. c. 3. Escobar Tract. 7. Exam. 9. n. Comitrol 220. l. 7. Q. 128. Navar. c. 27. num. 53. Vallensl. 3. tit. 4. num. 3. Dardus Disceps. 6. De cons. dubia Pag. 894.*

XIII. LXXXVII.

DIFFERENTIA. 13.

Iure Canonico, ad matrimonium contrahendum inter valentes loqui, verba requiruntur, sed in illis, qui non possunt loqui consensus nutu declaratus sufficit. *c. Tua de Sponsalib.* Iure civili autem sufficit consensus quomocumq; expressus, seu declaratus etiam inter valentes loqui. *l. nuptias. ff. De R. I. l. Cùm fuerit 15. ff. De condit. & demonstr. Bart. 112. Io. Bapt. De S. Blasio 131.*

T Ad regulam Iuris citatam *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.* Interpretes notant, ita sufficere consensum, ut non sit opus tabulis, scripturâ, & in domum deductione, multò minus concubitu. An autem quilibet nutus sufficiat

inter potentes loqui, non satis explicant. In *l. cit. Cùm fuerit* impleta dicitur condatio, si in familiâ nupsisset, statim, atque ducta est vxor, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit.

Antinomia.

N

Qua

Quæ variè à DD. explicantur, dum alius hoc ipsum sufficere, alius requiri plura existimat. *Gottif.* Ego, inquit, ductam planè putaverim, si verbis de præfenti ducta fuerit, licèt neque in domum mariti deducta sit, neque cum eo concubuerit. Adde *Tbolosan. qui l. 9. c. 5. n. 16.* neque nuptialia instrumenta, neque pompam, & apparatus, neque pacta nuptialia constituere matrimonium ex legibus probat.

II. Juris Canonici decisio in *c. Tua. De sponsalib.* est, matrimonium in veritate contrahi per legitimum viri, & mulieris consensum, sed quantum ad Ecclesiam verba consensum de præfenti exprimentia requiri. Nam surdi, & muti

possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis, & pueri ante legitimos annos. per verba sola non contrahunt, cum intelligantur minime consentire.

Quæ autem verba, & quis consensus ad matrimonium sufficiat. *Navar. in c. 21. n. 20.* dilucidè exponit. Illa, ait, verba sufficiunt, & requiruntur, quibus significatur statim unà cum dicto vel signo alterum alteri corporis sui potestatem tradere iuxta omnium sententiam, quæ sunt. *Ego te in uxorem meam accipio. Ego te in maritum meum accipio.* & alie illis æquipollentes formulæ. *Consentio in te ut sis mihi coniugem:* aut, *volo, ut sis uxor mea.* Nihil enim refert. *l. fin. ff. Mandat.*

XIV. LXXXVIII.

DIFFERENTIA 14.

Secundùm leges præsumitur matrimonium inter eos, qui simul habitant, & familiam tractant. *l. in libera mulieris, ff. De ritu nupt.* Secundùm Canones verò non præsumitur, sed ostendenda est solennitas nuptiarum. *c. l. 30. 2. 5. c. illud. de præsumpt.*

Ioan. Bapt. à S. Blasio 101. Galvan. 14.

Canisius 40.

LEx *in libera. cita.* non concubinitum, sed matrimonium intelligendum esse ex consuetudine mulieris liberæ, non certitudine aliqua, sed præsumptione nititur, de qua *Alciat. in Reg. 2. Præsumpt. 5. & Reg. 3. præsumpt. 38.* Præsumitur in dubio matrimonium inter duos ingenuos simul conversantes. Quamvis enim alio sine cohabitare possint, vitamque pro arbitrio agere etiam

nefariam, id tamen nisi probetur in dubio affirmare non licèt, sed in bona parte capere humanitatis est, quamvis sacrorum Canonum contradicere videatur auctoritas. Ecclesia enim securitati matrimonij consulere volens clandestina connubia extincta vellet: & quæ de salute animæ agitur, delictum potius quam matrimonium præsumit iuxta doctrinam *Alciati in Reg. 3. præsum. 1. c. 68.*

Gloss. in c. 1. De scrutin. & c. Iuuenis. De Sponsal.

11. Quamobrem in c. cit. Evaristus Papa clandestina coniugia reprobans non pauca scribit ad legitimum matrimonij contractum necessaria esse, subditque, sic perfecta legitima scitote esse connubia: aliter vero presumpta non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quam legitima connubia esse non dubitate. In c. illud quoq. pari modo præter cohabitationem diurnam ad matrimonium probandum plura adminicula exiguntur. Hodie post Concil. Trident. Con-

stitutionem Sess. 24. c. 1. De reform. Matrim. nec cohabitatio, nec ullus consensus, verbis, signis, aut factis expressus, nec etiam copula quicquam faciunt ad præsumendum matrimonium, nisi coram parcho, & testibus fiat. Atque ita pro nihilo reputatur quicquid in contrarium à legibus decernitur, nec putandæ sunt nuptiæ (licet Gotif. velit) si mulier probet, se eam mente acceptam à viro, ut esset ei uxor. Sollemnitas enim à Conc. Trid. indicta simpliciter necessaria est. §. Qui aliter. ubi eiusmodi contractus irritos facit.

LXXXVIII.

DIFFERENTIA 15.

Jure civili mulier rapta non potest nubere raptori suo. l. vii. §. Sin autem C. De raptu virg. Jure Canonico autem potest nubere. c. Accidens. de raptor. Bartol 97. Io. Bapt. à S. Blasio 121. Galvan. 43.

NÉ vocis ambiguitas errorem pariat, sciendum est, ad raptum penis à Jure sancitis obnoxium quatuor condiciones requiri, 1. ut sit violentia. 2. ut fiat causa libidinis. 3. ut sit traductio de loco in locum 4. ut rapta mulier sit honestæ vitæ. Sanch. l. 7. D. 12. n. 3. Illis igitur, qui dicto modo raptum fecerint, Iustinianus Imperator primò pœnam capitalis decernit, & tam illorum, quam opem illis ferentium bona statim in rapte dominium transire declarat. Præterea facultatem tollit raptæ virginis, vel mulieri raptorem suum sibi maritum

poscendi, sed à parentibus, cui voluerint, excepto raptore, despondendas esse.

11. Alia Ecclesiæ mens est libertati nubentium consulentis. Nam in cap. citato Accidens. ita legimus. Rapta puella legitime contrahet cum raptore, si prior dissensio transeat in consensum, & quod ante displicuit, incipiat complacere, dummodò ad contrahendum legitime sint personæ. Vnde aliqui DD. apud Barb. colligunt, secundum hunc textum non requiri, ut puella extra potestatem raptoris constituta sit, atque in pristina libertate consentiat, sed sufficere ad va-

N 2

lorem

lorem matrimonij, ut manens in potestate raptoris in loco tuto, & libero ponatur, itaque in matrimonium liberè consentiat. Nihilominus raptor ipse, omnesque illi consilium, consensum, auxilium, & favorem præbentes sunt ipso jure excommunicati, perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de gradu proprio exci-
dunt. Deique raptor mulierem five du-
xerit, five non duxerit, dotare tenetur. Pro quo tamen requiritur sententia judicis, & attendenda est viri, & mulieris conditio. *v. Azor. l. 1. §. c. 20. §. Lex iudicem. Coninck Disp. 31. De matrim. c. 48. Henrig. l. 2. de Matrim. c. ult. Less. l. 4. c. 3. num. 68. Fillius. Tract. 30. c. 6. n. 116. & seq. Sanch. l. 7. Disp. 12. n. 42. Mol. Tract. 3. Disp. 105. Laym. l. 5. tr. 10. Pat. 4. c. 13.*

XVI. XC.

DIFFERENTIA 16.

Iure civili consensus parentum requiritur in filiorum matrimonio *Instit. de nupt. iust. l. Nec filium quidem famil. C. De nupt. l. Nuptie 2. ff. De ritu nupt. At jure Canonico talis consensus non requiritur. c. Cum apud. De sponsal. Bart. 58. Canis. 38.*

Institut. l. 1. c. 10. ita legimus. Justas nuptias contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt, dum tamen si filij familiar. sint, consensum habeant parentum, in quorum potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & civilis ratio suadet, & naturalis in tantum, ut iustus parentum præcedere debeat. Eodem stylo l. 2. ff. De ritu nupt. Nuptia consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt. Item l. 12. C. De nupt. Nec filium fam. invitum ad uxorem ducendam cogi legum disciplina permittit. Et paulo post, ita tamen, ut contrahendis nuptijs patris consensus accedat. Eadem alibi repetuntur. In confirmationem *Mynsing. l. 1. Instit. t. 10. Cum hæc sententia, inquit, quod parentum consensus in contrahendis nuptijs requiratur, proxima sit quarto Decalogi præcepto. Honora patrem tuum. & prætenenda est, quicquid à plerisque in contrarium disputetur. Animosior Everard. Bronchorst. in assert. 1. Cent. 3. evincere conatur, ad matrimonium contrahendum, omni jure tam divino, quam humano, item civili, & Canonico, de necessitate parentum consensum requiri: quæque ex sacris Canonibus opponuntur, diluere se putat. Sed aliud non probat, quam conveniens esse, ut parentum in re tanta consensum liberi sequantur; non verò ad connubij valorem, absolute requiri. Nam & ratio, & canones matrimonia libera esse præcipiunt. c. Gemma. De sponsal. & sufficere ad valorem illorum consensum, de quorum coniu-*

Etione.

Etione agitur. c. Cum ad sedem. 23. eod. similiter Conc. Tr. sess. 24. c. 1. De reform. Matrim. falsam esse opinionem pronuntiat, dicentium matrimonia à filiis sine parentum consensu contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Quibus adde Caroli V. declarationem in Comit. August. Anno 1548. ff. De Sacram. Matrim. ubi illorum sen-

tentia improbat, qui matrimonia non consentientibus parentibus facta nullius momenti esse, aut solvi posse existimant. Illud tamen filiis commendatur, ut parentum se imperio & directioni subijceant, & quoad fieri potest, sequantur. v. Sanch. l. 4. Disp. 24. Coninck. D. 28. n. 52.

XVII. XCI.

DIFFERENTIA 17.

Pater filiam invitam, & repugnantem secundum Canones maritare non potest. c. 1. De despons. impub. c. Cum locum. De sponsal.

Secus Iure civili, nisi maritus persona indigna sit. l. Sed

quæ patris. ff. De sponsal. Bart. 57. Io. Bapt.

à S. Blas. 103.

VT Juris civilis manifesta intentio sit, duas leges attendere oportet.

Prima est. l. 11. ff. De sponsal. Sicut nuptiæ consensu contrahentium fiunt, idèd sicut nuptiis, ita sponsalibus filiamfamil. consentire oportet. secunda, est 12. eod. Sed quæ patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur. Tunc autem solùm dissentendi à patre licentia filia permittitur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat. Ex quibus nihil aliud colligo, quam conveniens esse: ut filia non repugnet patris voluntati, quando honestum sponsum proponit: ac futurum, ut metu reverentia aliqua inducta consentiant.

11. Qua in re sacrorum Canonum dissimulatio est, qui omnem metum & coactionem abesse sponsalibus, & matrimonio volunt. c. Cum locum. De spons. c.

1. De Despon. impub. Sed in hoc capite scrupulum pariunt illa verba, si pater filium impuberem desponsaverit, eum, cum ad perfectam aetatem pervenerit, debere omninò implere. Ergone absque libertate, & consensu ad incedendum matrimonium teneatur? sic libera matrimonia quomodo erunt? Certè verbum debet per se, & ex natura sua importat necessitatem, & præceptum, quemadmodum Glos. docet in c. Proposuit. v. Non debet. De appellat. & Clement. Ascendentes. De statu monach. & ibi Cardinal. Not. l. Imola n. 7. & alii. Hinc Soto in 4. Diff. 29. Q. 1. ar. 4. Concl. 3. putat, sufficientem causam esse, ut filius ad matrimonium teneatur, si ipsi conveniens sit, & causam resistendi iustam non habeat, paterque pro illo sponso dedit, & iuravit. Idem Navar.

N 3

Ma-

Manuel, Lopez & alij tenent apud Sanch. l. 4. Disp. 23. qui tamen ex communi DD. opinione præallegatum textum non de rigido, sed honestatis debito intelligendum censet, ut sensus sit. Propter reverentiam, & obedientiam patri debitam, planè convenit, filios sequi & implere

promissionem à patre factam. Si tamen ex probabili causâ non fecerit contra præceptum obediendi parentibus graviter non peccant; quandoquidem in ejusmodi contractibus ab illorum potestate dominicâ non pendent *7. Az. l. 5. c. 20. Barb. in c. cit.*

XVIII. XCII.

DIFFERENTIA XVIII.

Iure civili mulier intra tempus luctus, hoc est, intra annum transire ad secundas nuptias non potest, & contrarium faciens punitur. *l. 1. c. 2.*

C. De Secun. nupt. Iure Canonico autem statim marito mortuo atque metu pœnæ alteri nubit. *c. super illa. & c. fin. De secun. nupt. Bart. 62. Canif. 48.*

I. Nuptiarum repetitio quamvis nullo jure prohibita multum odiosa, & inimica est, præsertim liberis ex primo concubitu relictis. *§. Sin autem tutelam. Auth. De nupt.* ubi dicitur mulierem nuptias repetentem tria negligere, videlicet Deum, defuncti memoriam, & dilectionem filiorum, item in *§. Quæ verò nunc. 7. Nos igitur. eod. tit.* dicitur, animam defuncti mariti nuptijs repetitis contristari. *Bald. in l. DEO nobis n. 11. C. de Episc. & cler.* In quibus verbis agnoscere licet causam tam severæ constitutionis in *l. 1. c. 2. De Secun. nupt.* si qua, ait *Imp. Gratianus, Valentinian. & Theodosius*, ex fœminis perditio mariti intra anni spatium alteri festinaverit nubere, probroli inusta notis honestioris, nobiliorisq; personæ decore, & jure privatur: atq; omnia, quæ de prioris mariti bonis, vel jure spontâlium, vel judicio defuncti coniugis, consecuta fuerat, amittat. Quod amplius declarat *Andr. Gaill. l. 2. Obs. 98. n. 1.* Mulier, inquit, transiens ad secundas nuptias liberis extantibus non solum perdit quo ad proprietatem, quicquid à marito

defuncto titulo lucrativo, sed etiam quicquid per successionem filiorum primi matrimonij consecuta est, solo ullo fructu istorum bonorum apud ipsam rem anente, per *textum in l. fœmina §. illud. C. de secun. nupt. & in auth. ex testam. C. eod. tit. Boerius Decif. 185. Decius Consil. 206. n. 2.* Proprietatem verò quam amittit, secundò nubendo tenetur conservare filiis primi matrimonij superstitibus *l. fœmina cit.*

II. Verùm isthæc omnia à sacris Canonibus reprobata sunt in *c. super illa c. seg. vbi Innoc. III.* Cùm secundum Apostolum mulier mortuo viro suo ad eius lege sit soluta, & nubendi cui vult tantum in domino facultatem habere, non debet legalis infamiae sustinere pœnitentiam, quæ licet post viri obitum intra tempus luctus nubat, concessa sibi nomen ab Apostolo utitur potestatem, cum in his præsertim sæculares leges non dedignantur sacros canones imitari. *Roland. De testam. Rubr. 21. n. 11. Sanch. l. 7. De matrim. Disp. 87.*

Inter servos Iure civili non potest esse matrimonium, neq; inter servum & liberam, sed vocatur contubernium. *l. Cum Ancillis. C. de Incest. nupt.* At Iure Canonico tam servus, quàm liber rectè matrimonium contrahit. *c. 1. De coniug. servor. Bart. 61. Canis. 41.*

I. Servi dicuntur, quibus libertas arbitrio suo vivendi adempta est, itaq; liberis apponuntur: & ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, non occidere solent. *§. 1. De iure person. l. 4. De statu hom. ff. De verb. signif.* Et tales sunt proprie dicti servi, alij minus proprie ascripti appellantur, qui prædio, & agris colendis additi affixiq; sunt, nunquam recessuri & annuos redditus omnes domino prædiorum præter sumptus, & victum reddituri: Ex his nati originarij dicuntur *Abb. c. 2. De iud. notab. 1.* Hi omnes, quia tantum ad certas operas obligantur, revera liberi sunt, & secundum quid tantum servi reputantur.

II. His positis, ut inter Canones & leges oppositionem esse appareat, de eodem genere servitutis loquamur, necesse est *In l. citatâ cum Ancillis.* Imperator Constantinus ita pronunciat. Cum Ancillis, non potest esse connubium. Nam ex eiusmodi contubernio servi nascuntur. Quomodo hoc? quia partus ventrem sequitur. Hinc è contrario ex libera, & servo natus ingenuus est. *l. 24. ff. De statu hom. & c. un. de natis ex lib. ven-*

tre. novum hoc, & nusquam gentium fieri Plautus in Casina Prologo dicit. de quo V. Alciat. l. 6. parerg. Iur. c. 16.

III. Ecclesie sensum *c. 1. De coniug. serv.* exhibet. sicut in Christo *LES V* neq; liber, neque servus, est à Sacramentis Ecclesie removendus, ita nec inter servos matrimonia debent ullatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis & invitis contracta fuerint, nullâ ratione propter hoc sunt dissolvenda. Debita tamen & consueta servitia non minus debent proprijs dominis exhiberi. Loquitur: *quod notandum*, de illis tantum, qui tempore contractus servilem conditionem non ignorant; adeoque sponte ac liberè non obstante tali impedimento consentiunt, iuxta *c. si quis ingenuus. 29. Q. 2.* Inter illos autem, qui ignati servitutis sunt, irritum est matrimonium. *c. 2. 3. & ult. De coniug. serv. quia talis error consensum tollit. l. si per errorem. ff. De iurisd. om. iud. v. Barb. Axiom. 82. n. 1.*

* *

*

Iure civili solvitur matrimonium altero coniugum continentiam volente. § *Distrabuntur*, *Auth De nupt*. Iure Canonico autem eiusmodi votum, non consentiente compare non permittitur. c. 1. *¶ seqq.* 33.

2. §. c. ex publico. *De convers. coniug. c. Agathosa. 27. Q.*

2. *Bart. 95. lo. Bapt à S. Blasio 116.*

IR Religionis seu monachismi professio, (de talenim voto hic sermo est) iusta divortij causa Justiniano visa est. Sic olim Ethnici quidam matrimonia sua propter sacerdotium non poterant retinere. l. 60. ff. *De don. inter virum & uxorem*. Divortij causa donationes inter virum, & uxorem concessæ sunt. Sæpe enim evenit, ut propter sacerdotium, vel etiam sterilitatem. v. *Gloss. Gottifr.* Quod ut vitio careat, intelligi debet non de vinculi solutione, sed separatione thori ex mutuo consensu. Nam matrimonij consummati nexus firmior est, quam ut humano arbitrio tollatur. c. *Cum sis præditus. De convers. coniug.* Vbi *Alexand. III.* Nec vir uxore suâ, nec uxor viro eius non assumente habitum religionis debet ad religionem transire. Verum si uxor ita senex est, & sterilis, ut sine suspitione possit esse in sæculo, dissimulare potes, ut eâ in sæculo remanente & castitatem prominente ad religionem transeat vir eiusdè. *Insuperine. Agath. 27. Q. 2.* præd. et Justiniani constitutio reprobat. Ac proinde post matrimonium consummatum utriusque coniugi eadem necessitas incumbit servandi fidem, &

fugiendi, quæ illi repugnant, cuiusmodi est continentia votum. *Benè s. Angyl. relatus in c. 1. 33. Q. 5.* si dicat vir, continere iam volo, nolo autem uxorem, non potest. Quod enim tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debet illam facere fornicariam? At ubi tantum tantummodo est, matrimonium, absque alterius consensu alteri Religionem intrare, inque eâ castitatem vivere licet. c. 2. *De convers. coniug.* Post consensum legitimum de præsentis licitum est alteri altero etiam repugnante eligere monasterium, & alteri remanenti, si communitus continentiam servare noluerit, licitum est ad secunda vota transire: quæ cum non fuissent una caro effecti, potest unus ad Deum transire, alter in sæculo remanere. *Idem in c. Ex publico. repetitur.* Nam quod Dominus in Evangelio dicit *Matth. 5.* non licere viro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est de his, quorum matrimonium carnali copulâ est consummatum, sine qua consummatum non potest v. *Hen. rig. l. 12. c. 8. Regula. l. 3. n. 40. Conink Disp. 34. Dub. 6.*

Iure civili non permittitur viro uxorem verberare. *l. Consensu C. de repud. corrigere tamen potest. c. si quid alteri 7. Q. 1.* At Iure Canonico clericis est permiffum uxores suas custodire, ligare, ad ieiunia falutaria cogere. *c. placuit, ut si 33. Q. 2. Bartol. 94.*

L Ex citata de repud. non de omnibus, sed ingenuis tantum loquitur: in vilibus perlonis ac protervis duriozem castigationem permittere videtur. Ex Romuli lege inquit, si quid uxor peccasset, de illo cognati cum marito cognoscabant, & puniebant. An semper citra fustigationem? Nulli homini danda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda est. *c. duo ista 23. Q. 4. Tholos. l. n. c. 4. Alciat. in reg. 1. Presumpt. 3. n. 3.* ubi maritum baculo percutientem dicit criminaliter non esse puniendum, quia ex tantâ coniunctione præsumitur illa percussio facta animo corrigendi; non autem dolosè, nisi atrocitas vulneris aliud induceret s. *Atrox. Instit. de iniur.* Quod etiam Guido papa approbat in *Traët. de presump.*

II. Quod sacros Canones attinet, in *c. Placuit* præcipitur, ut clerici uxores suas, quando peccârunt, non occidant, sed custodiant, ne de cetero habeant impunitatem peccandi, macerando eas verberibus, & fame; cum illis non comedant, nisi prius verè poeniteant. Nam si

quis uxorem suam verberarit, ait *Glossa*, nisi in causis lege expressis, in penam dabit tertiam partem donationis, quam dedit propter nuptias. *Auth. ut liceat matri & uia. s. si quis autem. Coll. 8.* Si autem dona non dedit, punitur in quarta parte totius substantiæ suæ, si ea non excedit 300. aureos. Si verò excedit, dabit 100. aureos *l. fin. C. De repud.* Sed nunquid Laicus idem potest de uxore sua? Dico, quòd non, quia non inuenio expressum, castigare tamen potest eam. *c. sicut alterius 7. Q. 1.* Causa datur in *cit. l. Consensu.* quia id alienum est ab ingenuis: sed quia est de familia sua, castigare potest, sicut dominus seruum, non autem in forma iudicii, quia nullus sibi, aut suis jus dicere potest. *l. 10. ff. De iurisd. om. iud. v. Soto l. 5. De iust. c. 2. ar. 2. Silu. v. Vxor. Zerol. eod. n. 2. Tolaf l. II. c. 4. n. 15. & Barbof. cum aliis in c. Quemad.*

De iureiur.

* *
* *

Antinomia

O

DIF-

Iure Canonico mulier etiam nobilis per se lactare filios suos debet, nec potest alteri mulieri lactandos committere. *c. ad eius. Dist. 5.* at Iure civili permittitur mulieri nobili, & ubi talis consuetudo est. *Bald. in l. aliena. C. de neg. gest. Ioan. Bapt. à S. Blasio 64.*

I. Consilium, an præceptum in *c. ad eius.* fit, textus indicabit. Prava, inquit, in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnunt, eosque alijs mulieribus ad nutriendum tradant; quod videlicet ex solâ causâ incontinentiæ videtur inventum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare, quos contemnunt. Quod autem, ipse nutrice debeat, multæ rationes suadent. Filij enim cum alieno lacte alienos mores, & inclinationes hauriunt, sæpe numero peruersos & improbos, adeoque parentibus dissimiles evadunt. Naturæ ductum attendant matres, quæ, ut *Macrobius* observavit *l. 1. Saturnal. c. 11.* in ipso partu lactis copiam suggerit, quo fœtus alatur. *Gell. l. 12. noct. articular. c. 1.* ait, esse contra naturam imperfectum atque dimidiatum genus peperisse, & statim à se abiecisse. Non enim mammarum ubera quasi quosdam nauulos venustiores atque ornandi pectoris causâ, sed alendorum liberorum causâ natura dedit. *Ira Gentiles illi.* Vnde meminit *S. Gregorius* pravam consuetudinem

vocatillarum matrum quæ liberos suos alijs nutriendos tradunt.

II. Nihilominus in multis iustæ causæ, excusant, cuiusmodi esse potest corporis imbecillitas, morbus, inopia lactis, & simil. adde consuetudinem, quæ multis in locis obtinuit, ut legum iustitiam videatur permissio, & argui de peccato non debeat quæ liberorum curam alijs relinquunt: maxime si puras, sobrias & piæ nutrices eligant. Summatim *Navar. c. 14. n. 17.* nolle filium proprijs uberibus lactare sine causâ iustâ non est amplius, quam veniale, & cum eâ nec veniale. Vide, quàm nihil, aut parùm dissonent leges, & canones. *V. Az. 11. l. 2. c. 4. Surdum De alim. 11. 8. priuil. 56. Tiraquel. De nobil. c. 20. n. 78. Erasmi Colloq. Eurapoli & Eubulla. Barb. in c. ad eius. Dist. 5.*

* *

*

Iure Canonico ex nefario vel incestuoso concubitu nati à parentibus alendi sunt, c. Cum haberet. De eo qui duxit uxorem. & secus iure civili. auth. Ex complexu in fin. C. De incest. nupt. Barto l. 60. Io. Bapt. à S. Blas. 26. Galvan. 40.

I. Nefarie nuptiæ vocantur, quæ cum afcetriâ, vel rapta fiunt. Incestuose, quæ cum consanguineâ, quæ vel inter ascendentes & descendentes. Damnatæ, quæ legibus vetantur: ut tutoris cum pupillâ, liberti cum patronâ, Hoc posito in c. cit. Cum haberet. Clemens III præcipit, ut parentes, qui per adulterium filios genuerunt, alimenta subministrarent. Quod Glossa iudicio de benignitate canonica procedit, quæ vigorem sumit à iure naturali. Nam educatio filiorum de iure naturali est. c. Ius naturale. Dist. 1. & ex instinctu naturæ procedit. Vnde ius illud præfertur civili: filij tamen non succedunt in bonis paternis, & illegitimi sunt. c. Cum inhibitis de clandest. sponsat. V. Barbos. cum alijs DD. in prædi. c. Cum haberet & qui putat ampliandum primo ut obligatio alendi spurios, & illegitimos à patre in hæredes transeat. Duenn. in Reg. 367. n. 4. a. l. 1. l. 5. c. 21. §. Item 2. ut in clericis quoque locum habeat, qui ex fructibus beneficij sui libris illegitimis teneantur alimenta præstare. Navar. Despol. cleric. §. fin. Tertio ut patre deficiente mater teneatur. Burd. De alim. 11. 1. Q. 15. Quarto ut pater nepotes quoque descendentes ab illegitimis alere teneatur: præterea avus nepotem spurium, & reliquos Gama Decis

11. n. 7. Quinto è contrario filios non solum legitimos, sed etiam illegitimos, obligari iure naturali, & humano ad alendum parentes Menoch. de præsumpt. l. 3. Q. 29 n. 16. Sexto ut etiam dotare filiam spuriam pater teneatur. Molin. de primog. l. 2. c. 15. Reginald. l. 20. S. 5. c. 3.

II. aliam viam insistens Cæsareum ius quasi in liberis parentum delicta ulciscens alimoniam subtrahit. Auth. Ex Complexu cit. Ex incesto & damnato concubitu natos omnis paternæ substantiæ beneficio indignos, & ne alendos quidem à parentibus iudicat. Et novella 89. c. 15. Omnis, qui ex complexibus, aut nefarijs, aut incestis, aut damnatis processerit, neque naturalis nominatur, neque alendus est à parentibus, neque habebit quoddam ad præsentem legem participium. V. Laym lib. 5. Tr. 10. c. 5. num. 4. Comitol. lib. 1. Q. 75 Azor. 11. lib. 2. c. 4. Q. 7. Dornsb. Tr. De except. crim. caus. 7. 1. sect. 5. c. 16. num. 52. & sequ.

* *
*

O 2

DIF. 24

DIF.

DIFFERENTIA 3.

Iure Canonico nati ex damnato coitu non possunt eligi ad Decurionatum, aliumve honorem. *c. 1. de fil. presb.* secus est iure civili *l. spurij init. ff. De Decur. l. generaliter. §. Spurius quoq; cod. Bartol. 65. Io. Bapt. à S. Blasio. 164. Galvan. 81.*

Decuriones dicti sunt, quòd in initio, cum coloniarum deducerentur, decima pars eorum, qui ducebantur, consilij publici causa conscribi solita esset. *l. 2. §. 5. ff. De verb. signif. l. 7. §. solet. ff. De interd. & releg.* Decuriones autem senatorum erant coloniarum, & municipiorum. iurisperiti enim duos hosce ordines in municipijs quasi contrarios numerant, plebeios, & decuriones. Ex decurionum autem ordine, item ut ex Senatorum Romæ magistratus creabantur. *Paulus l. 7. §. 2. ff. de decur.* Decuriones quoq; dicti sunt in castris qui decem equitibus præessent. Denique generaliter appellari cœperunt principes, seu capita cuiuslibet ordinis. Et ordo ipse decuria vocabatur, ut decuria iudicum, scribarum, cubiculariorum, & simil. Inde decurionatus honorificum nomen.

De taliigitur & qualibet paridignitate in *l. 4. & 6. ff. de decurion.* legimus, spurius posse in ordinem adlegi nulla dubitatio est, sed si habeat compeditorem legitime quæsitum, eum præferri oportet. Item spurij decuriones fiunt, &

ideo fieri poterit ex incestu natus. Non enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit, & indigni non sunt, qui alieno laborant vitio. *l. 7. C. de natural. liberis.*

II Canones quod attinet, capituli primi *de fil. presb.* summa hæc est, ut filij presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad sacros ordines non promoveantur, aut monachi fiant, aut in congregatione canonica vivant: prælationes verò nullas habeant. Quibus tamen gratiam facere poterit episcopus, quoad minores ordines, & simplex beneficium. Ad maiores enim ordines solus dispensat summus pontifex. *c. 1. de fil. presb. in 6. Lancel. l. 1. Inst. tit. 20. Canis. l. 1. Summa. tit. 7.*

Nota prædictos differentie huius auctores *Bartolum, Ioan. Bapt. à S. Blasio. & Galvanum* prælationis nomine Decurionatum comprehendere, ut à pari argumententur.

* *

* *

Iure Canonico prohibetur concubinatus, & omnis extra matrimonium coitus. *c. Tanta. cui fil. sint legit.* Iure civili autem concubinatus quibusdam permittitur *ff. De concub. §. fin. Inst. De nupt. Io. Bapt. à S. Blasio. 30. Galvan. 45.*

Ius naturale, & divinum complectens Ecclesia omnem viri, & feminaeque legitimam coniunctionem vetat, & peccatis persequitur. *ad Ephes. c. 5. v. 3.* Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur in vobis, ut decet sanctos, neque Fornicarij, neque idolis servientes, neque molles neque masculorum concubitores, neque avari, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt. *1. ad Cor. 6. v. 9. & 10.* Nec dubium, quin omnis fornicatio peccatum mortale sit secundum omnes DD. teste *Silvestro in v. Lustraria. n. 3. Claro in v. Fornicatio n. 1.* Contrarium dicere proximum haeresi est *Soto l. 5. De iust. Q. 3. art. 3. & nullâ ignorantia excusatur. Toler. l. 5. c. 10. Q. 1. Moscon. De maiest. Eccles. l. 2. Par. I. c. 11. Azor. I. l. 1. c. 13. Q. 1. Fillius. Tract. 30. cap. 2. n. 50. Comitol. l. 5. q. 1. n. 7.*

Il. Neque ut rudes aliqui iactant, concubinatus absolute & indiscriminate Imperatorum legibus permittitur, sed cum his conditionibus, *Primo*, ut ab omni vinculo mas, & femina soluti sint, ita ut nihil obstat matrimonio inter ipsos contrahendo. *Secundo*, ut eâ solâ vir contentus sit, nec vagâ libidine utatur. *Tertio*

ut indubitatus inter eos affectus sit, quem admodum in uxore, cuius praesumptio ex stabili cohabitatione sumitur. His simul concurrentibus toleratur concubinatus saecularium personarum in Rep. & filij inde nati per subsequens matrimonium legitimi efficiuntur. *l. cum quis. ff. De natural. lib. auth. civil. mod. nat. off. sui. coll. 6. Inst. De nupt. §. ult. Abb. in c. Tanta. Qui fil. sint leg. Conar. Par. 4. c. 8. §. 2. Menoch. casu 289. Mynsing. l. Inst. et. Io. Az. III. l. 3. c. 5. Sanch. l. 8. D. 7. n. 19.*

Il. Non tamen ita communis hæc opinio est, quin DD. aliqui reclamant. Nam iure civili etiam hodie damnari concubinatum docet *Alexander in Confil. 59. n. 3. l. 4. Felin. in c. Cum sit generale. n. 13. De foro comp. Ripa in l. fin. n. 38. C. de reus donat. Couar. in 4. Decretal. Par. l. c. 4. Tholos. l. 10. c. 1. n. 15. attribuens iuri novissimo. auth. De lenonib. Quibus utinam usus & mores communes faverent. Non puniri à saeculari Magistratu id genus hominum tum intra, tum extra militiam notius est, quam ut per uadere oporteat. *v. Iul. Clarus in §. Fornicatio. n. 7. & 8. Item §. fin. Q. 37. n. 4. ubi Nos videmus**

videmus, *ait*, quod Iudices laici de concubinato crimine puniendo parum se inromittunt, & hodie etiam pauci ex Ecclesiasticis fortè ne in alijs puniant, in quo ipsimet delinquant.

C. XXXVI

DIFFERENTIA 26.

Iure Canonico per solum matrimonij contractum concubinarj, & concubinae, cum qua matrimonium tempore susceptae prolis esse poterat, legitimantur liberi naturales tantum, absque confectione instrumentorum dotalium. *c. Tanta est. Qui filij sint leg.* At Iure civili ultra matrimonium confici debent instrumenta dotalia ad effectum legitimationis filiorum naturalium. *§. fin. Instit. De nupt. c.*

Per venerabilem. Qui fil. sint legit. Io. Bapt. à

S. Blas. 22. Casilius 46.

IGlossa ad *citat. c. Tanta. v. legitimi.* Tanta, inquit, est vis matrimonij, ut illegitimos faciat & legitimos. *§. fin. Instit. De nupt.* Sed nunquid dices tales esse legitimos, quoad ordines, & honores? non videtur quia non sunt de legitimo matrimonio nati, *c. Cum in cunctis. De elect. & argum. 30. Q. 5. c. Qualis.* Sed credo quod legitimi sunt quoad omnia, quia omnia praecedentia matrimonium purgat, & sic proxima, sive etiam praecedens causa turpitudinis sublata est. Et haec juris Canonici debentur benignitati. A legibus insuper requiritur, ut instrumenta dotalia confecta sint, quemadmodum traditur in *§. finit. Instit. De nuptis.* Vbi *Mynsinger* recensitis, quae necessaria sunt ad filiorum naturalium

denominationem, denique ait, necesse est, ut matrimonij ergo dotalia instrumenta conscribantur, quod communiter receptum est: Iure vero Canonico, non censetur esse de substantia matrimonij, aut legitimationis instrumenti conscriptio, quod in matrimonijs, velut spiritualibus negotijs sequimur. Quamvis plerique in illustribus instrumenta dotalia requirant. Quam opinionem *La. centinus & Rosellus* sequuntur. *Quibus adde Sanch. lib. 8. De matrimon. Disputat. 7. & lib. 3. Disputat. 44.*

* *
*

DIFFERENTIA 27.

Iure Canonico filii legitimi censentur, qui ex matrimonio publicè & bonâ fide contracto saltem alterius parentum nati sunt, licet revera matrimonium inter ipsos non constiterit. *c. 2. & c. penul. Qui filij sint legit.* At Iure civili tales filij spurii habentur. *l. 3. C. Solut. matrim. Carissus. 45.*

I Glossa observatio est, in *c. 2. cit.* *Qui fil. sint legit.* quando matrimonium in facie Ecclesiæ publicè contractum est, quamvis impedimentum subfit, filios ex eo natos secundum antiqua iura legitimos esse, etiam si coniuges postea separentur. Similiter in *c. penult. eod. v. legitimum.* Hinc patet, inquit, quod sufficit bona fides alterius parentis, ut filij dicantur legitimi, & si nascantur li- te motâ, legitimi sunt, licet postea sepa- rentur. Eadem *Raymundi apud Sylvestrum* doctrina est. Legitimus censetur, qui natus est de legitimo matrimonio, vel eo, quod legitimum reputabatur, licet in- tardiceret impedimentum. *c. inter Ioan- nem. Qui fil. sint legit.* & hoc sive ambo in facie Ecclesiæ bonâ fide coniuncti sint, credentes, se legitime copulatos, cum tamen non essent, sive alter tan- tum hoc credebat, quia sic etiam legiti- mus est filius, & utriusque parenti succe- det. *c. Ex tenore. eod.* Secus si clandestu-

nè contraxissent: quia videtur fuisse ignorantia affectata, & multò magis, si ambo scientes publicè contraxerunt. *c. Cum inhiòtio. De clandest. desponsat. v. Gaill. lib. Obseru 2. 48. n. 6.*

II. Legum civilium alia dispositio est. Nam *Antoninus Imperator* in *lib. 3. citatâ C. solu. matrimon.* spurios decla- rat illos, qui nati sunt ex libera, & eo qui servus est, & existimabatur liber esse. In huiusmodi igitur ignorantia, & bona fides non eundem effectum ha- bent, quem Iuris Canonici benignitas illis tribuit. *v. Sanchez De Matrimon. lib. 3. Disputat. 42. num. 2. & Sylve- ster in v. Legitimi.* Vbi de modo legi- timationis multiplici, eiusque effectibus multa & utilia tradit.

* *
* *

CII. XXVIII.
DIFFERENTIA 28.

Iure Canonico non licet viro dimittere uxorem suam, nisi causâ fornicationis. *c. præceptum. & c. si uxorem. 32. Q. 5.* At Iure civili ex aliis multis causis licet viro uxorem, & uxori virum dimittere.

l. Consensu. §. Causas. c. De repud. Io. Bapt. à S. Blasio 65.

I. Præceptum Domini est *Matth. 19. v. 9. Marci 10. v. 11. Luca 16. v. 18.* ut exceptâ fornicationis causâ uxor à viro non dimittatur; & idem quicumque circa culpam criminis supradicti (adulterij) uxorem suam quacunque ratione dimiserit, quia quod **D**eus coniunxit, ille separare disposuit, tamdiu ab Ecclesiastica communione privatus, & à cœtu omnium Christianorum maneat alienus, quamdiu societatem relictæ coniugis sinceriter amplectatur, & foveat *Conc. Trident. XII. c. 8. relat. in c. Præceptum. 32. Q. 5.* In sequentibus additur infamiae pœna. Si admoniti à Sacerdote semel, bis, terque ut corrigerentur, ad thorum suæ coniugis redire noluerint, de suis meritis, & à palatina dignitatis officio seipsos separabunt, & insuper generose dignitatis testimonium, quamdiu in culpa fuerint, amissuri sunt, id est, secundum *Glossam* inter alios generosos & nobiles non possunt ferre testimonium.

II. Quod verò à Iure civili pluribus ex causis repudium permittatur, ex *l. Consensu* patet, idque minus absurdi habet, quam quod à Christianis nostris ævi Novatoribus matrimonium numero

sacramentorum excluditur, ipsisque coniugibus ad secundas nuptias ianua aperitur, quanquam de hoc inter ipsos parum constans doctrina est. Nam *Philipp. Melanthon* duobus casibus contentus est, quibus liceat dimissâ compere aliam ducere. Si alter coniugum fornicetur, aut iniuste coniugem deferat. *Lutherus* autem pro causis numerat **I.** Si falsus Christianus Christianam coniugem deferat. **2.** Si ad furtum, vel aliud peccatum inducat. **3.** Si ob frequentes rixas molesta habitatio fit. **4.** Si alter coniugum diu absit. Denique si pauper cum divite matrimonium contrahat, & consummet, reclamant verò cognati, & separationem urgeant. *Bucerus* solvi matrimonium, & iniri aliud posse tradit, quotiescunque uxor non se commodam viro, aut vir uxori præbet. De quibus erroribus *Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 6. & 7. Bellar. l. 1. De matr. c. 15.*

* * *

CIII.

DIFFERENTIA 29.

Iure Canonico propter adulterium tantum agitur ad separationem thori, & lucrum dotis, aut donationis propter nuptias, c. Tux, de pio. ur. sed Iure civili ad pœnam corporalem agitur: l. Quidamvis, & Auth. Sed hodie, ad l. lul. de adult. Ioann. Bapt. à S. Blasio 162.

I. **A** Pud Catholicos recepta doctrina est, l. nullius quantumlibet magni criminis causâ matrimonii consummati vinculum solvi posse, contra errorem Græcorum hujus temporis, & hæreticos, Lutheranos, Calvinistas, Anabaptistas, & politicos quosdam apud Bronchorst Cent. 3. ass. 8. & Bellarm. l. 1. de matrim. c. 15. 2. capitale supplicium, quod sanguinis effusione fit, ab Ecclesiæ moribus, & usu alienum esse, c. Sententiam. Ne cler. vel monachi. Sanchez l. 10. D. 8. n. 16. Unde sequitur, conjugem innocentem, qui accusare adulteram vult, non posse apud Judicem ecclesiasticum agere ad aliam pœnam, quam, quæ sacris canonibus definitur, videlicet, separationem thori, amissionem dotis, aliorum vè honorum. Nam *Pœnitentiam, Angelus, & Silvester in v. Adulterium*, alias pœnas non agnoscunt, quàm modò indicatas: non excludendo tamen intrusionem in monasterium, quæ pœna à legibus constituta, & in Ecclesiam translata est, c. Gaudeamus, de convers. coniug. Vbi Barb. Excommunicari quoque tam vir, quàm mulier adultera potest c. In-

telleximus, de adult. & stupro. Covarr. c. 7. part. 2. de matrim. n. 20.

II. Quod Jus civile attrinet, Gloss. in c. Tux, v. Legitiman: Per leges veteres, ait, mulier de adulterio pœnâ sanguinis puniebatur, l. Castitati, C. ad l. lul. de adult. & c. 30. eod. Secundùm legem Moysis verò lapidabatur, c. Hec imago 33. q. 5. Hodie verò detruditur in monasterium. Auth. Sed hodie, C. ad l. lul. de adult. & c. est. Gaudeamus. Vbi Greg. IX. Mulieres, quæ relicto maritali thoro lapsu catas ceciderunt, si matrici earum commoneat eas ad frugem melioris vitæ convertas noluerint recipere propter Deum, in claustris studeas collocare, ut perpetuam pœnitentiâ ibi agant. Nota non remitti adulteram ad monasterium, ut professionem faciat, sed ut pœnitentiâ agat. Maritus enim jus habet exacto biennio & secutâ emendatione recipiendi illam.

V. Menoch. de arb. Casu 290. Sanchez.

l. 10. disp. 13. Reginald. l.

31. c. 4. l.

P

CIV. DIF-

Aningmia.

DIFFERENTIA 30.

Iure Canonico propter naturalem frigiditatem, si de ea constet, solvi matrimonium potest: in dubio autem triennium expectandum est. Iure civili autem indifferenter triennium constitutum est, c. Laudabiliem 5. de frig. & malefic. Novell. de nupt. c. 6. Canisius

44.

I. **C**onsultus de frigidis *Celestinus III.* respondet in *c. citato* à tempore celebrati matrimonii cohabitandum illis, & triennio experientiam faciendam de copula, si ante triennium non possit probari frigiditas. Elapso autem triennio, si simul habitare noluerint, & mulier probare possit viri impotentiam, accipiat alium, & si ille accepit aliam, separandi sunt. Ex his magno consensu Canonista, & Theologi cum *s. Thom. 2. 2. art. 1.* docent impotentiam perfectam & perpetuam, quæ usum matrimonii impedit, matrimonium irritum reddere, quamvis eâ cognita contraheretur. Quando autem dubitatur, an perpetua, an potius temporalis sit, coniti debere conjuges ad copulam peragendam non facile desperando. Nam *Caiepan.* refert in *citata q.* quendam post sex annorum conatum filios tandem precreasse. *V. Ioann. de la Cruz. tit. de matrimonio art. 7. dub. 15.*

II. Inter leges saculi *Novella de nupt. c. 6.* primo biennium præscribit ad

explorandam viri impotentiam: deinde adhibitâ correctione triennium constitutum est pro majori certificatione. Atque ita idem utriusque fori iudicium est, post triennii experientiam de frigiditate separari conjuges posse, quia præsumitur impedimentum perpetuum esse. *Diso.* separari posse, nisi simul vivere desiderent, mutuisque obsequiis sibi invicem servire, uti fratres, & sorores, ita tamen ut eodem lecto, osculis & amplexibus abstineant, quia per ejusmodi oblectamenta animi puritas facile obfuscatur. *V. Navarr. Consil. de frigid. & malefic. n. 10. Sanchez. de matrim. l. 7. disp. 94. n. 8. Canis. l. 2. summ. tit. 15. Coniuck disp. 31. de imped. matr. dub. 7. n. 81. & seq.*

**

CV.

DIFFERENTIA 3r.

Jure Canonico lata sententia divortii contra mulierem quasi contumacem, nihilominus ipsius juramento statuitur, quod fraude decepta non venerit in iudicium peremptorie citata, c. Ex litteris, de in integr. rest. At jure civili non reperitur hoc permiffum, arg. l. i. C. Sentent. resc. non posse, & l. Qui licitam, C. Ut lite pendente. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 95.

I. **C**asus in c. Ex litteris hic est: Inter virum A. & mulierem B. causa matrimonii vertebatur, quæ commissa fuit duobus Archipresbyteris, qui cum sententiam divortii tulissent, mulier ad sedem Apostol. appellavit: appellationis causa commissa fuit Abbati Calvensi, & Archiepiscopo Paduano: Abbas, cui vices suas alter commiserat, sententiam ab Archiepresb. latam confirmavit, quia mulier ad terminum peremptorium pro sententia audienda non venerat. Post octo dies à tempore sententiae pater mulieris Abbatem accessit, & cognito, quod sententiam tulisset, juravit, quendam fraudulenter ipsius nomine literas presentasse, continentibus, ut, quia iudex in termino assignato non poterat interesse, post octo dies à termino illo ipsius se conspectui presentaret, & postmodum appellavit, ac simul supplicavit. Quod totum cum summo Pontifici Abbas significasset, *l. iiii. licet de fraude taliter perpe-*

trata non constat ad plenum, tamen ad favorem matrimonii de benignitate Canonica prædictæ mulieris supplicationem admittit, eamque restituit ad audientiam. Unde mandat, ut de causa prioris appellationis cognoscant ordine iudiciario confirmantes, aut infirmantes, ut justum fuerit, sententiam à primis iudicibus latam. Hic *Glossa* notat, favore matrimonii auditur quis tanquam contumax, alias repellere-
retur.

II. Idem si in Iuris Casarei legibus non reperitur, nihil alienum est, sed fini suo convenienter alium processum sequitur, nec indulget reis, quod cum a-

liorum præiudicio
conjunctum
esse vide-
tur.

* * *

DIFFERENTIA 32.

Secundum Canones maritus etiam post quinquennium de adulterio uxoris queri & agere potest ad separationem thori, c. admonere 32. q. 2. At secundum leges post lapsum quinquennii non auditur: l. Miles, §. Adulterii reum. ff. de adulter, Ioann. Bapt. de S. Blasio 164.

I. **I**N l. Miles, §. citatus ita loquitur: Adulterii reum intra quinque annos continuos à die criminis admissi defunctâ quoque muliere postulari posse palam est. Et l. 31. eod. Quinquennium non utile, sed continuum numerandum est. Iterum l. 5. C. eod. Adulter post quinquennium, quàm commissam dicitur adulterium (quod continuum numeratur) accusari non potest: easque præscriptiones legibus reo datas auferri non oportet: est sententia hæc in foro sæculari recepta, & approbata. Causa reddi potest, *primò* vitiosa quædam hominum proclivitas ad innocentiam aliorum maculandam, l. Quamvis 30. C. eod. *Secundò* litium minuenda multitudine, ubi interdum nullus finis. *Tertio*, ut hæc sit quasi poena eorum, qui, cum accusare possent intra quinquennium, neglexerunt. Præsumitur enim non iustitiæ zelo, sed alio non laudabili studio ad litem intendere, nisi velis per ignorantiam excusare

II. Quod Canones attinet, quia in citato c. Admonere, septennii mentio fit,

quo à poenitente adultera exacto dimitti posse dicitur. *Glossa* querit. Nonne præjudicat sibi maritus tacendo per septennium, cum ultra quinquennium non audiatur adulterii accusatio? & respondet illud obtinere, quoad poenam legalem, non verò quoad divortium, l. Tna, de procur. Nunquid ergo in infinitum potest eam accusare? Dicunt quidam, quod non ultra 20. annos, l. Quærela, ad l. Cornel. de fals. Hugo dicit, quod ad millesimum, & quancumque claruerint crimina, Quicunque, dist. 81. c. Qui contempta, dist. 8. c. Ecce 24. q. 3. Eadem confirmat Sanchez. l. 10. de matr. diff. 3. n. 9. nimirum quoad divortium petendam nunquam præscribi ab adultera, sed integrum esse, quancumque tempore transacto innocenti conjugii divortium petere. V. l. l. Clarum §. Adulterium, n. 9. & 20. Tholos. l. 36. c. 6. Ferrnac. in Pract. crim. part. 1. q.

IO. No 20.

* * *

CVII.

DIFFERENTIA 33.

Iure Canonico sententia in causa matrimonii sine scripto ferri potest, c. Albericus 43. de testib. secus iure civili per regulam: l. fin. C. de sententia ex brevic. recitanda. Bartol. 40. Ioann. Bapt. à S. Blasio 88.

Sententiam definitivam scripto concipiendam, & proferendam esse aded certum DD. existimant, ut, si in causis gravioribus non fiat, vicio nullitatis subiacet, l. 2. & 3. C. de sent. ex brevic. recit. Vantius de nullitate ex defectu process. n. 69. Farinac. decis. Rot. 474. Maranta part. 6. iudic. §. de sentent. n. 12. & n. 115. Zerola part. 1. v. Sententia, §. 6. Barb. in c. Quoniam contra, de probat. Inter singulata igitur numerandum, quod hic asseritur, sententiam in causa matrimonii scripto non indigere. Nam in c. cit. Albericus Innoc. III. jubet recipi testes, ut constat de sententia prolata: unde colligimus valere in ecclesiastico iure sententiam, quamvis non sit excepta scripto: quæ quidem resolutio, Barbosa teste est contra communem DD. sententium, quæ retentâ, respondendum est cum Glossa, & DD. communiter in c. Quoniam contra, de probat. textum in præsententi procedere specialiter in causa matrimonii, de qua agit. Vel melius dicendum puto, hunc textum non agere, utrum sententia definitiva scripto, vel

sine illo proferenda sit, sed supposito (ut sunt termini habiles juxta unanimum DD. consensum) quod in scriptis profertur, illius publicatio sit redigenda in acta, & per Notarium publicum ad hunc effectum scribenda, ut ex actis judicialibus publicam fidem faciant. Ita Barb. cujus opinionem si amplectendam ducimus, cum suppositionem, qua citati auctores Bartol. & Ioann. Bapt. à S. Blasio nititur, tollat, inter leges, & Canones nulla differentia, sed utrobique sententia definitiva scripto consignanda erit eo sensu & fine, ut de illa prolata, & publicata ex actis publicis authentica notitia à posteris habeatur. V. Silvestr. v. sententia, n. 4 ubi inter casus, in quibus sine scripto sententia profertur etiam hunc de causa matrimoniali numerat juxta aliquor DD. opinionem.

* * *

Iure civili non potest procedi ad sententiam definitivam lite non contestatâ, nisi in causa appellationis: l. ult. §. illud. C. de temp. app. At Iure Canonico in causa matrimonii permittitur, quando agitur de conjungendo fœdere matrimonii, & in causis electionum, c. 1. & c. Quoniam. Ut lite non contest. Bart. 35.

I. **L**itis contestatio principium ac fundamentum iudicii est, c. Cum de causis, & ibi Decius de off. deleg. c. Cum causam, de appellat. ob idque ommissio illius totum processum vitiat Gloss. in c. Dudum, de elect. Summopere necessaria igitur, ne processus sistatur, & decidi queat controversia. Excipiuntur tamen primò causa summariæ, quæ litis contestatione ommissâ peraguntur. Secundò causæ appellationis, dummodo in prima litis instantia adhibita sit. Censetur enim effectus illius manere, & usque ad Judicem appellationis produci. Decius in c. Per tuas, de appell. Maranta part. 6. §. de litis contest. num. 9.

II. Iure Canonico insuper causæ matrimoniales de conservando matrimonio absque litis contestatione tractantur, cum vero de dissolvendo lis est, contestatio non omittitur, c. 1. Ut lite non cont. Licet ordo judicialis in matrimonialibus causis non usquequaque servetur, quia tamen in præsentî negotio, non

de fœdere matrimonii, sed crimine a^ulterii agitur, lite non contestatâ ad definitivam sententiam non est procedendum. Iterum in c. Quoniam, §. Porro, eod. Cum super alicujus electione vel copula maritali (contrahenda vel contrahenda) quæstio moveretur, & contumax apparet is, in quem actio fuit dirigenda, vel quia peremptoriè citatus venire contemnit, vel quia impedit, ne ad illum possit citatio venire, testes lite non contestatâ merito sunt admittendi, & ad sententiam definitivam procedendum est.

Animadvertis, credo, quàm modica utriusque Juris differentia sit, cum non minus in Civili quàm ecclesiastico exceptiones reperiantur. V. Andr.

Gall. l. 1. observ. 76.

* *

Iure Canonico sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam, imò quodcumque compertâ veritate retrahatur, c. Lator, c. Tenor, c. Confanguinei, de re iudicata. Secus iure civili to. tit. C. de execut. rei iudic. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 189.

I. IN citato c. Lator, Alexander III. Archidiacono N. mandat, ut virum ac mulierem, de quibus ibi agitur, cognito Ecclesiam in permessa separatione deceptam esse, simul permanere cogat. Non obstante, ait Gloss. sententiâ prius latâ, quia contra matrimonium non currit præscriptio, c. Quod Deo 33. q. 5. nec ab ea sententia fuit appellatum, quia sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam, quin revocetur, quodcumque error detectus fuerit, ut hîc patet. Et infra c. Fraternalitatis, de frig. & malef. sic nullo temporis tractu matrimonium confirmatur in gradu prohibito contractum, c. Non debet, de consanguin. & quod dici consuevit, sententia contra matrimonium non transit in rem iudicatam, verum est, ubi bene conjuncti indebitè separantur. Nam, quos Deus conjunxit, homo separare non potest: ideo quodcumque contrarium legitime constitit, sententia retrahitur. Idem fiet, cum aliqui in gradu prohibito sunt conjuncti, vel ali-

quo alio perpetuo impedimento, quia nullum est ibi matrimonium: unde nullus consensus potest matrimonium inducere inter eos. Sed ubi sententia fertur pro matrimonio, nullumque subest impedimentum, si ab ea non fuerit appellatum, transit in rem iudicatam, quia iudicatis acquiescisse videtur. Unde postea non audietur, imò compelletur alter alteri adharere. Ita Gloss.

II. His positis, si quod Ioann. Bapt. de S. Blasio ex Cod. allegat, sententiam definitivam semper transire in rem iudicatam, ne quidem matrimonii causâ exceptâ, verum esset, multum sanè Canones & leges discrepant. Nunc autem in plurimis casibus etiam Iure civili sententiam definitivam non transire in rem iudicatam. Maranta docet in part. 6. iudicior. tit. de sententia, an. 130.

quem legendum
suadeo.

* * *

TITV-

TITVLVS IX.

De possessione, præscriptione & restitutione.

Possessio non uniuersalis generis ubique, ubique commodis & privilegiis non modicis abundat, absque ea non creseit præscriptio. In præscriptione leges, & iudicia variant. Vtraque subinde bonis adeptis excidere faciunt eos, qui cum injuria, vel errore acquirunt. De his igitur simul inquirendum.

CX.

DIFFERENTIA I.

Iure civili, quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti. Inst. de rer. diuis. §. Feræ item bestia, §. Item lapilli, At iure Canonico in locis ab hoste occupatis, vel nemini attributis non licet diuersionem, vel jus parochia constituere absque consensu Papæ, c. Cùm cauam, de prob. Bait. 138.

I. **C**um filiis hominum Deus terram dedisset, nullam dum diuisionem factam quilibet occupavit, quæ vellet tenuerit, donec eam multitudine aucta cupiditas aliena respiceret, unde licet & bella. Mansit tamen commune jus, ut si quid domino cederet, illi, qui primus occupasset, cederet. Quod Dynus in Rubr. R. I. in §. hac inductione declarat: Singulariter constitutum est, ut pilæ occupantibus cedant, eadem ratione, quia in nullius bonis sunt. Item feræ bestia, quia in nullius bonis sunt. Aves quoque propter eandem rationem, l. Quadam, ff. de rer. diuis. & ex his casibus singulariter determinatis fit regula generalis. Quod nullius in bonis est, id naturali ratione occupanti conce-

ditur. Ita Dynus, qui addere poterat de insula, quæ in mari nata occupantis efficitur. Nullius enim esse censetur, occupare autem insulam dicitur, qui ipsam eo modo ingreditur, ut totam occupet. Nec oportet ipsum singulas partes eius, vel glebas circumambulare. Occupantis enim fit insula quoad dominium & proprietatem tantum, secus quoad jurisdictionem. Nam hoc respectu ejus esse censetur, qui maris illius, in quo emerit, quasi dominus est. *Moysing. §. Insula, Inst. hoc tit. & Conanus l. 3. Comment. iur. civil. c. §. n. 6.*

II. Eodem pertinet thesaurus, qui in meo inventus, meo dominio cedit: in alieno autem pro parte, modo fraus absit, l. 1. §. Thesaurus, C. de thesaur. Est enim

niam thesaurus pecuniæ depositio verus, cuius non extat memoria, & dominus ignoratur, l. Nunquam, §. Theaurus, ff. de acquir. rer. domin. Ac proinde cedit inventori, quod non fieret, si sciretur dominus, v. Tholos. l. 20. c. 2. n. 5. Silvest. in aut. Rosa Casu. 19. Navarr. c. 17 n. 172. Soto de iust. l. 5. q. 3. art. 3. Lugo de iust. disp. 6. §. 11.

III. Verum prædicta Regula, Quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti, in bonis spiritualibus non obtinet. Illa enim non sunt occupanda, nisi eo modo, quo Christus & Vicarius ipsius permittunt: quanquam auctoritate Canonis ex justa causa occupantibus aliquando tribuantur, c. Placuit 16. q. 3. c. Cum causam, de probat.

CXI.

DIFFERENTIA 2.

Missus in possessionem in actione reali iure civili statim possidet, l. Si quis emptioni, §. Sed etsi quis, C. de præscr. 30. vel 40. annor. iure Canonico autem non est verus possessor, nisi post lapsum anni, c. 1. de eo, qui mitt. in poss. c. fin. de off. ordin. c. Pastoralis V.

Verum. Bart. 142.

I. VT Jurium dissonantia appareat, inspiciendi fontes sunt. Iustitia. nre Imperator in cit. l. & §. ita loquitur: Si quis non per vim, sed per sententiam Judicis rem obtinuerit (audis immisionem in possessionem) eam tantum occasione, quod abiens prior possessor (actor ergo secundus possessor est) ad litem vocatus minime responderit, licebit ei (intellige reum) ad similitudinem cæterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemque suscipiendæ litis danti, eandem recipere, superque ea cognitionalia subire certamina. Vbi Gotefr. Ob contumaciam malæ fidei possessoris actor missus est in possessionem rei, qui tamen intra an-

num potest rem, de qua litigatur, recuperare.

II. Quod sacros Canones attinet, Alexander III. in c. 1. de eo, qui mittitur in possessionem, &c. definit, illam, qui rei servandæ causâ in possessionem mittitur, non fieri statim possessorem, sed eisdem tantum: sed post lapsum anni primò. Etenim reus annum habet, quo impugnet, & retrahat possessionem, in quo si deses, & incurtus fuerit, jus suum amittit, & qui custos fuerat, verus possessor esse incipit.

* *

Q

CXII. DIF-

Antinomia.

DIFFERENTIA 3.

Iure civili possidet etiam, qui mala fide possidet, postquam prescripsit: l. Sicut in rem, C. de prescr. 30. ann. l. Omnes, eod. Iure Canonico autem mala fides possessionem impedit, & prescriptionem, c. fin. de prescr. c. Ius dictum, de verb. sign. Bart. 133.

L TAm sacri, quam profani Juris mentem in *c. Si diligenti, de prescription. Gloss.* his verbis explicat: Illud generaliter verum est, quod secundum Canones bona fides prescribentis necessaria est, sive de re spirituali, sive de civili, *infr. eod. c. Quoniam, & supra eod. c. Vigilanti, & c. Si virgo 34. q. 2.* Intelligitur autem bona fides, cum aliquis credit tradentem esse dominum, vel habere jus detrahendi, licet erret in facto, *l. Bona fidei, ff. de verb. signif.* Et hæc bona fides semper presumitur, nisi probetur contrarium, cum lex dicat, præsumi ignorantiam, nisi probetur scientia, *l. Verum, ff. de prob.* Quandoque tamen presumitur contrarium propter denunciationis vigorem, *l. Si fundum, C. de rei vendic.* vel quia mercatur aliquis contra leges, *l. Quemadmodum, C. de agric. & cens.* vel si emit à procuratore meo per collusionem, vel quia emit à prodigo, aut luxurioso, cui bonis interdictum est, cum sciter protinus illam consumpturum pecuniam, *l. Qui fundum, § Qui sciens, & l. Si quis, ff. Pro empt.* Quandoque tamen

quis habet conscientiam rei alienæ, & tamen ut caput, ut si decretum Judicis intervenit, *l. Et generaliter, ff. de noxali act. c. Placuit 16. q. 3.*

II. Illud tamen scias, quod non obstat accipienti mala fides tradentis, *l. An pretium, ff. de divers. & tempor. prescript. 10. vel 20. annorum, arg. contr. ff. de prescr. long. temp. Auth. Mala fidei.* Sed illud intelligitur de prescriptionibus 10. aut 20. annor. ubi bona fides in utraque parte requiritur. In 30. aut 0. annorum prescriptione secundum leges non nocet quoniam completo tempore ad præscribendum legibus constituto non datur actio cuiquam contra eum, qui præscripsit, de qua re latius infra in differentia 7. V. Silvest. & alios Summ. in v. Prescriptio & Usucapio, Navarr. c. 17. n. 82. Thelos. l. 40 c. 4. Facin. l. 2. c. 3. Gall. l. 2. obs. 160. Roderic. l. q. 36. art. 3. §.

Nec aliquod præiudicium. Domin. Soto l. 5. de iust.

q. 5. art. 4.

CXIII.

DIFFERENTIA 4.

Possessorium recuperanda possessionis non datur jure civili, nisi adversus dejectorem, & qui vel mandavit, vel ratam habuit dejectionem; l. Cū n̄ à te, ff. de vi, & vi armata, & l. Si vi, eod. At jure Canonico latius patet adversus quemcunque, ad quem res illicitè pervenit, c. Cū dilectus, c. Sæpe, de rest. spol. & c. Redintegranda 3. q. 1. Bart. 3. Joann. Bapt. à S. Blasio 66. Canisius 15.

I. **D**Uæ leges in citato tit. 7. & 15. consonant. In 7. dicitur: Cū à te dejectus sim, si Titius eandem rem possidere cœpit, non possum cum alio, quàm tecum interdicto experiri. In 15. Paulus ait: Si vi me dejeceris, vel vi, aut clam feceris, quam vis sine dolo, & culpa amiseris possessionem, tamen damnandus es, quasi mea inter sit: quia in eo ipso tua culpa præcessit, quod omnino vi dejecisti, aut vi, aut clam fecisti. Ita prædictæ leges de rebus immobilibus tantum, pro mobilibus enim nullum est à Jure Cæsareo remedium constitutum.

II. Quod Jus Canonicum attinet in c. Sæpe, de rest. spoliat. quod est Concilii Lateran. statuitur, ut non obstante Jure civilis rigore si quis scienter rem alienam receperit, cū spoliatori quâsi succedat in vitio (ed quod non multum inter sit quoad periculum animæ, injustè detinere, ac invadere alienum) contra possessorem, & hujusmodi spoliato succurratur. Iterum in c. Redintegranda 3. q. 1.

mandat Iohannes Papa episcopis spoliatis, vel ejectis etiam ante accusationem omnia, quæ vel conditione temporum, captivitate, dolo, vel violentiâ, aut per quascunque causas ablata fuerint, restituenda esse. Ubi amplius Gloss. Cū Canon æquiparet dolum, metum, & violentiâ, videtur, quod conditione ex hoc canone quilibet possidens possit conveniri, arg. c. Quis, de iud. & c. Veniens, de transact. & est expressum in c. Sæpe, de rest. spol. Adde Navarr. qui l. 2. tit. de rest. spol. Consil. 1. n. 3. ait: Licet Cæsareo jure non sit remedium pro restitutione rerum mobilium, est tamen Jure pontificio inventum, ut post alios Ripa: & præterea utroque jure videtur habere remedium officii Judicis, quod habet locum, ubicunque æquitas suadet, ut fiat aliquid, & non est proditum aliud remedium juxta l. Planè, de petit. hered. V. Gaill. l. 2. obs. 76. Andr. Valens. l. 2. tit. 13. §. 1. & 2. Navarr. c. 17. n. 7.

Q 2

CXIV. DIF.

CXIV.

DIFFERENTIA 5.

Iure civili potest quis armis pugnare pro possessione sua, resq; suas tueri etiam praeueniendo hostem: l. 1. C. Vnde vi, l. 1. Quando licet unicuique sine iudicio se vindicare. At iure Canonico non licet clerico armis pugnare, c. Ex multa, de voto; nec res suas armis tueri debet, c. 1. c. Quicumque 23. q. 3. c. Suscepimus, de homic.

Bartol. 122.

I. **L**EX I. citata Diocletiani & Maximiani est: Restè possidenti ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulsare licet. Meliùs est enim occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare, l. 1. Quando licet unicuique. Atque ita communiter Interpretes & DD. censent, etiam permissâ aggressoris cade, & his rationibus persuadent: 1. quia defensio iuris naturalis est, & omni iure permisa, c. Sivero, de sent. excomm. l. Ut vim, ff. de iust. quæ nobis etiam cum brutis communis est, l. 1. §. Cum arietes, ff. Si quadrupes pauperiem fec. 2. quia aggressor non ab alio, sed à seipso occidi videtur. Clem. un. de homic. & per consequens defensor non est in dolo. 3. qui occidens ad sui, suarumque rerum defensionem non committit malefium, cum vim vi repellere liceat: & ubi non est delictum, ibi pœna abesse debet. V. Gall. l. 2. Observ. 110. n. 9. & 10.

II. De clericis, ait Gratianus initio q. 23. quòd nec suâ auctoritate, nec

auctoritate pontificis arma capere valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materiam gladium exerceret, ut magistrum à Iudæorum injuria defenderet, audiuit: *Converte gladium tuum in vaginam.* Omnis enim, qui gladium accipit, gladio peribit. Omnis, dico, præter illum, qui legitimâ potestate utitur. Nam rectè S. Ambros. Arma episcopi lacrymæ sunt, & orationes. In c. Ex multa, de voto, clericatus officium inhabiles ad pugnandum reddere Alexander III. asserit. In c. 1. 23. q. 8. Joannes VIII. terrenæ potestatis esse dicit, facularem militiam exercere, terram defendere, de præliis tractare. Item in c. Quicumque eod. à Concilio Meldensi præcipitur, ne clerici arma sumant, nec armati incedant: secus facientes proprii gradus amissione muissentur, quia non possumus simul Deo, & sæculo militare. Denique in c. Suscepimus de homic. irregularis declaratur, qui nocturnos fures, ne ipse ab illis occideretur, occidit: quia expediebat potius (verba

(verba Alexandri papæ sunt) rerum sustinere jacturam, quam pro conservandis vilius rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere.

III. Hisce magno consensu Theologi accedunt, quos inter *Domin. Soto l. 5. de iust. q. 1. art. 4.* Postquam multis ostendit eam prohibitionem non esse juris divini, sed ecclesiastici tantum, quod in ministris Ecclesiæ munditiam, & decentiam requirit. Tribus enim potissimum ex causis arma clericis interdicitur: *Prima est*, quia consecrantur ad ministerium altaris, ubi jugis sit memoria passionis Christi, qui, cum in ara crucis occideretur, percussus, ut ait Petrus Apost. non repercutiebatur, cujus idcirco imitatione non debent esse percussores. Nam *Eccles. 10.* secundum judicem populi, sic & ministri ejus. *Secunda*, in Evangelio, cujus clerici sunt ministri, nullum capitis supplicium aut mutilationis membri ulli vindicando crimini decretum est. *Tertia ratio* ab honestate sumitur, quæ in modo dictis continetur. Decet namque, imò oportet episcopum sine crimine esse, non vinolentum, & percussorem. Et, quemadmodum vasa, & instrumenta, quorum in altaris ministerio usus est, munda, & sancta esse debent, ita multo magis, qui altari serviunt. Item, ut votum emittant clerici ma-

jores, ne semine polluant se, ita lege prohibentur, ne contaminentur effuso sanguine. *Ita Soto.*

IV. Hæc tamen non obstant justæ ac necessariæ defensionis, quæ non minus clericis, quam laicis ab ipsa natura conceditur. Et fateretur prædictus Auctor clericum non fieri irregularem, qui inculpatae tutelæ servatâ moderatione pro vitæ, & rerum suarum defensione aliquem occidit. Quod verò *c. suscepimus*, attinet, ubi Pontifex adversari videtur huic doctrinæ, ab Interpretibus observatum est, illum, qui ibi damnatur, non servasse moderationem, sed absque necessitate manus furibus intulisse. *V. supra Diff. XIV. Barbosa. in cit. c. Antonin. part. 3. tit. 4. c. 3. §. 1. Sylv. v. Bellum II. §. 7. q. 5. Molin. IV. disp. 16. Dom. Soto l. 5. de iust. c. 1. art. 4. Less. c. 9.*

D. 8. n. 41. & seq. Card.

Lugo disp. 10. sect. 9.

n. 175. &

seq.

* * *

DIFFERENTIA 6.

Secundum Canones longa, & longissima prescriptio non differunt, differunt tamen secundum leges, c. Dudum 31. de decim. c. 1. de prescript. in 6. Auth. Malæ fidei, C. de prescript. longi temp.

Galvan. 66.

I. PRÆSCRIPTIO est exceptio peremptoria ex eo nata, quod tempore legibus definito rem alienam possedisti, vel jure aliquo usus es: vel quod alius tali tempore ab usu alicujus juris cessaveris. Usucapio (quam cum præscriptione malè confundunt aliqui) est ipsa juris, seu domini acquiritio secundum leges definito tempore. Sic dicitur aliquis præscribere domum, agrum, vineam, jus eligendi, præsentandi, &c. *Gloss. in R. l. Reg. 2. Possessor.* Distingunt aliqui Interpret. quod rerum immobilium præscriptio, mobilium usucapio sit, sed in jure non habent fundamentum. Nam usucapionem etiam rerum immobilium esse patet ex *institat. tit. de usucap. & l. un. C. de usucap. transform.* similiter in rebus mobilibus præscriptio versatur. Nam quando illas usucapimus, utimur præscriptione, seu exceptione adversus dominum *v. L. c. 6. D. l. n. 4. Tamer. III. q. 1. D. 4. D. 6* His præmissis ad hanc, & sequentes differentias

II. Glossam aulculca, quæ in *c. cit. Dudum, v. Quem allegavit*: Hic, aut. aperte videtur, quod, qui allegat præscripti-

onem, debet probare titulum, ex quo habuit causam præscribendi, *arg. c. Licet, de probat. & c. Si diligenti, de prescript.* Nam secundum Canones longa, & longissima præscriptio non differunt: sed in longa præscriptione oportet probare titulum secundum leges, *l. Divulcat, C. de prescript. long. temp. l. ult. C. de usucap. pro bar.* Ergo etiam in longissima eundem probare oportet secundum Canones, sed objici potest *c. Quoniam omnia, de prescript.* ubi dicitur, sufficere bonam fidem, & quod usurpari solet. Sufficit allegare titulum, non tamen oportet probare. *Respondeo*, id verum esse, quando, qui opponit, suspectus non est.

Suspicio enim aliquando omnia probandi in suspectum transfert, qui alias minimè teneretur, *v. Barbosa. in c. Dudum, de decim,*

n. 10.

* *

CXVI.

DIFFERENTIA 7.

Iure civili titulus & bona fides in præscriptione annorum 30. vel 40. non requiruntur: l. Sicut in rem, C. de præscr. 30. vel 40. ann. & l. Omnes, eod. *Secus jure Canonico, quoad bonam fidem, c. Si diligenti, hoc tit. & c. fin. eod. Bart. 87. Canif. 17.*

I. *Imp. Theodos. & Honorius in l. cit. Sicut in rem, definiunt ita: Si quis res vel jus aliquod postuletur, vel persona, qualicumque actione aut persecutione pulsatur, agenti 30. annorum præscriptio metuenda est* Vnde *Cuiacius c. 3. de præscript.* Actiones in rem personales, & mixtæ tolluntur 30. annis. In l. *Omnes eod.* Nullum jus privatum, vel publicum in quacunque causa, vel quacunque persona, quod 40. annorum extinctum est, juri silentio, moveatur: sed quicumque super quolibet jure, quod per memoratum tempus inconcussum, & sine ulla reipsâ illata judiciaria contentione possedit, superque sua conditione, quâ per idem tempus absque ulla judiciali sententia simili mentione potius est, ut liber & præsentis saluberrimæ legis plenissimâ munitione securus. Idem confirmat communi Legistarum suffragio *W. Senbecius l. 41. ff. tit. 3. ubi, cum dixisset, præter possessionem usucipienti bonam fidem necessariam esse, addit, sufficere ab initio interveisse bonam fidem, videlicet traditionis tempore, l. penult.*

ff. Pro soluto, quamvis superveniat postea alienæ rei scientia, l. un. C. de usucap. transform.

II. Quod Ius Canonicum attinet, in præscriptione 30. aut 40. annorum regulariter titulus non desideratur, sed cum tam longi temporis possessione bona fides sufficit. *Covarr. in Reg. Possessor. §. 5. n. 2. ex communi DD. sententia apud Navarr. l. 2. Consil. tit. de præscript. Conf. l. n. 4. Dixi, Regulariter, quia tituli probatio requiritur saltem, quando adversus præscribentem præsumptio juris est, v. gr. si unius diocesis episcopus decimas in aliena diocesi sitas præscribere vellet. Hic enim non præsumitur titulus, sed probandus est. Qui verò tituli iusti censeantur.*

Less. ostendit c. 6. dub. 7.

Huic differentie multum affinis est, quæ sequitur, octava, sequæ invicem erudiunt.

CXVII. DIF.

Iure civili ad prescribendum bona fides ab initio tantum requiritur: l. vn. C. de uicup. transform. At iure Canonico bona fides continua necessaria est, c. Quoniam omne, c. Vigilanti, c. Diligenti, c. Venienti, de prescript. Bart. 182. Canil. 17.

I. **D**efectum juris & moris antiqui in prescribendo corrigere volens Justinianus in *l. cit.* constituit, ut prescribenti sufficiat bona fides, quam initio habuit, & possessio continueretur in successore, ac connumeretur etiam tempus antecessoris. Idem *l. 48. ff. de acquir. rer. dominio* reperitur Ubi Gloss. Grottofredi: Ut fructus meos faciam, continua bona fides esse debet; ut auccipiam, sufficit ab initio bonam fidem habuisse. Idem usu receptum apud Saxones esse testatur Wesenbecius *l. 41. ff. tit. 3. n. 11*

II. Contrarium à Concilio Lateran. generalis IV. definitum *c. 41.* legimus: Nulla valet absque bona fide prescriptio tam Canonica, quam civilis, cum sit generaliter omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut, qui prescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ. Et huic juri non autem civili insistendum est, quia de peccato vitando & salvanda anima agitur. Atque ita communiter receptum esse videtur, ut

neque statuto, nec lege aliquâ contractum induci possit. Iason in *l. Non duntaxat. C. de leg. Bart. in l. Omnes populi. n. 22. ff. de iust. & iure. Alexand. Consil. 187. n. 7. Vol. 2.* Nam talia statuta propter conscientiam rei alienæ peccata nutunt, & merito reprobantur. Optimè Greg. Tholos. *l. 40. c. 8. n. 4.* Existimo verissimum esse in foro conscientie semper possessorem, qui novit se aliena tenere, ad restitutionem teneri; neque dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum. *c. Peccatum, de R. I. in 6* Neque ulucupio, quæ bonâ fide introducta est, totum peccandi præsidium impiis esse debet: & quæ ignorantibus peccata non ascribuntur, scientibus & impiis non debent esse excusationi; neque impiis pro puritate tempus præteritum debet, neque lex aut statutum de eo quod ad peccatum inducit. *V. Na.*

7 arr. c. 23. n. 40. Gaill. l. 2.

obf. 18. n. 8. & 9. Soto l. 4.

q. 5. arr. 4. Ioanni. de

la Cruz præcepto

VII. art. 6.

* *

CXVIII.

DIFFERENTIA 9.

Interrupta semel per litis contestationem præscriptione secundum Canones non procedit nova præscriptio, c. fin. de præscr. & c. Possessor malæ fidei, de Reg. lur. in 6. Secus est iure civili, l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Bart. 133. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 175. Can. 18.

I. **I**nterruptio est actus, quo cœpta usucapionis continuatio rumpitur, l. Nemo, C. de acquir. poss. Legistis duplex est, naturalis, & civilis. Bartol. in l. Naturaliter, C. hoc tit. Naturalis dicitur, quæ possessio aliquo naturali facto, & re ipsâ, non fictione interruptitur. Pavorm. in c. illud, de præscr. ut cum possessori res aliqua mobilis auferatur, vel immobilis occupatur. Civilis est ficta interruptio, quæ fit per actum civilem, puta, litis contestationem: quæ tamen olim eam præscriptionem, quæ tantum naturali facto scinditur, non interrompebat, l. ult. ff. Proempt. l. Si post acceptum, ff. de rei vendic. hodie verò in omnibus locum habet. Wesenbec. l. 41. ff. tit. 3. n. 35.

II. **H**ispositis, an per litis contestationem extinguatur inchoata præscriptio, quæritur, & dissentiunt leges. Iuris Canonici sentum in Commentario Regule 2. n. 6. explicavimus, & ostendimus illi, qui præscribere velit, totius temporis lapsu bonam fidem necessariam esse absque ulla interruptione, & contraria notitia; inque eare Ius profanum à sacro

correctam esse juxta communem DD. opinionem. Qui per unius nummi solutionem interrupti dicunt, quo admissio manifestè sequitur factâ litis contestatione, quâ actor rem suam vindicare nititur, cadere spem præscriptoris, & credulitatem ipsius convelli. Nullâ igitur conscientia redintegrare, aut novam inchoare usucapionem permittitur. V. Tholos. l. 40. c. 8. Less. c. 6. n. 49. Tanner. III. D. 1. q. 1. d. 6. Ac proinde, ut dixi, deferenda hinc legum civilium auctoritas est, quibus per litis contestationem non cessat, sed perpetuatur præscriptio usque ad annum 40. V. Cusacium c. 31. de præscr. Neque audiendi sunt, qui Imperatorum leges in hac materia revocari non posse contendunt. Ecclesia enim, quicquid animarum salutis noxium est, reprobare & irritare potest. Azor. I. l. 5. c. 21.

§. Leges insuper. Silv. v.

Præscriptio, §. 1. n.

12. & 9. Lex,

n. 10.

R

CXIX. DIF-

Lex bene à Zenone, C. de quadrienn. præscript. secundum jus civile locum habet etiam in rebus ecclesiasticis, jure Canonico autem minimè, c. Expedi, & c. Videntes 12. q. 1. Battol. 98.

I. Legis citatæ de quadriennii præscriptione tenor est, omnia tam fiscalia, quàm patrimonialia bona (de his enim solis agit) principis esse: aliàs quæ quisque privatus possidet, principis sunt nudo imperio, non dominio. De ea sic Tertull. l. de idololatria: Quid erit Dei, si omnia Cælaris sunt? Etenim debita Fisco bona ideo Principis esse dicuntur, quia jure potestatis, & imperii concessa sunt: eaque vel ex publicatione honorum, in quam rei damnantur, vel ex successione hæreditatis, vel propriæ, vel alienæ, cum hæredum extincta successio est. Res fiscales autem quasi propriæ, & privatæ principis sunt. Tholoj. l. 3. c. 2. In quibusdam locis, Lesio teste c. 14. dub. 6. Fiscus principis occupat illorum bona, qui intestati moriuntur, & nullum hæredem intra decimum gradum relinquunt. Privatorum verò bona nulli principum licet arbitrato suo occupare, vel alienare. Vasquims de contro. Jur. c. 15. Nec audienda Glosa est, in c. Constitutus, de relig. domib. ubi dicit: Solum princeps potest auferre uni, & dare alteri, nisi subintelligas ex rati-

onabilic causa. V. Sotol. 4. de iust. q. 5. art. 4. Barb. in c. Quia tua 12. q. 1.

II. Ad ecclesiam verò non pertinet prædictam legem manifestum est, nihil enim juris in ecclesiastica bona ulli sæcularium principum competit: sed ab illis ipsa possidet, quorum defensionem, & conservationem expectat. c. 13. & seq. 12. q. 2. c. Placuit 16. q. 3. Et Concil. Trid. Sess. 22. c. 11. de reform. bona, census, ac jura, piis locis competentia occupantes anathemate feriunt. Præterea Sess. 25. c. 20. de ref. hortatur reges, & principes mundi, ut optimorum antecessorum velint sequi vestigia, qui res Ecclesiæ suâ inprimis auctoritate ac munificentia auxerunt, necdum ab aliorum injuria vindicaverunt. Ejusmodi principes fuere Constantinus M. de quo in c. Constantinus, dist. 96. Carolus M. de quo in c. Hadrianus, dist.

63 Pipinus, & alii, de quibus Lupoldus Bebenburgius l. de veter. principum Zelo, & fervore, c. 5. & seq.

CXX.

DIFFERENTIA II.

Iure Canonico præscribenti cum bona fide datur exceptio, & actio, ut Andr. notat in Reg. Possessor. Iure civili etiam mala fidei possessori exceptio permittitur, & insuper actio contra furem, aut violentum possessorem: l. Si quis emptionis, §. Sed hæc, C. de præscr. 30. aut 40. annorum, Ioann. Bapt. à S. Blasio 63.

I. IVs Canonicum proprio suo fini insistens, quia animarum salutem conducere existimat, nihil præscribenti negat, quod juri tuendo conservandique necessarium videtur, atque ita actionem & exceptionem permittit illi, qui præscribit, dummodo rei alienæ conscientiam non habeat. Tunc enim nec de actione, nec exceptione cogitandum illi, sed de restitutione, & satisfactione, l. Manifesti, C. de solut. Navarr. c. 17. n. 24. Azor. III. l. 4. c. 20. Soto l. 4. q. 5. art. 4. Menoch. Remed. 16. recuper. pass. Castr. l. 2. de leg. pan. c. 5.

II. Quod Ius civile attinet, illius permissu qui malam fidem ab initio habuit, elapso præscriptionis termino non tantum jus retinendæ rei consequitur, sed etiam vindicandi in certis casibus, puta à fure, ac violento Possessore. Cur hoc? An quia melior est conditio possidentis? Respondet Gotofr. in Glossa: Recte, si bonæ fidei possessor sit: aliàs minime juxta c. Vigilanti, de præscript. ubi Alexand. III. Antiquorum dierum pos-

sessio neminem juvat malæ fidei possessorem.

III. At, magistratus, ajunt, rerum suarum incurios, & ignavos custodes privat, in alios transferendo dominium. Possesse non inficior certis in causis id fieri, cum videlicet rei publica necessitas, vel perfidia domini id exigit: non tamen interveniente peccato illius, qui substituitur, quemadmodum in malæ fidei possessore contingit. Auctoritatem peccandi præstare, & quasi præmio proposito, bonorum videlicet alienorum occupatione, ad injustitiam prolicere nulli concessum est potestati. Nec prodest finem intendi bonum, ut ignavia & incuria castigetur, quando medium illicitum ad id eligitur. Acquiescendum igitur hic, & relictis legibus sanctorum Canonum præscripto morem gerere oportet. Mol.

disp. 66. Tholos. de rep.
l. 7. c. 20. n. 45.
Soto l. 4. q.
4, art. 2.

DIFFERENTIA 126

Iure Canonico non currit prescriptio tempore praelati male alienantis, c. Si Sacerdotes 16. q. 3. At iure civili statim curreret prescriptio post alienationem, Auth. Quas actiones, C. de sacros. eccles. Bartol. 155.

I. **C**asus in *c. Si Sacerdotes*, citato hic est: Praelati quidam, cum viverent, possessiones ecclesiarum injuste alienarunt, tradendo forte nepotibus, & cognatis: unde nata quaestio est, an si 30. annorum spatio bona ista tenuissent nepotes, praescriptione tuti censerentur? Respondet *Synodus Toletana IX.* minimè tutos esse: quia praescriptio non currit in vita Praelati male alienantis, sed illo mortuo, quia contractus non sumpsit initium ab origine aequitatis.

II. Quod civile jus attinet, *Auth. Quas actiones*, aliud non loquitur, quam actiones, quae alias triennali praescriptione excluduntur, si loco religioso competant, 40. annis excludi, *c. Volumus 16. q. 4.* sed post alienationem etiam injuste factam statim currere videtur, si accipiens à Praelato male alienante in bona fide est, existimans ejusmodi alienationem Praelato non esse prohibitam: quemadmodum usu venit ementibus rem furtivam, quando à vero Domino vendi arbitrantur. Verùm de ignorantia juris hoc multi non admittunt, &

contrarium probat *Layman l. 3. Traët. I. c. 8. n. 11.* Medina tamen quamlibet ignorantiam inculpata tam Iuris, quam facti sufficere in foro conscientiae ad praescribendum existimat. Quod de ignorantia juris dubii admitti potest, non verò de ignorantia juris noti, & clari, *l. Iuru 4. ff. de iur. & facti ignor.* Vbi legimus, Iuris ignorantiam in usucapione negatur prodesse: facti verò ignorantiam prodesse constat. Item *l. Error, ff. eod.* Iuris error nec feminis, nec compendiis prodest. His tamen in suo valore, & pretio relictis *Medina* opinio probabilis manet, ut fufius à *Lejano* declaratur *c. 6. D. 5. V.*

Felin. in c. de quarta, de praeser. Azore.

III. l. 1. c.

18. q. 6.

CXXII.

DIFFERENTIA 13.

Omnia iura habentia causam continuam vel discontinuam iure Canonico contra Ecclesiam prescribuntur spatio 40. annorum conformiter, c. de quarta, c. Vigilanti, & c. fin. de prescript. iure civili autem in iuribus non habentibus causam continuam, vel quasi, requiritur tempus, cuius initium non extat memoria, l. 2. ff. de aqua plu. a. c. c. 1. de prescript. in 6. Bartol. 73.

L CASus in c. de quarta, est: Clericus quidam prescripserat quartam decimarum, & oblationum, quae ad episcopum pertinebat, quarebatur, an se tueri contra episcopum posset? Respondit Alexander III. posse se tueri contra episcopum annorum 40. prescriptione, nisi interim ecclesia pastore vacaret, qui ipsius iura exigeret. Addit contra tacitam objectionem, an non 30. annorum sufficiat prescriptio? à Romana ecclesia triennem prescriptionem non admitti, quod observatione dignum est. Hodie enim sola 40. annorum prescriptio contra ecclesiam currit, nullâ distinctione factâ inter monasteria, & ecclesiam, c. ult. 16. q. 3. Sotol. 4. de iust. q. 5. art. 4. Benac. Tom. 2. p. 418. Card. Lugo disp. 7. sect. 6. n. 73. ubi monet privilegio concessum esse ordini S. Bened. ab Eugenio IV. & Iulio II. Congregationi S. Salvatoris, ut eorum res immobiles prescribi non possint contra ipsos, nisi annis

60. Quo privilegio fruuntur etiam, quicumque communicant illorum gratiis. Nomine rerum immobilium hîc, ut alibi, veniunt redditus, census, servitutes, iura, & actiones ad immobilia.

II. Quod leges attinet l. 2. ff. de aqua plu. arcenda, de agrorum servitutibus varia capita continet; atque illud imprimis, agi non posse contra eum, cuius in agro ruptus agger est cum aliorum damno, si ejus facti non extet memoria. Tunc enim longi usus & prescriptionis extat probatio, hinc Bartolus, & Galvanus presentem differentiam hauserunt, quasi generaliter ad prescribendum in iuribus non habentibus causam continuam requiratur tempus, cuius initium memoria destitutum sit.



DIFFERENTIA 14.

Iure civili crimina 20. annis præscribuntur: l. Querela, C. ad l. Cornel. de fals. secùs iure Canonico, c. Licet causam, de probat. Boërius part. 1. decis. 26.

I. Legiscitatz summa est, querelam falsi temporalibus præscriptionibus non excludi, nisi 20. annorum exceptione, sicut cætera quoque fere crimina. Clarior sensus erit, si negativè proferatur hoc modo: Nullum crimen majori tempore ad præscriptionem indiget. Adulterium enim minori tempore, puta, quinquennii spatio præscribitur. Ergo, *inquis*, post vicennium ex falso instrumento agere licet. Nequaquam, Pomponius enim negat extendi ad actionem civilem eo sensu. Et intra tricennium excipi posse de falso civiliter, non tamen criminaliter, *argum. l. 5 ff. de doli mali except.* Communior itaque opinio est, crimina seu actiones criminales 20. annorum spatio præscribi, & eodem modo Judicis officium, cum textus legis *Querela* generaliter loquatur. Ita Angelus in *l. Si vacantis, C. de honor. vacat.* B. *tritol. ab illo allegatus. Imola in l. Divus, ff. de re indicata, & alii* quia omnes exceptiones, quæ opponi possunt contra accusatorem, similiter opponi contra judicem inquirentem possunt. *Alexand. Consil. 64. vol. 1. Marsil. Aretius, Castrens. apud Boërium q. 26. n. 5. & seq.*

II. Hanc legum indulgentiam, quo-

modo sacri Canones approbent, Interpretes docebunt. *Abb. & Felinus in c. Licet causam, de probat. & Aufredus in Decis. Capella Thol. s. q. 188.* putant, in criminibus impediens executionem ordinis, aut beneficii retentionem, etiam post peractam pœnitentiam non currere præscriptionem, quia talium accusatio non clauditur præscriptione legita in aliis verò tolli directam accusationem 20. annorum tempore, eum lex civilis non inveniatur à Canone correctæ. Fallit tamen, quando agitur ad pœnitentiam imponendam, contra quam nec 100. annorum præscriptio valet, quia semper agi potest contra criminofum ad peragendam pœnitentiam, teste *Panorm. in fine c. Tua, de procur.* Hinc bene dicitur contra peccata jure naturali, aut divino prohibita non fieri præscriptionem, ut nimirum puniri non possint. Neque enim Judici potestas tollitur et officio inquirendi & persequendi flagitiosos. *V. Azor. 111. l. 3. c. 30. q. 5. Less. c. 6. D. 11. n. 36.*

* * *

CXXIV.

DIFFERENTIA 15.

Iure Canonico Ecclesia contra præscriptionem non restituitur, c. Auditis, de in integr. restit. At iure civili restituitur intra quadriennium à tempore completæ præscriptionis:

l. fin. C. de sacros. eccl. Bart. 28. Ioann. Bapt.

à S. Blasio 79.

I. Quam certa hæc & solida differentia sit, ex illis, quæ Glossa notavit, colligere licet. In quibus casibus Ecclesia comparatur minori, dubium est. Dicunt aliqui, quod in omnibus Ecclesia comparatur minori, quia potest restitui contra præscriptionem, sicut minor, *l. un. C. si ady. usucap. l. Etiam ei, ff. de minor. l. Minoribus, C. si tutor vel curat. intervenit, l. Minorib. C. de in integr. restit.* Cui etiam ratio suffragatur, nam, ubicunque ecclesia læditur, restitui debet, sed ante præscriptionem non læditur, imò Jure communi agere potest, sed demum finitâ præscriptione læsa dicitur: quia, si jure communi agat, repellitur præscriptione probatâ. Sed à tempore læsionis, id est, tempore præscriptionis finito usque ad quadriennium potest petere restitutionem, secundum *l. fin. C. de temp. rest.* & ita peti potest restitutio contra præscriptionem usque ad quadriennium.

II. Alii dicunt, quod contra præscriptionem non datur restitutio, quia

Canones volunt præjudicare ecclesiis per præscriptionem, *c. Placuit 16. q. 3. & c. Volumus, q. 4.* imò secundum illos, qui dicunt, quod contra præscriptionem datur restitutio, sequeretur, quod nunquam præscriptio curteret contra ecclesiam. Sed huic facile est respondere: quia bene currit contra ecclesiam præscriptio, sed, cum petit restitui, auditur, sicut minori currit, qui tamen restituitur. Non video, quid aliud sit in ecclesia, quam in minore, nisi quia non inveni scriptum in Jure Canonico, quod Ecclesia restituitur contra præscriptionem: sed eadem ratione, quâ minores restituntur favore imperfeetæ ætatis, sic favore ecclesiæ introductum est, ut ecclesia uteretur jure minorum. Verius tamen videtur, quod contra præscriptionem non detur restitutio, ne jura, quæ de præscriptione loquantur, frustra videantur statuta. Potest etiam dici, quod post quadriennium auditur Ecclesia, si probet se illo quadriennio iusta ex causa im-

sa impeditam fuisse, *argum. c. 1. 4. q. 5. c. Ex ratione, de appellat. l. Ait prator, ff. de minorib. l. fin. C. de temp. appell.* Denique ad similitudinem minoris facti majoris Ecclesia restituitur usque ad quadriennium. Ita quidem *Glossa* in utramque partem pendula. Alii vero magis definitè non secundum leges tantum, sed Canones quoque Ecclesiam restitui contra prescriptionem asseverant. *Everhardus in loco à minor. ad eccles. n. 12.* in prescriptione temporali non valere à minoribus argumentum ad Ecclesiam monet. Nam contra minores prescriptio temporalis non currit, currit tamen contra Ecclesiam, & piam causam, licet restituatur, quemadmodum decidit *Imola, Lanfrancus, & alii DD. in Aub. Quas actiones. Succinctè & distinctè Hostiens. in summ. tit. de in integr. restitut. n. 9.* In prescriptionibus etiam restituitur Ecclesia; & sic intelligi potest, *c. Accedens, ut lite non contestata.* Quod admittere omnes putem in casu, quo citra culpam ecclesiarum usurpationes peraguntur. Testis mihi *Rodericus Tom. 3. q. 25. art. 3.* ubi religiosis congregationibus privilegia quædam concessa enumerat; puta, *Joannis XII.* quod etiam in *Compendio privileg. Societatis Jesu* insertum est. Si qua læsio facta sit per quosvis ejuscunque status, quocunque modo, aut

formâ, vel in futurum fiat perfonis, juribus, & rebus, ac bonis dictæ congregationis (Montis Oliveti) ipso jure non tenent, nec est opus restitutionem in integrum, pro ejusmodi læsione impetrare. Ejusdem tenoris est concessio *Eugenii IV.* Congregationi S. Benedicti in regno Portugallie indulta. Si contigerit per aliquem, vel plures actus contra quæcunque decreta, privilegia, & indulta, gratias, & immunitates præfate congregationis concessa, aut ipsorum aliquid à quocunque cujuscunque conditionis, dignitatis, gradus, seu status existat ex negligentia vel ignorantia præsentium, & futurorum, quibus ea conceduntur, aut alia quavis causâ aliter attentari, vel observari ignoranter, vel scienter, nullum tamen per hoc præjudicium decretis, privilegiis, indultis, & gratiis, & immunitatibus præfatis volumus generari, sed illa in tuo robore & vigore permanent. Ita isti PP. quæ ad omnes religiosos pertinent, qui ejusmodi privilegiorum ratione Instituti sui participes sunt,

* *
*

CXXV.

DIFFERENTIA 16.

Iure Canonico Ecclesia in integrum restitui potest etiam in praedictum laici: id est coram iudice ecclesiastico, c. Causa restitutionis, de ini. negr. restitut. Iure civili autem semper ad eundem est iudex illius, de cuius praedictio agitur, etiamsi ecclesia sit, qua restitutionem petit:

l. 2. C. ubi & ap. quem cogn. in integr. restit. agitan. fir. Joann. Bapt. à S. Blasio 186.

I. Primas in negotio restitutionis in integrum favore legum minores obtinent, quibus aetatis, & iudicii defectus suadet opitulandum, c. Constitutum, hoc tit. Exemplo minorum competit Reip. l. 4. C. Ex quib. caus. maiore, & l. 3. C. de iure Reip. similiter Ecclesiae, cum laesa est in contrahendo sive alienando, c. 1. hoc tit. sive extra iudicium, sive in iudicio, sive per Episcopum, aliumve praelatum, sive per procuratorem, vel Syndicum, c. 2. 3. & 7. hoc tit. Nam ecclesia minori comparatur: & ideo instar minoris laesi restituitur in integrum etiam contra aliam ecclesiam d. 1. 3. & c. Suscepit, & l. 6. hoc tit. imò etiam contra sententiam Papae, c. Ex literis, cum seq. hoc tit. sicut & minor contra sententiam principis, l. Minor, ff. de minorib. nec obesse potest illud: Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio suo. Hoc enim non nisi in pari utriusque causa valet, puta, cum uterque laesus de damno avertendo agit. Tunc enim possidentis conditio melior esse censetur, c. In pari, de Reg. iur. in 6.

II. Nunc quaeritur, à quo iudice fieri

Antonomasia.

in integrum restitutio queat? Respondeo fieri posse tam ab ordinario, quam delegato iudice, sive jurisdictionem cum administratione rerum publicarum, sive solam administrationem habeant l. ult. C. ubi & ap. quem cogn. & c. Nec solum restituere possunt in alienis causis, verum etiam adversus propriam sententiam, l. In causa cognitione, §. Nunc videndum est, ff. de minorib. 25. annor. Verum ubi, in quo foro instituenda actio est? Azor. in summ. l. 2. §. 47. docet instituendam in foro ejus, contra quem petitur restitutio, intellige, secundum leges civiles. Secundum Canones vero, cum Ecclesia restitutionem exigit, ad iudicem ecclesiasticum trahit adversarium suum, cujuscunque status sit, c. Causa, de in integr. est 1. quamvis id minus commodum la-

icoforet quia Ecclesiae favor praevalet. Valens. l. 1. tit. 41. §. 1. Barb. in cit. c. Auditis.

S

CXXVI DIF.

Iure Canonico Ecclesia potest petere in integrum restitutionem pro damno, seu læsione enormissima etiam post quadriennium, & sic quancumque.

Glossa in c. 1. de rest. in integr. l. 6. Iure civili autem non reperitur concedi ultra quadriennium: l. fin. C. de temp. in integr. restit. petend. Ioann. Bapt. à S. Blasio 199.

POST quadriennium à tempore finitæ minorennitatis, vel sententiæ, adversus quam petitur restitutio, non dari actionem, manifestum est ex l. fin. citata. Vbi loco utilis anni, qui incipiebat primo die, anni 26. in minoribus pro quibuscunque majoribus constituitur quadriennium, intra quod de restitutione ageret. Sed speciali privilegio indultum ecclesiæ est, ut in valde gravi læsione nullâ temporis ratione habitâ petere restitutionem possit. *Glossam* audi in cit. c. Restitutio, in minoribus durat usque ad annum 29. ætatis ipsorum: sed in ecclesia currit à tempore læsionis. Nam ecclesia semper est censenda minor facta major, & cum subest iusta causa, quæ impedivit petere restitutionem infra quadriennium, potest peti post illud quadriennium. Vnde quadriennium illud non currit durante vitâ illius prælati, qui malè administravit, & causa fuit illius læsionis, sed successor ejus poterit petere restitutionem post mortem sui antecessoris infra quatuor annos. Iterum in v. Ecclesia: Post quadriennium Ecclesia non admittitur ad petendam restitutionem contra senten-

tiam vel contractum, nisi rationabili causa id suadeat, cujusmodi est prima gravis & enormis læsio, secundum viri boni arbitrium. *Abb. in c. 1. de in integrum restit. n. 2. Covarr. l. 1. Variar. c. 3. n. 11. Less. c. 17. n. 66. Secundò*, inculpa ignorantia, aliudvé iustum impedimentum, quo obstante intra præscriptum tempus peti restitutio non potuit. Nam impedito legitime non currit tempus in jure concessum, *arg. c. 1. & 2. col. tis. in 6. ubi dicitur: Si Ecclesia (spatio quadriennii beneficium restitutionis petere negligenter omittat, postea admittenda non est. Ex quo colligimus, si læsio, quæ initio notata non est, postea emergat, quadriennii tempus inchoandum esse, à tempore, quo apparuit læsio. V. supra diff. 12. Less. c. 6. dub. 11. Zerola P. 1. v. Restit. in int. Layman l. 3. Tract. 4. c. 11. n. 4. Barb. in c. Requisivis. de in int. restit.*

* *

CXXVII.

DIFFERENTIA 18.

Iure Canonico, qui spoliatus est possessione ecclesiae, vel beneficii, petit restitutionem, nec obest illi exceptio tituli non legitimi, c. In literis, de rest. spoliat. secus iure civili: l. 2. §. Quaedam, ff. de interd. Ioann. Bapt. à S. Blasio 200.

I. *C*asum *Glossa* format: Aliquis dicit se de possessione Ecclesiae suae violenter eiectionem, unde petit restitui: aduersarius excipit eam non fuisse Canonicè institutum, quid juris? Respondet *Alexand. III.* primò cognoscendum esse de violenta eiectione, quam de canonica institutione: quia etiam praedo de iuris rigore restitui debet, l. Si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. l. Si maritus, C. de donat. inter ux. & vir. l. Si coloni, ff. de agric. & censit. l. Si de vi, ff. de iudic. l. Qui caeru, §. Si de iure, ff. ad l. Iul. de vi publ. c. Conquerente, c. Licet multum, de restit. spoliat. c. Super spoliatione, de plus petit. Unde tritum illud: Spoliatus ante omnia si re in temporalibus, siue in spiritualibus restituendus est. Quae regula apud Socinum 379. ponitur, sed inter exceptiones numerat, si spoliatus agat possessorio nomine Ecclesiae pro recipienda re Ecclesiae, opponi posse de institutione non canonica secundum *Innoc. in c. In literis, de rest. spol.* Quod tamen pro vero non habetur in l. Urbana, ff. de condit. indeb. V. *Andr. Gaill. l. 2. obs. 75.* ubi ad confirmandam praedictam regulam addit, ne quidem exceptio-

nem proprietatis cum probatione in continenti facta prodesse in iudicio possessorio directè, nec locum habere regulam. Dolo facit, qui petit, quod mox restitutus est, text. in l. Dolo facit, ff. de doli mali & met. except. sed ante omnia restitutionem faciendam esse, l. 1. §. 1. ff. de vi, & vi arm. *Gloss. ibi in v. Recuperandam, l. 1. C. Si per vim. Bér. Part. 2. decis. 238. n. 2.* Nam iure, non dolo agit, qui possessionem, à qua per vim eiectionem, recuperare iudicio nititur, & sententia iudicis, quae expectatur, acquiescere paratus est.

II. *Contrarium Ioann. Bapt. à S. Blasio ex l. 2. §. Quaedam, ff. de interd. colligi existimat, quia dicitur ibi, interdictum de locis sacris, & religiosis annexam habere causam proprietatis: appropinquare probandum esse titulum, & obesse tituli non legitimi exceptionem: atque ita cum Socini opinione superius relata convenit.*

* *

DIFFERENTIA 19.

In petenda restitutione in integrum per procuratorem secundum Canonem sufficit mandatum speciale, nec requiritur specialissimum, c. Coram, de rest. in integr. Iure civili autem mandatum specialissimum necessarium est, puta, in tali causa contra talem. Cynus & DD. in l. un. C. Etiam per procur. causam in integr. &c. Ioann. Bapt. à S. Blasio 185.

Glossa in c. cit. Coram, plures casus enumerat, in quibus non sufficit mandatum generale procuratoris simpliciter constituti ad causam puta, primò in causa suspecti tutoris, c. Non solum, de procur. secundò in transactione, l. Mandato, ff. eod. tertio in interdico de liberis exhibendis, l. 3. ff. de lib. exhibend. quartò, cum quis reliquit duos procuratores omnium rerum suarum, alter ab altero non potest exigere sine speciali mandato, l. Qui duos, ff. de procur. Denique in casu nostro de petenda restitutione in integrum per procuratorem: ubi non sufficit mandatum generale, sufficere tamen speciale, nec requiri specialissimum, c. cit. Coram, textus docet. Nam Honorius Papa, cum legatos Archiepiscopi Braccatenensis primò rejecisset, quia non præstiterant iusta, tandem admisit illos ad beneficium restitutionis, pro qua mandatum speciale attulerant. Quod verò Ioann.

Bapt. à S. Blasio addit, Iure civili mandatum specialissimum requiritur, nonnullis quidem traditur, sed Bartolus speciale putat sufficere in l. P. l. iusam, ff. de donat. Et ne hoc quidem, sed generaliter constitui possit Baldus censet, uti à Gotofredo adducitur in cit. l. un. Etiam per procuratorem causam, &c. An hoc perpetuum, ait (ut procurator mandatum speciale habeat) negat Baldus præ se cogi, posse dominum ut ita constituat: Constituo te procuratorem ad petendam restitutionem in integrum in tali causa contra talem. Putat igitur sufficere, si generaliter ad petendam in integrum restitutionem datus sit V. W. amferum l. i. pr. Etiam, observat, cit. 25. obs. 3. ubi à procuratore non habente mandatum speciale, saltem incidenter, restitutionem in integrum peti posse concedit.

CXXIX.

DIFFERENTIA 10.

Postliminio reversis iure civili datur rescissoria intra quadriennium, Inst. de act. on. §. Rursum, l. fin. C. de integ. restit. secundum Canones vero non datur, quia eo tempore non currit praescriptio, c. Prima actio-
ne 16. q. 3. Bartol. 21.

I. Postliminium auctore Paulo l. C. est jus amissae rei recuperandae ab extraneo, & in pristinum statum restituenda, inter nos, & liberos populos constitutum, l. Postliminium, ff. de captiv. & postlim. reversis, dictum a limine & post. Unde cum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea rediit, postliminio revertum dicimus. Nam limina sicut in domo finem quandam faciunt, sic & Imperii finem esse limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam, & terminus, & inde postliminium, quia ad idem limen, quod amiserat, revertebatur. De illis ergo, qui sic ex captivitate domum redierunt, & bonis suis interim privati sunt, remedium constitutum est in §. Rursum citato, pro cuius intellectu hunc casum ponamus.

II. Titius a Cajo rem meam mobilem bona fide emit, adeoque contra meabilem triennio possidet, & praescribit. Amisso igitur rei meae dominio postreditum non possum vindicare mihi. Imploro propterea iudicis officium, ut rescissam usucapione restituatur in integrum; restitutus experior actione re-

scissoria contra Titium praesentem, quam peto & vendico rem meam, a Titio usurpatam, ac si usu capta non esset. Idem fiet in re immobili, si praedicto modo usurpata fuerit. Nynsing. l. 4. Inst. §. Rursum, de act. Quod Canones attinet, in c. Prima act. postliminio reversis omnia reddi jubentur, addita causa, quia non est obijcienda praescriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis. Adde, quod non valenti agere non currit praescriptio, l. 1. §. Ne autem, C. de annali praescript. qua ex Ital. & contract. toll. l. 1. ff. de divers. & tempor. praescript. Andr. G. ult. l. 1. obs. 140. n. 6. & l. 2. observ. 3. Schneidewin. in §. cit. Rursum.

Praedicti remedii necessitatem c. cit. Prima actio, tollit, ubi ex Concl. Hispanensi, cui interfuit, Isidorus tradit, spoliatis belli tempore non obesse praescriptionis titulum, quia, ubi hostilitatis metus est, nemo praescribit.

V. Gloss. Less. c. 6. D. 16. v.

49. Bayh. in c. Ex transmissa, de praescript.

* * *

S 3

TITV-

TITVLVS X.

De Iudiciis.

Iudiciorum dignitati par necessitas est, ab illis reip. salus, bonorum conservatio, malorum vindicta pendet. Enimvero iudicare munus publicum est, *l. Quippe iudicare, ff. de iudic. l. Filiumfamil. ff. de iis, qui sunt sui vel alieni juris.* Et vim habet cogentem, *l. Aequissimum, ff. de usufr. l. Qui restituere, ff. de rei vindicat.* Materia & finis in sacro, & profano iure quia multum dissimilis, Canonēs à legibus dissentire in multis cogit, ut ex dicendis patebit,

CXXX.

DIFFERENTIA I.

Iure civili ea, quae desiderant causam cognitionem, & decreti positionem, & expediuntur Iudicis officio, non delegantur, l. Nec quicquam, §. Vbi decretum, ff. de off. proconsul. At iure Canonico secus, c. Ad hæc, de off. Archid. c. Episcopum 19. q. 1. Bartol. 171.

I. *S*UMMA *cit. l. Nec quicquam, hæc* est: Vbi decretum necessarium est, per libellum id expedire proconsul non poterit. Omnia enim, quæcunque causam cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. Per decretum Glossa intelligit sententiam definitivam, per libellum scripturam, quæ absentibus missa indicatet Proconsulis iudicium. Presentes igitur audire proconsul debet, & causam decidere. *Bartol.* per libellum videtur intelligere scripturam, quæ proconsul causam cognitionem alteri delegaret.

II. Quod Jus Canonicum attinet,

Innoc. in c. Constitutus, de resig. domib. facti objectione secundum l. cit. Nec quicquam, &c. ea, quæ decretum requirunt, delegari non posse, respondet eam regulam in spiritualibus non habere locum, & episcopum tam archidiacono, quam alii committere posse examen ordinandorum, & visitationem clericorum, c. Ad hæc, & c. Episcopum, quod est Concil. Trulani IV. jubetque episcopum valeridine impeditum, vel aliis curis implicatum mittere presbyteros, vel diaconos, qui reditus basilicarum, & ministrorum vitam inquirant.

V. Gloss.

CXXXI. DI.

CXXXI.

DIFFERENTIA 2.

Secundum Canones simul de possessorio & petitorio Iudex cognoscit, & pronuntiat, c. 2. de caus. poss. & propr. Iure civili autem prius de possessorio, quam de proprietate agendum est: l. Ordinarii, C. de rei vendic. l. Incerti, C. de interd., Ioann. Bapt. à S. Blasio 144. Galvanus 15.

I. Celestini III. in c. cit. decretum est, iudices deputatos, ut de possessione, & proprietate cognoscant, de utraque commixtim audire allegationes, pariter, & admittere testes posse: deinde prius audire attestaciones de possessione, & secundum tenorem illarum de possessione pronuntiare. Vnde liquet, iudicibus liberum relinqui, vel simul, vel divisim cognoscere, & decidere causam possessionis, ac proprietatis. Verum simul de possessorio & petitorio agi non posse multis rationibus Bartol. evincere apud Fachinam conatur. Primaria est: Actiones invicem contrariæ non possunt simul cumulari, l. 1. c. de furr. sed actiones istæ sunt contrariæ rei vindicatio, & interdictum *uti possidetis*. Nam illa præsupponit adversarium possidere, hoc autem ab actore rem possideri. Respondet Fachin. inter dictas actiones nullam esse repugnantiam nam, qui agit rei vindicatione, non præsupponit necessariò adversarium possidere: quia sufficit, ut rem

detineat quoquo modo, l. Officium in fine, ff. de rei vendic. Ac proinde nihil vetat, actorem ipsum rem possidere, nimirum civiliter, & adversarium detinere corpore, ut dicitur in l. Clam possidere, §. Qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. eum retinere possessionem, qui ad nundinas abiit, quæ tamen ab alio fuerat occupata. Etenim duo in solidum possidere possunt, unus civiliter, alter naturaliter eandem rem ex Cassii, Sabini, & Vlpiani sententia, l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. poss. l. 3. ff. Vti possidetis, l. Et habet 12. ff. de precario. Et secundum hanc distinctionem, is, qui rem civiliter legum adminiculo possidet, contra eum, qui contra leges injustè detinet, iudicio experitur repetendo, quod suum est. Et hanc resolutionem dubiæ quæstionis de simultate utriusque iudicii circa possessionem & proprietatem Hotomanus in c. 29. illustr. qq. ita probat, ut solidam pro vera & sufficiente agnoscat.

II. His repugnare leges videntur: Primò quidem citata lex Ordinarii, c. de rei ven-

rei vendicat. Mancipiorum ortâ quæsti-
one prius exhibitis mancipiis, de pos-
sessione agatur. Vbi Gloss. Gortofredi:
Possessorium præfertur petitorio. De-
ind. l. 3. C. de interd. Incerti juris non
est, ortâ proprietatis & possessionis
lite, prius possessionis decidi oportere
quæstionem competentibus actionibus,
ut ex hoc ordine facto de domini disce-
patione probationes ab eo, qui de pos-
sessione victus est, exigantur. Idem
repetitur in §. 4. Instit. eod. l. 3. C. fin.
regund. l. 37. ff. de iudic. l. 37. ff. de acquir
poss. l. 1. §. 3. ff. Vti possidetis, l. 2. feud.
4. 20. & 82. unde tritum illud: Finis pos-
sessorii est principium petitorii. Bald. in l. 1.
n. 2. C. Vti possidetis. Et cognitio unius
adfert aptiorem intelligentiam alterius.
Gloss. in c. 1. de caus. poss. & propr. Felinus
ibid. n. 8. alexand. lasen & alii in l. Nulli,
C. de iudic. Tholos. l. 21. c. 9. n. 10. ubi
explicato retinenda possessionis inter-
dicto, subdit. Nisi ante exploratum
fuerit, utrius possessio sit, non potest
petitoria actio institui, l. Inter litigantes
62. de iudic. l. 1. §. 5. ff. Vti possidetis. O-
portet enim alterum possidere, alterum
petere, & supponi ex parte actoris do-
minium, ex parte rei possessionem, l.
un. C. de alien. iud. mut. cau. facta, sive
de civili, sive de naturali, sive de iusta,
aut de iniusta queratur possessione. l.
2. 3. & fin. ff. Vti possidetis. Ac proinde hoc
interdictum, quamdiu eius iudicium
pendet, ex duplicibus est, & qui-
libet contententium se dicit possi-
dere, & uterque actoris, & rei

personam sustinet, l.
possidetis, l. 2. §. 1. ff. ut iura.
Neque tamen ideo existimandum
est unam, & eandem possessionem
apud duos esse posse. Nam duo
non possunt eandem rem posside-
re: verum unus naturaliter deti-
nens, se dicere potest possidere,
alter civiliter, & ex diversis causis.
l. 3. §. Ex contrario, ff. de acqu. poss.
l. naturaliter, eod.

III. Secundum hanc doctrinam
Fichinam l. 8. c. 6. controversiam
decidit ita, ut inter Canones &
leges nulla sit contradictio. Nam
quod leges dicunt prius de pos-
sessione, quam proprietate iudi-
candum esse, non universè, verum
esse sed solummodo cum uterque
litigantium contendit se possidere.
Cui opinio favet, Vlpianus in l. 1.
ff. Vti possidetis. Nec inter DD.
ambiguum est, actiones dissimiles
eodem libello cumulari posse.

Decius Const. 212. n. 4. Innocent.
in c. Constitutus, n. 2. de in
integr. restit. Panorm.
ibid. n. 9. Gaill. l.

1. Obs. 63.

n. 3.

* * *

DIFFERENTIA 3.

Secundum Canones in notoriis extra ordinem, seu iuris ordine non servato proceditur, c. Vestra, de cohab. cler. & mul. c. Cum sit Romana, de appell. c. Ad nostram, de iurejur. Secundum leges non ita:

1. Prolatum, C. de sent. & interloc. om. Iud. l. Absentem, C. de accus. Ioann. Bapt. à S. Blas.

166. Decianus l. 2. c. 21. n. 8.

I. Ordine iuris non servato, & summarie procedere idem significant, & contingit, quando omnes à iure præscriptæ solennitates omittuntur, præter citationem, & necessarias probationes, quæ iuris naturalis sunt. Quem modum Clement. dispensationem, de iudic. servari iubet in causis electionum, postulationum, & quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, decimarum, matrimonii, & usurarum V. Tholos. l. 47. Syn. c. 6. n. 7. & 8. Item l. 48. c. 1. Hodie, si Maranta credimus, Part. 4. de ord. iudic. §. 9. n. 1. non tantum in prædictis, sed in aliis omnibus causis processus summarie adhibetur. An ubique locorum? Merito dubites. Apud Piascium Clementis VIII. Constitutio reperitur, quæ in omnibus terris Sedi Apostolicæ temporaliter subiectis non nisi summarie causas agi, & decidi imperat: eumque stylum omnes alie ecclesiæ servare posse, imò teneri existimat, Part. 2. c. 4. §. de ord. iudicior. sed usus tribunalium & consuetudo repugnat.

II. Ius civile quod attinet, omnino

servandum in iudicii ordine, & certas solennitates præscribit, aliterque latam sententiam non agnoscit, sed pro irrita habet. Prolatam à præside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem auctoritatem rei iudicatæ non habere certum est, l. Prolatum, C. de sent. Iud. V. Tholosan. l. 48. Syn. c. 1. ubi, in quo iudiciorum ordo consistat, explicatur. Nihilominus tamen in notoriis criminibus omnis solennitas iuris negligitur, & Iudex factum notorium attendere potest, etiam si à parte non sit allegatum & probatum. Aretin. Consil. 163. n. 6. ex c. Quanto, de translat. episc. op. Clarus §. fin. q. 9. n. 5. ubi proposita questione, utrum in notoriis requiratur probatio delicti? & respondet non requiri ex communi DD. sententia, & consuetudine inductum, ut in malefactis evidentibus rei suspendantur, mutilentur, & decapitentur.

V. Less. c. 29. D. 6. Lay-

man l. 3. rr. 6. c.

2. Tanner. D.

4. q. 4.

d. 4.

Anomia.

T

CXXXIII. DIF-

Cum Clericus & laicus communem causam habent, iudex secularis iure civili permittente cognoscere potest: l. Omnes, qui ubique cum authentica subiuncta, C. de episc. & cler. Quod iure Canonico minime permittitur, c. At si clerici, de iud. & to. tit. de foro compet, Decianus l. 2. c. 22.

Non de presenti, sed præterito Ecclesie statum vera est præsens differentia. Constat enim ex l. cit. Omnes, & aliis, olim clericos, & monachos coram prætore, & provincialium rectoribus conventos esse, factò saltem, seu usurpatione, ut multis videtur apud Barb. in c. Si Imperator, dist. 96. Quem morem postea Imperator Iustinianus correxit Novella 79. 81. & 123. prælati Ecclesie clericorum causas remittendo: sed quoad civiles tantum, ut Bellarm. notat l. 1. de clericis, c. 28. Tandem omnimoda libertas, & exemptio obtenta est, omni potestate judiciali sæculari magistratui adempta, ut ex 10. tit. de foro comp. manifestum est. Nec dubium, quin ab initio Ecclesie necessarium, & conveniens visum omnibus sit; Sacerdotes, & Ecclesie ministros fori immunitate gaudere. Extat Alexandri I. qui anno Chr. 109. sedit, epistola ad omnes orthodoxos, quæ ita observatum esse à tempore Apostolorum tradit. Idem Caius Papa in ep. ad Felicem episcopum anno 283. & Marcellinus ep. 2. ad universos episcopos orienta-

les Anno 196. Silvester in Concilio Rom. Canonice 4. anno 314. Gelasius apud Gratianum in c. Christiani, & c. Silvester II. & I. Bonifac. V. in ep. ad episcopos Gallia in c. Nullus, quod videtur sumptum ex Auth. Nullus, C. de episc. & cleric. Idem Gregor. docet epist. 32. ad Romanum defensorem Sicilia: & idem repetit ep. 74. ad Bonifac. defensorem Corsica, ubi signatur: Si quis contra aliquem clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat, & c. denique hoc ita certum modò existimatur, ut soli hæretici, & schismatici reclamant. Quod si in actione reali apud laicum iudicem clerici conveniuntur hodie, id privilegio aliquo indultum, vel consuetudine inventum est, nec ad alia loca, aut regna extendere oportet, quemadmodum post alios observat Covarr.

l. pract. q. c. 31. & Farinac. in pract. crim. q. 8. q. 8. n. 21.

DIFFERENTIA 5.

Secundum leges iudex secularis de heresi cognoscere potest: I. Quicumque,
C. de heret. iure Canonico autem solus episcopus vel inquisitor,
c. Vt inquisitionis, de heret. in 6.

I. **A**B Imperatoribus olim adversus hereticos ac desertores fidei leges scriptas, iudicia & supplicia decreta esse ex Codice & Novellis notius est, quam ut in dubium vocari à quoquam, aut pluribus explicari debeat: idque summorum Pontificum nutu, & rogatu, quorum ea tempestate nondum confirmata vires contra Dei, & fidei hostes erant. Sibi autem cognitionem de rebus controversis, ac doctrina salutifera semper Ecclesiam vindicavit, serio, & districtè prohibens cunctis potestatibus, dominis, ac rectoribus temporalibus, eorumque officialibus, ne de crimine heresis ullo modo cognoscant, aut judicent, c. Vt inquisitionis, de heret. in 6. Nam heresis crimen merè ecclesiasticum est, adeoque ab omni seculari foro ac iudicio remotum; nec committi à summo Pontifice alicui laico iudici potest, nisi delegat à simul jurisdictione spirituali, cuius nemo profanus capax est. *Suarius in defens. fidei contra Angl. Regem l. 4. c. 2. n. II. Barb. in c. Bene quidem, dist. 96.*

II. Ordinarius igitur iudex, eorum, qui alienam ab orthodoxa fide, opinionem, aut religionem profitentur, episcopus quilibet in sua diocesi est; dele-

gatus verò inquisitor, ita ut hoc præfente non impediatur, aut prohibeatur formare processum episcopus. Neuter enim potestatem habet privativè, sed vel separatim, vel conjunctim exercere jurisdictionem suam possunt, c. Per hoc, de heret. in 6. Si tamen separatim alter illorum agat, alteri communicare acta, & uterque concipere sententiam debet. Si contingat eos dissentire, causam cum sufficienti instructione ad sedem Apostolicam remittere jubentur. Ita Director. Inquisitor. Part. 3. c. de form. ex test. Castro adv. heres. l. 1. c. 23. Simanca de Cathol. instit. tit. 25. c. 4. n. 39. Bonac. Tom. 3. de inquisitor. q. 2. punct. 13. Piasec. in Praxi episc. Part. 2. c. 4. n. 39. Zerola Part. 1. v. Heretici, & Part. 2. eod. Mosson. de Maieft. eccles. l. 1. c. 11. Franc. Leo in thes. eccles. Part. 3. c. 37. Bellarm. l. 1. de Pontif. c. 1. Silvest. v. Inquisitio. Denig. Barb. in c. Per hoc, de heret. in 6. ubi

notat, Inquisitores hodie propter amplitudinem potestatis Ordinarios vocari posse.

* *
*

DIFFERENTIA 6.

Inquisitio jure civili est remedium extraordinarium. Baldus in l. 2. & l. Si maritus. ff. de adult. Jure Canonico autem est ordinarium. Abb. in Rubr. de judic. Decianus l. 2.

C. 21. n. 12.

Quia Jus civile accusatione potius, quam indagatione, seu inquisitione utitur, apud DD. communi fere sensu receptum est, accusationem in judiciis civilibus remedium ordinarium esse, extraordinarium verò inquisitionem. Eamque ob causam profanus judex non potest regulariter inquirere, nisi in certis ac determinatis casibus, teste *Glossa in l. Ex lege tul. §. Si publico. ff. ad l. Tul. de adult.* E contra judici ecclesiastico permittitur in omnibus criminibus indifferenter ex officio inquirere, quia ad bonum Ecclesie regimen, ad extirpationem vitiorum, errorumque, ad animarum denique salutem utile ac necessarium videtur, c. *Si quis episcopus l. 9. 3. & Barbof. ibid.* Nec opus est famam procedere, quando ecclesie visitandæ, aut personæ ad ministerium ecclesiasticum idoneæ eligendæ sunt: ut neque cum mandato principis delegatus inquit præhabitâ criminis patratâ notitiâ per famam, aut denunciationem: qui modus hoc tempore non tantum ab ecclesiasticis, sed etiam sæcularibus judiciis observatur. Judex, *sic Tholosanus*, ex officio inquit, vel

proprio motu, vel monitus à famâ & rumore: proprio motu, quia ad officium illius pertinet provinciam maleficis hominibus purgari, l. *Congruit, ff. de offi. pref. Sic Imoc. III. in c. 1. §. Sanè, de cens. in 6. officium Archiepiscopi esse tradit, visitando inquirere de ministrorum, & rerum ecclesiasticarum actis, errantibus circa officia divina, & referre puniendâ ad proprios judices ordinarios, vel eadem, si manifesta, sine, nec episcopus animadvertat, castigare. Cessat igitur questio hodie, ordinatum an extraordinarium medium sit inquisitio quandoquidem communis sensus, & usus habet, investiganda esse, & in læclem protrahenda flagitia, l. 1. §. *Quæ questionem, ff. de question. Imoc. ad c. Bona, de elect. Navarr. l. 5. Consil. 4. & in Rubr. de iud. Zerola v. Inquisitio. Azor. III. l. 13. c. 18. Lugo disp. 37. sect. 6.**

**

CXXXVI. DII.

CXXXVI.

DIFFERENTIA 7.

Secundum leges secularis iudex de quaestione spirituali incidenter cognoscere potest: l. Quoties, C. de iudiciis, l. Adite praesidem, C. de ord. iudic. Secundum Canones vero, nec directe, nec incidenter de respirituali secularis iudex cognoscere potest, c. Tuam, de ord. cogn. c. Causam, c. Lator. Qui fil. sint leg. Ioann. Bapt. à S. Blas. 68. Galvan. 75. Canif. 14.

I. Legis, Quoties cit. tenor est: Quoties quaestio status honorum disceptationi concurret, nihil prohibet, quod minus apud eum quoque, qui alioqui super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. Vbi Gottfredus: Qui de re aliqua principaliter non potest cognoscere, si ea incidenter moveatur, de ea cognoscat. Item iudex principalis quaestionis, iudex est causae emergentis, seu incidentis. Eadem legu, Adite, sententia est, quam citati DD. ad causas spirituales quoque pertinere existimant, cum absque noxa excipere liceat.

II. Glossa quoque in c. Principes 23. q. 5. laicæ potestati nonnulla tribuit, quæ correctione vel minimum commodâ interpretatione indigeant, de quo alibi fortè apertius, ne extra oleâ. Ad præsentem quaestionem melius respondet in c. Tuam, cit. v. Patienter expectes. Sic patet, quod iudex civilis etiam incidenter, & per reconventionem de causa spirituali non potest cognoscere, c. Causam, c. Lator. Qui filii sint legit. Objicit mox sibi ipse in c. Lator, v. Non dimittat. Videtur

posse iudex secularis de quaestione natiuitatis cognoscere, l. Quoties, C. de iudic. & l. Adite, C. de ord. iudic. Respondet dicendum, cum ista sit causa meî spiritualis, principaliter pertinere ad ecclesiam. Unde secularis iudex, nec incidenter, nec alio modo potest de ea cognoscere: nec de annexo spirituali, c. Quanto, de iudic. ubi causa patronatus, quia annexa spirituali est, non nisi per iudicem ecclesiasticum tractanda præcipitur.

III. His non obstantibus DD. quorundam probabilis opinio est, in quaestione facti, puta, an Petrus sit spurius, an matrimonium contractum inter Cajum, & Sejam, an Sempronius usuram commiserit, laicum iudicem cognoscere posse, modò, quod spirituale est, non attingat. V. que diximus in summa Iur. Can. part. 3. tit. 1. §. 2. & Farinac. l. 2. Consil. 190. quanquam Zypaus l. 1. de iurid. eccles. c. 5. circ. fin. in rigore contrarium esse tenendum pronunciat.

T 5

CXXXVII. DD.

DIFFERENTIA 3.

Et iudicis ecclesiastici in causis spiritualibus negligentiam suppleat laicus iudex, legibus permittitur. Auth. Ut clerici apud proprios iudices. Sed minimè id Canones tolerant, c. Qualiter & quando, de iudic. Panorm. ibid. Covarr. l. practicar.

qq. c. 35.

I. **A**quam esse legum civilium de supplenda à laicis ecclesiasticorum Judicium negligentia cum Covarr. loc. cit. & Navarro in c. Clem. contingat, de rescript. Remed. l. aliisque apud Barbof. citatis in c. Regum officium 23. q. 5. probari posse videtur primo ex S. Hieron. relato in c. pradi. Vbi regibus competere asserit, facere iudicium & iustitiam, liberare de manu calumniarum vi oppressos, peregrinos, pupillis, & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Secundo in c. Principes 23. q. 5. potestas regibus tribuitur, ut superbiorum cervices comprimant, & quod fieri non potest per iudices ecclesiasticos, ab ipsis juxta disciplinam Reip. utilem executioni mandetur. Tertio Ioannes VIII. in c. Administratores, l. cit. mandat secularium dignitatum præfectos pupillorum, ac viduarum querimonias attentius audire, & secundum quod necessitas expedierit, absque negligentia examinare, & diligenti studio corrigere. Quarto, in Auth. cit. Ut clerici apud proprios iudices, &c. rela. in c. 45.

ff. l. q. 2. ita decernitur. Si noluerit, vel non potuerit episcopus litem dirimere, tunc ad Iudicem civilem disceptatio causa deferatur. Denique non apparet ratio, cur Iudicis laici negligentiam suppleat Iudex ecclesiasticus, ecclesiastici vero laicus supplet non possit. Illud autem permittitur in c. Licet, c. Ex tenore, & c. Ex transmissa, de foro comp. ubi Barbof. cum alii DD. Ita illi, quorum assertio, si quid probabiliter haberet, antiquis temporibus deberet, quibus multa permissa sunt in rebus necessitatis, que hodie non tolerantur.

II. Dicendum igitur, Iudici laico nequaquam concedi, ut in quacunque Iudicium ecclesiasticorum negligentiam ius dicendi de rebus, aut personis laicis sibi vendicent. Ita Abb. & alii innumerati apud Barbof. in c. Ecclesia S. Mariae, de consuet. Sufficiat Innocentii III. in c. Qualiter & quando, de iudic. definit. Ne pro defectu iustitiæ clerici trahantur à laicis ad iudicium seculari, omnino prohibemus.

CXXXVII. DIF.

DIFFERENTIA 9.

In iure civili nemo accusare tenetur: l. un. C. Ut nemo inuitus. Canones verò cogunt clericos ad denunciandum sacerdotum scelera, c. Quapropter 2. q. 7. c. Quisquis i. q. 1. c. Causam, qui fil. sint legit, Decianus l. 2. c. 21. n. 7.

I. **A**ccusare est aliquem reum criminis per libellum deferre ad vindictam & pœnam, vel est maleficii alicujus apud iudicem delatio ad vindictam publicam solenniter facta, l. Cum rationibus, l. Non ignorat, l. Si quis, C. de his, qui accus. non poss. Non omnibus permitti notum est, l. Qui accusare, ff. hoc tit. Wesenbecius ibid. An verò aliquibus imperetur, vel an teneatur quis accusare, à Theologis simul, & legis ambigitur?

II. Angel. in v. Accusatio ex c. Quapropter 2. q. 7. & l. un. C. ut nemo, absolute respondet, neminem teneri, nisi in homicidio, secund. Bartol. in l. In eum, ff. de accus. quoniam hæredes tenentur accusare, arg. l. Prator, §. 1. ff. de iniur. alias perderent hereditatem. Sed contrarium videtur tenere Glossa in l. Si quis homicidii, C. de accus. & ibi Cynus, Baldus aliiq. nonnulli: & qui in contrarium allegantur, non de accusatione, sed de denunciatione loqui videntur.

III. Melior & verior est Theologorum sententia, quòd teneatur quis accusare reum sibi notum, quando in spirituale vel corporale proximi damnum vergit illius crimen, dummodo sufficienter

probare queat, ne accusando alios sibi oblat. Ita S. Thom. 2. 2. q. 68. art. 1. cui tam certa fuit ista conclusio, ut nullam probatione confirmare voluerit, teste Silv. in v. Accusatio, nisi SS. auctoritate Levit. 5. quam arguendo in contrarium adducit. Ratio autem facillè lumitur ex obligatione communi omnibus, qui in communitate vivunt, quâ unusquisque obstringitur ad suam suorumque confortium incolumitatem servandam, quod impiorum hominum scelera dissimulando non fiet. Si tamen hoc alio modo purè, per denunciationem, aut querelam obtineri possit, accusatione propriè dictâ opus non erit; dicemusque teateri ad accusandum, vel denunciandum eos, qui alieni criminis noticiam habent. Atque hoc modo legum, & Canonum tollitur differentia. Nam Jure civili accusare nemo inuitus tenetur: & secundum Canones alio modo communi bono consulti potest, & pari modo accusandi necessitas tollitur. V.

Soto l. 5. de iust. q. 5.

art. 1. Secrum in

Clavi l. 12. c.

14. n. 1.

* *

DIFFERENTIA 10.

Iure civili quoties ex eodem delicto plures actiones concurrunt, una erit eligenda: l. Senatus, ff. de accus. l. Qui seruum alienum, ff. de oblig. & act. l. Nemo, §. Quoties, ff. de Reg. Jur. Secus iure Canonico, c. 2. & ult. de eo, qui in ux. dux. & c. Decianus l. 2, c. 21. n. 11.

I. *In l. citata, Senatus, dicitur, Senatum censuisse, ne quis ob idem crimen diversis legibus reus fieret. In l. Qui seruum, rationabilius esse, eam admitti sententiam, ut liceat actori, quam voluerit actionem prius exercere. Plenissime l. Nemo ex his, §. Quoties, ff. de Reg. Jur. Quoties concurrant plures actiones ejusdem rei nomine, unam tantum quis experiri debet. Quod si generale est, & in omnibus causis locum habet, Iuris profani, & sacri non modica distinctio erit. Si minus, adhibenda distinctio concordia sancietur. Greg. Tholos. l. 21. c. 21. Cum plura, inquit, delicta in una re concurrunt, & cum illa plures actiones, unam tantum utendum est. Cum autem ob diversa negotia, diversis utimur actionibus; litis contestatio unius aliam non tollit, l. Fundum Cornelianum, §. 1 ff. de novation. nec impediunt se in exactione, seu petitione, l. Nunquam, ff. de priv. del. In eandem sensum Mynsingerus l. 4. inst. tit. 3. de lege Aquil. §. Liberum, proposita regula, quan-*

do ex uno delicto duæ oriuntur actiones, civilis & criminalis, una intentata alteram quoque competere, & liberum est actori, à qua actione incipere velit. Iudicis, cum temperamento accipiendum esse. Nam si utraque actio tendat ad vindictam, una perfecta alteri non est locus. Exempli causa; Si liber homo esset injuria occisus, teneretur occidens primò actione injuriarum; deinde etiam ex homicidio, l. Corn. de Sicar. Hæ ambæ actiones ad vindictam tendunt: ac proinde una intentata non erit alteri locus, debet tamen accusatio criminalis primùm eligi. Quod si una ad persecutionem rei familiaris, altera vero ad vindictam tendit, eo casu, quamvis non possint in eodem libello proponi, una tamen perfecta altera nihilominus durat. Ita Myns. loc. cit. qui insuper in Centur. I. Observ. 57. sortem cum uluris eodem libello peti posse, & Obs. 38. cumulationem actionis personalis & hypothecariæ receptam in Camera esse pluribus declarat.

Vade

Unde manifestè sequitur contingere posse ex conditione, seu qualitate subiecti, de quo litigatur, ut plures ex illis actiones ortæ coniungi queant, & simul proponi, cum videlicet nihil est, quod cumulationem impediatur per text. *l. si idem cum eod. ff. De iurisd. om. iud. A. lex. ibid. n. 1. Gloss. in c. Querelam. De elect. c. 2. De caus. poss. & propr. Glo. ibid. in v. Expressum.* Si aliquis vult agere simul utroq; iudicio (possessorio & petitorio) iudex simul expedire debet utrumque. Neq; enim istæ duæ actiones se mutuo expellunt, sed commodè simul morantur, quemadmodum supra *Differentia 131. ostendimus. v. Bronchorst. Centur. 1. Affer. 76.*

II. Quin imò Panormitanus non timuit asserere in *c. Constitutus. n. 2. cum sequi De in integr. restit.* plures actiones in uno libello cumulari posse, etiamsi non compatiantur se invicem: quoties nimirum actor probabiliter dubitat de genere actionis, sive illud dubium ex facto proprio, sive ex alieno procedat. *Glo. in c. abbate sanè. De sens. & re iud. in 6. v. Dominij circa fin.*

Porò iudici magnâ curâ, & sollicitu-

dine attendendum est ad singulas actiones, & facta, ut pro singulis possit iustam sententiam ferre. Tot enim diversæ sententiæ, quot actionum species erunt. *lib. Etiamst parte. iun. Gloss. v. audiendus. ff. De minor. v. And. Gaill. lib. 1. observ. 63. num. 1. & Bronchorst. Centur. 4. Affer. 35.* ubi tres Regulas pro diversitate actionum assignat, quibus tota controversia breviter & distinctè explicatur. *Prima est.* quoties concurrunt plures actiones rei persecutoriæ, ex unâ eademque causâ ortæ una electa altera perimitur *l. quod in herede s. 1. ff. De trib. Act. Secunda.* Cum actiones penales de eadem re vel pecunia concurrunt, alia aliam non consumit. *l. Nunquam. 130. ff. de Reg. iur. Tertia.* in penalibus actionibus pluribus, quæ ex uno facto, aut delicto proveniunt, unius actionis electione altera consumitur, nisi quid in altera plura sit. *Vt si quis furtim arbores cæderit, adversus eum, & lege Aquilia, & arborum furtim cæsarum agi potest. l. 1. ff. Arb. furt. casa.* Item si quis rem rapuerit, & furti, & vi bonorum raptorum tenetur. *l. 1. ff. Vibon. rapt. v. Tholos. l. 21. c. 8. de var. action. gener. & l. 48. c. 5. de libello.*

XI.

DIFFERENTIA. XI.

Iure Canonico Iudex ordinarius ut suspectus recusari ex iustâ causâ potest. *c. Secundo requiris. 41. §. tertio postulas. De appell. c. Cum speciali 61. cod. c. si quis contra clericum. De foro compet. sed Iure civili associatur, non recusatur. l. apertissimi. cum Auth. si verò contigerit C. De iudic. Io. Bapt. à S. Blasio 46.*

I. Glossa in *c. secundo requiris* monet textum illius non loqui de iudice ordinario, qui recusari queat, sed de iudice delegato: atque ita non dissentit à legi-

Antinomta

V

legi

legibus. sed in *c. Cum speciali De appell.* termo est de iudice ordinario, qui cum ex officio suo contra aliquem procedit ad famam vel clamorem, recusari potest iusta suspicionis causa assignata: ipseque reus cum adversario, vel si adversarius desit, cum iudice arbitros communi voto eligere debet, qui de causa suspicionis, cuius momenti ac pretij sit cognoscat: quæ si probata fuerit, iudex cognitionem causa alteri demandat ex consensu ipsius recusatoris, vel ad superiorem iudicem refert. Non probata, idem perseverat iudex *Canis l. 4. Instit. tit. c. §. Proposenda. Pract. Ferrar. tit. Formæ declin. iud. §. Iudicem n. 4.* Aliqui tamen causa suspicionis probata arbitros de causa principali cognoscere posse existimant, quia tunc devolvitur negotium principale ad iudicem appellationis, *Castrensis in l. cit. Apertissimi n. 8. contra speculat. in tit. De recus. §. fin. num. 1.*

II. Quod civile jus attinet, in l. cit. apertissimum jus dicitur licere litigantibus iudices delegatos, antequam iis inchoetur, recusare: idem de ordinariis non permitti *Item Novel. 86. Et 53. §. Sancimus igitur.* secundum *Everardi Bronchorst.* interpretationem, qui etiam contrarias objectiones solvit. Nam *Authentica. Et consequenter. C. De sent.* quæ maximè videtur obstare, dicendo, quod reus apud eundem iudicem actorem convenire debet, nisi eum ante litem contestatam recuset, non, ut *Rasius* vult, de ordinario iudice totaliter intelligenda est, sed prior pars de reconventionem ad ordinarium refertur; posterior autem de recusatione ad iudicem delegatum iuxta *Authent. Of-*

seratur C. de litis contest. ex qua supplementum est, quod deest in *Authent. Et consequenter.* Hisce calculum suum addit *Andr. Gaill l. 1. obser. 33. n. 1. communem DD.* opinionem vocant, iudicem ordinarium secundum leges civiles, recusari regulariter non posse ad eum effectum, ut removeatur tanquam suspectus: sed si aliqua suspicionis causa subest, adiunctus ei dandus est. *Authent. Si verò contigerit. C. De iud. Bartol. ibi n. 1. Iason num. 4.* ubi communem vocat. Ac proinde iudex, & assessores Camera, cum sint iudices ordinarii à lege imperii iurisdictionem habentes, recusari nequeunt, etsi hoc aliquando tentatum sit, sed frustra faciunt ad hoc *Felinus in c. 1. n. 6 De iudic. Boërius Decis. 269. num. 4.*

III. *Bronchorst Centur. 1. aff. 66.* Potest è contra totum Collegium vel universitatem recusari, communiter receptum est. *c. Licet ex suscepto De for. compit. c. Pastoralis. §. Notorium. Et §. nunquid. De sent. Et re iudicatâ. Bald. in c. 1. De iudic. n. 7. Mantua singulari 363. Iason in l. cit. A. errissimi* Sed melius illi, qui oppositum sequuntur. Me itò enim fraus præsumitur in eo, qui omnis sapientis civitatis, tanquam suspectos recusat. *Vivius autem l. 1. commun. opinion. in v. Suspecti commune* dicit quod Senatus, vel decurionum ordo at suspectus recusari non possit. Quis enim ignorat, firmius iudicium, imò perfectius esse plurium quam unius. *cap. prudentium De officio iudic. delegat.* Hinc potius pro alicuius collegii consilio, quam pro particularibus præsumitur

mitur. *Decius Consil. 400. n. 1. & consil. 615.* Facilius enim invenitur, quod a pluribus quaeritur. *c. fin. Dist. 20. Gloss. in v. pluribus* An autem recusari queat totum parlamentum, vel tota Synodus, aut universitas? Opinionum diversitatem Boërius recenset & ventilat in *Decis. 26.* Verius est, neque consilium, neque synodum, aut Senatum recusari posse, regulariter saltem. Quis enim finis aut modus erit, permisa reis tam amplâ li-

centiâ, ut in nullo tribunali acquiescant. Si tamen aut caput consilij, aut maior pars alicubi suspecta videatur, supremo Principi referri poterit, & pro remedio supplicari. *v. Felin Barb. Calder. Alexand. & alios apud Boerium citatos And. Gaill. loco sup. cit. Decianum l. 2. c. 22. & l. 4. c. 6. Thulof. l. 49. c. 3. Menoch De arbitr. Casu 152. Roder Tom 5. c. 3. Schneidovvin. l. 4. Instit. tit. 6. §. Omnium. Vallens. l. 2. tit. 25. De exceptionib.*

XII.

DIFFERENTIA 12.

Cum iudex delegatus recusatur, secundum leges non opus est allegare causam suspicionis, nec probare. *arg. l. quia poterat. ff. Ad Trebell. At secundum Canones cautela suspicionis coram arbitraris proponenda, & probanda est. c. suspicionis. 39. De off. deleg. c. Secundo requiris 41.*

De appell. Cum speculi. 61. cod. Bartol. 17. Decianus lib. 1. c. 22. num. 8.

Evidens est, *c. secundo requiris*, decilio. Cum aliquis iudicem proponit se habere suspectum, suspicionis causam coram eadem allegare tenetur; sed partes, ut in aliquos arbitros, non valde remotos conveniant, per eundem iudicem debent cogi: coram quibus si causa suspicionis intra terminum competentem probata fuerit, cause cognitioni superedere tenebitur recusatus. Ipsa namque ratio dicitur, quod suspecti & inimici iudices esse non debent. Recusatio autem debet scripto proponi, & coram eodem iudice causa suspicionis inserta, & coram arbitraris utrimque delectis probanda: quo facto Iudex cause cognitionem commit-

tere alteri debet, ex consensu renunciantis, vel ad superiorem remittat. At si recusationis causa reiecta fuerit, Iudex idem manebit. At quis terminum assignabit probandi causas coram iudice propositas? Arbitri electi iuxta *c. Suspicionis*. Quod si discordes fuerint in procedendo aut iudicando, ipse Iudex recusatus poterit eos compellere ad tertium eligendum, ut sic steterit sententia duorum. *c. Legitima. & c. Cum speciali. De appell. Nam quoad hoc durat potestas recusat. v. Pract. Ferrar. tit. Forma declin. iud. §. rationibus. Lanfr. in c. Quoniam contra. Is. son in lib. Apertissimi. C. De iud. Vallens. lib. 2. tit. 25. num. 8. Maran. Par. 6. iudicior. §. Recus.*

4. *Recusatio. Zerola Par. 1. v. Iuden num.*
25.

11. Alia legum civilium mens est, ut
ex l. *Quia poterat*, colligimus. Vrgeri non
vult heredem, ut causam non a litæ hære
ditatis edat, cum moveri pluribus possit.

Hinc argumentum sumunt, causam sus-
picionis contra Judicem à reo non esse
exigendam, quia contingit diveritas esse,
& parum probabiles illis, qui alio inge-
nio, & affectu præventi sunt.

XIII.

DIFFERENTIA 13.

Iure Canonico prorogari potest iurisdictio Iudicis ordinarij de persona
in personam, sed non iurisdictio delegati. *c. P & G. de off. deleg.*

Iure civili verò etiam iudicis delegati iurisdictio prorogari potest.

l. 1. & 2. ff. De iudic. Io. Bapt. à S. Blasio 169.

Canisius 13.

1. **A**D prorogationem Iudicis ut legiti-
ma sit, requiritur 1. ut iudex, in
quem prorogatio sit, potestatem habeat
cognoscendi, & decidendi causam, de
qua litigatur. Nemini enim litigantes ju-
risdictionem tribuunt. *l. privatorum C. De
iurisd. omn. Iud. 2.* Ut iurisdictio, quæ
prorogatur, ordinaria sit, saltem iure Ca-
nonico. Nam delegati potestas cum pro-
pria non sit, absque consensu delegan-
tis mutari non potest: prorogari tamen
de tempore in tempus, vel summa in
summam potest. *l. 2. §. Sed si iudex. ff.
De iudican. 3.* Ut consentiat utraq; pars
litigantium, tacite, vel expresse. *l. 1. ff.
De iudic. Bartol. ibi.* Reintegra tamen, id
est, nondum citatione facta resillire licet.
*l. si conveneris ff. De iurisd. omn. iud. Val-
tens. l. 2. tit. 2. §. 2. Decian. l. 23. c. 23.*

11. Iam quæritur, an solius ordinarij
iudicis, an simul delegati iurisdictio pro-
rogetur? *Vlpianus in citat. l. 1. ait.* Si se

subijciant aliqui iurisdictioni & consen-
tiant inter consentientes cuiusvis iudicis,
qui tribunali præest, vel aliam iurisdic-
tionem habet, est iurisdictio. *Vbi Glossa.*
Hæc lex de laicis loquitur, secus in cler-
icis secundum Azonem, quia suum Epis-
copum declinare non possunt: tu vero
dicas, indistinctè hanc legem loqui, cum
sponte litigant, non autem pacto se ob-
stringunt. *c. Non liceat. 3. Q. 6. & c. In-
lita. 10. Q. 1. sic Glossa. At Greg. IX. in c.
P. & G. decisio est, delegatam iurisdictio-
nem ad personas non expressas in rescri-
pto prorogari non posse, etiamsi partes
consentiant. Cur autem prorogatio et-
iam partium consensu in iudicem dele-
gatum fieri non possit, ibidem indicatur,
quia consensus litigantium iurisdictio-
nem nemini dat, sed præsupponit. Hinc
facile mutatur ordinarius Iudex sub-
stituto alio iurisditionem habente: dele-
gatus autem extra rescripti limites se non
exten-*

extendit, nec ut extendatur, partes effice-
re possunt. Quod autem *Ioann. Bapti-*
sta à s. Blasii dicit jurisdictionem ordina-
rii iudicis secundum Canones de perso-
na in personam fieri, non aliter verum
est, quam si accedat licentia proprii E-
piscopi. *c. significasti. De foro comp.* Clerici
in iudicem non suum, nisi forte sit per-
sona Ecclesiastica, & Episcopi diocesani
voluntas accedat, consentire non pos-
sunt. Irrita proinde est eiusmodi proro-

gatio clerici in iudicem non suum, puta-
vi consensus ipsius arbitrarij; non verò
si illa eis compereret ex dispositione ju-
ris, ex qua forum quisque sortitur ratio-
ne contractus. *l. heres absens. s. proinde. ff.*
De iudic. Vnde *Socinus Regulam 160.*
sumpsit. Forum in loco contractus quis
regulariter sortitur. Quæ confirmatur ex
textu *cap. fin. De foro comp. Azo in sum. 11.*
De iurisd. omn. iud. Barbof. in. c. P. & G.
De off. deleg. n. 4.

XIV.

DIFFERENTIA 14.

Laicus iudex in civili causa secundum leges alium iudicem laicum
substituere potest. *l. 1. & 2. ff. De iudic.* Clericis idem Canones
non permittunt. *c. si diligenti. De foro comp. Galvan. 87.*

Decian. l. 2. c. 22. num. 3. & 7.

In c. citat. Archiepiscopum Pisanum
docet *Innocentius III.* licitum non esse
clerico etiam in temporalibus causis ju-
ri suo renuntiare, & laicum iudicem
substituere. Sic enim in Milevitano &
Carthaginensi Concilio definitum esse.
legitur non solum inviti, sed etiam volun-
tarij clerici pacisci non possunt, ut sæcu-
laria iudicia subeant, cum non sit illo-
rum de immunitate beneficium persona-
le, cui renuntiare valeant, sed potius to-
ti Collegio Ecclesiastico concessum &
publicè indultum. *c. significasti. & ibi*
Glossa De fo. compet. Panorm. num. 1. in
l. placuit. II. q. 1. Adde, quod præjudi-
carent, Episcopo suo, sine cuius assen-
su non possunt alium iudicem eligere.
c. Clericum. II. q. 1. & c. Non liceat. 3. q. 6.
II. Laicis è contra permittitur in a-

lium iudicem consentire iuxta *l. 1. &*
2. ff. De iud. sed in civilibus negotijs
tantum. *l. in criminali. C. de iurisd. omn.*
iud. Imò generaliter omnibus concedi-
tur, quando privilegium fori principaliter
concernit favorem renunciantis, non
verò si etiam favorem superioris respi-
ciat. Tunc enim absque illius consensu
substitutio facta non valet. Cuius rei mi-
nimè obscura ratio est, quia agitur de
præiudicio superioris, cuius subditi alio-
no iudici subduntur, Sic enim iurisdictio-
ne sua, quam dando exemptionem non
vult minui, excideret alio independentem
subditos exercente. *Panorm. in c. Cum*
tempore. De arb. Ea propter nec vasa-
lus in alterius iurisdictionem tacitè vel
expressè consentire potest: & si fecerit,
actus

actus pro nullo habetur, & dominus statim auocare poterit. *c. Imperialem. §. preterea si inter. De prohib. feudi per Freder. Bartol. lason. ibid. Andr. Gaill. l. I. obseru. 40. n. 7.*

III. Ex dictis patet, quàm aliena sit à præscripto Canonum *Soti De iust. l. 5. Q. 4. art. 1. & Sayri in clave reg. l. 12. c. 7.* opinio in causâ temporali clericos posse sibi laicos iudices eligere, quorum iudicio parere teneantur, eò quòd privilegio suo renuntiare cuilibet permissum sit. Nam ut supra diximus, privilegium fori non est particularium personarum, sed totius ordinis clericalis.

Melior est & iuri sacro gratior opinio *Decian. est l. 4. c. 9 n. 1.* clericos à laico iudice non iudicari, sed tantum ab ecclesiastico. *c. I. & c. si diligenti de for. comp.* Sunt enim exempti prorsus à iurisdictione laica, etiam ipsius impera-

toris, quia sapiunt rem spiritualem, ex quo corpus & animam deputarunt servitio divino, & asseripti sunt in sortem dominicam. *Cui porcio 12. q. 1. c. in illa & c. placuit 11. Q. I. Glossa in c. Quamquam. de Cens. in 6. Zypheus l. 1. de iura. d. et. eccles. c. 8. n. 10.*

IV. Nec audienti sunt, qui clericum à laico coram laico iudice convenire, posse contendunt, quamvis per consuetudinem Camera spineti fieri solet. *Mynsingero teste Censur. 1. obser. 21. n. 1.* Non enim iure aliquo, sed libitu id agunt, ad fori sui cumulandam auctoritatem prodesse existimantes. Clara & indubitata sententia est. *c. De foro comp. nullus iudicium ullum clericum absque permissu Pontificis per se distringat, aut condemnare presumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscatur, emendet supra Diff. V. VIII.*

XV.

DIFFERENTIA 15.

Iure canonico causâ civilis etiam ardua, puta 300. aureor delegari potest absque aliâ iustâ causâ, dummodò iudex non querat exonerare se malitiosè. *c. Pastoralis. De off. dele. secus Iure civili. l. placet ut iudicibus. C. De pedan. iudic. Io. Bapt. à S. Blasio 168. Bartol. 174.*

DElegare in materia iudiciorum est iurisdictionem suam alteri committere delegatus, cui causâ committitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis representans, & nihil proprium habens. *l. 1. ff. de offic. eius. cui mand. q. in ruid arduum dicimus, quòd difficile est, & molestum, ut causâ capitalis, vel gemina. Menoch. De arb. Casu 110. n. 5. Bartolus arduam vocat, quæ 300. aureo-*

curatorum est, eamq; sibi commissam, delegatum alteri non posse committere. iuxta *l. placet etiam iudicib. G. de pedan. iud.* ubi præcipitur, ut delegati iudices commissam sibi negotia lata sententiâ terminent: nec in his causis, in quibus pronuntiare possunt, & debent facultatem sibi existiment esse, ad iudicium præsidiale remittendi. Vbi *Gottfr.* Delegati causas sibi delegatas debent iudicare, nec eas ad delegantem remittere. Idem namq; potestas illis tribuitur partes citandi, puniendi contumaces, constituendi officiales, deligendi nuncium ad eosq; omnia perficienda, quæ ad causæ expeditionem, & necessitatem pertinent. *Panor. in c. Cum olim. De off. deleg.* Eo ipso enim, quod alicui causa committi-

cur, super omnibus, quæ ad ipsam spectant, plenam potestatem accipit, sine quâ non posset ad expeditionem venire *l. 2. ff. De iuris d. om. iud. l. Oratio. ff. De sponsul. Andr. Gaill. l. 1. obs. 35. n. 8.* Imo nec minimam talis causæ particulam in alios transferre licet. Nam iudex datus alium iudicem dare non potest *l. à iudice. C. de iudic.* quia proprium nihil habet, sed delegantis potestate utitur. *Bartol. in l. More. ff. De iurid. om. iud. Fachin. l. 1. c. 46. Maranta Par. 4. De ord. iudic. n. 50.* Excipe supremi principis delegatum, quia maior quocunque ordinario est *l. fin. § pen. ff. De damno infect. c. sanè 2. De off. deleg. Felin. Delega. Papa, vel princip.*

XVI.

DIFFERENTIA 16

Delegatio iure civili etiam privato fit. Secus iure Canonico. *Alex. in Rubr. De offic. eius, cui mand. est iuris d. Decianus l. 2. c. 22.*

num. 19.

I. Interpretum quorundam auctoritate contentus *Decianus* nullam legem citat, *Tholosanus* autem *l. 47. c. 22. n. 13.* propositâ quæstione, cui possit delegari, respondet ex *l. un. c. qui pro iuris d. iudicem dare posse c. pastoris. De off. ordin. iunctâ Gloss.* eligendum esse eum, cui imperari queat. *l. fin. ff. De iuris d.* Nec incere esse videtur in profanis causis præsertim levioribus nullo honoris gradu eum iudicem constituere.

II. In Ecclesiasticis negotiis pro varietate rerum, & personarum delegandi cura variabit. Et summus pontifex quidem non facile delegatum creabit ex infimis, sed potius aliquâ dignitate præditum. Convenit etiam non solum esse

iuris scientiâ instructum, minimeq; suspectum. *c. Cum R. Canonicus. De off. deleg.* sed etiam digniore aliquo gradu, titulo ornatum. *Chassin. in consuet. Burg. n. de success. Spurio.* Potest quoque mitti Ecclesiæ cathedralis canonicus *c. Statutum de refer. in 6.* vel officialis episcopi, vel eius vicarius generalis. Foraneum, monasterij priorem claustralem, aliumve regularem simplicem adhibere præter decorum est.

III. Episcopum quod attinet nihil vetat ab eo delegatum fieri simplicem clericum sibi subjectum. *c. Cum episcopus de off. ord. in 6.* idq; facilius illi & convenientius, quàm Pontifici, quia suorum clericorum talenta magis peripecta habet, quàm vel

Pon-

Pontifex, vel ipsius legatus. Quam ob causam *c. statutum. supr. citat.* non concernit Episcopos aliosve inferiores. Secundum Innocentium Osiensem, & Archidiaconum Nam summus Pontifex quia abest, de uniuscuiusque habilitate aliorum relationi credere debet; atque ita

promovere, quos præsunt meliores. Pro qua re Concilij Trid. decretum utilissimum est, ut in provincialibus Synodis eligantur aliquot personæ idoneæ, quibus negotia, & causæ ecclesiasticæ committantur. *Vallens. l. 1. tit. 92. §. 3.*

XVII.

DIFFERENTIA 17.

Secundum leges iudex appellationis non potest delegare causam appellationis retenta sibi prolatione sententiæ. *Auth. Adhæc. C. De iudic.* Secundum Canones verò potest. *c. Super questionum, 27. De off. delegati. §. intentionis, Bartol. l. 5. Io. Bapt. à sancto Blasio 163.*

IN *auth. adhæc*, præcipitur, ut iudex appellationis litem apud se contestatam semel in contestatione audiat, & rursum in medio semel, & in fine omnia, quæ sunt examinata, consequenter audiat, & sic ferat sententiæ. *Vbi Glossa.* Ordinarius reservatâ sibi sententiâ cetera committit, ita tamen ut audiat ter: delegatus autem si sibi reservat sententiâ alia non committit, ut hic: sed si velit omnia committere, potest: & idem in Iudice appellationis ut consuetudo interpretatur.

II. At Jure Canonico secus *c. Super questionum. De offic. delegati.* ubi Innocentius III. citata legi seu authenticæ derogans declarat iudicem delegatum à Papa posse committere alteri principium, finem, & medium causæ sibi commissæ coniunctim, vel divisim, prout ei visum fuerit convenire, ut iudicialis auctoritas valeat liberius expediri non obstante le-

ge (*Authent. prædicta*) quia ipse delegatus antequam ferat sententiâ, omnia quæ acta sunt, diligenter videre debet. *Innoc. in c. Pastoralis. De off. delegati. ibid. num. 1. Guido Papa Decis. 624. Tholos. l. 47. c. 22. num. 4. Maranta Par. 4. De ord. iudic. §. Quinta principalis. num. 42. citans Bartolum in l. Nequicquam §. Vbi decretum. ff. De off. procons. dum ponit differentiam inter decretum, & sententiâ. Alex. in Rubr. ff. De offic. eius cui mand. & col. 2. Damhoud. in Præf. tit. min. cap. 54. num. 1. Banc. Leo in thes. eccl. Par. 2. cap. 17. num. 7. Eras. 29. paus in Errat. analyt. l. 1. tit. De off. delegati. Andreas Vallensis lib. 1. tit. 29. §. 4.*

* *

XVIII.

DIFFERENTIA. 18.

Iudex ordinarius secundum leges audientiam causarum committit tantum consiliarijs suis. *Auth. Adhæc. C. De iud. §. Cetera licet.* secundum Canones verò cuique committere potest. *c. Pastoralis.*

28. *De offic. deleg. Bartol. 15.*

Nominata *Auth. adhæc*, cum dixerit præfidi seu ordinario iudici alijs negotijs impedito causam delegare, posse reservatâ sibi sententiâ, subdit idem delegato permitti. Subdelegare enim non potest, sed tantum cognitionem, & prolationem alijs committere. Quod verò additur, consiliarijs committendum esse, non de consiliarijs natis quales in Gallia sunt Prælati Ecclesiastici quidam *Tholos. teste l. 47. c. 25.* neq; de electis, & stipendio conductis intelligitur, sed de assessoribus iudicij, qui vel lege aliqua vel consuetudine, vel ipsius iudicis arbitrio adhibentur, quemadmodum *Glossa notat.*

II. Paulum diversa sacrorum Canonum dispositio videtur. Nam *c. Pastoralis* propositâ quæstione, an si delegatus à principe alteri committere vices suas velit, isque suscipere renuat, compelle re illum ad susceptionem possit: respondet *Innoc. III.* omninò posse, quia iurisdic-tio absque coërcitione nulla est. *l. fin. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.* Item committere alicui partem causæ posse *c. v. g.* ut citet reum, audiat testes, &

firm. Nec indicatur ulla differentia personarum, quasi solis consiliarijs uti debeat, sed arbitrio ipsius relinquitur, ut quos idoneos viderit, adhibeat. Sollicitè autem invigilabit, ut si exigente necessitate negotium iudicaverit alicui committendum, in coactionibus inferendis dignitati deferat & personæ. Alio modo agendum cum viro in dignitate confuturo, alio cum illis qui inferiori in subfello consistunt. Nam ex. gr. *Cuculus ait*, si Episcopo quis delegare velit, non debet eum confestim his modis cogere, quibus alium inferiorem cogeret: sed modestia cum eo utetur, supremi ordinis rationem habens. Quare illi primò Ecclesiæ ingressum interdicit, vel sacerdotalis officij executionem post etiam ab officio suspendet. Denique si pertinaci animo perseverarit, excommunicationem quoque irrogabit. Quod si ab initio admodum contumacem se ostenderit, iam tum licebit Ecclesiastica censura uti. *v. Zerolam Par. 1. in v. Delegatus. Piafec Par. 2. c. 4. Vallens. l. 1. ff. 29. n. 3.*

Antinomia

X

DIF.

re Canonico potest quis alteri delegare, quod non potest per se ex-
ere. *c. clericis. Ne cler. vel monachi. c. sententiam. eod. secus iure*
civili l. 1. §. quæ mandatum. ff. De off. eius, cui mand. est
iurisdictio. Glos. V. maleficio Io. Bapt. à S. Blas. 17.

In *c. clericis allegato Alexan. III.* Con-
cilij Tolerani decretum secutus prohi-
dit clericis, ne iudicium sanguinis exer-
ant, consilium dent, sententiam dicent,
vel intersint ad evitandam irregularitatem.
c. Ex litteris. De excess. prel. sed qui iurisdic-
tionem temporalem habent, generaliter
alicui laico vindictam de malefactoribus
committere debent, iuxta illud. *Homi-*
cidas, & maleficos non patieris vivere
c. rex debet. 23 q. 5 quoniam mul-
ta licent in genere, quæ non licent in
specie *c. si sacerdos. De off. ordin. c. quid*
autem. De consecr. D. 2. Et si ex man-
dato generali quis occidatur, non im-
putabitur illi *c. 5. De occidendis. 23. q. 5.*
Eadem in *c. Sententia. 8. Q. 1.* repe-
runtur. Imò absque metu irregularitatis
clericus consulere principi potest, ut
pro certo crimine mortis penam lege
statuat, eidemque legi condenda cleri-
cus, aut prælatus suffragium exhibens,
quamvis postea propter illam legem
aliqui vitæ priventur, non efficitur irre-
gularis *Ioan. Bern. in pract. c. 56. Archid.*
in c. Officia 23. Q. 5. Bald in Auth. Habi-
ta. C. Ne fil. pro patre. Covar. l. 2. variat.
c. 20. §. 3. Diaz in pract. c. 100. Soto l.
5. de iust. Q. 1. art. 4. Layman. l. 3. tract.
3. part. 3. c. 7. n. 4 ubi contra Menriq
licitum esse prælatis ecclesiasticis docet,
etiam in particulari causa committere
iudicium laico, latamque ab illo senten-
tiam moderari, ut pro supplicio *roza,*
exempli causa, aliâ mitiori penâ ple-
ctatur. Singulare est, quod *Tamburinus*
de iure abb. Tom. n. pag. 2. scribit, abbe-
tem *Ripalensem* ex privilegio *Pauli* ce-
pitales sententias contra reos ferre absque
metu irregularitatis. Quamquam si pro-
hibitio iudicij, & sententiæ lethalis in
reos non nisi ex iure positivo & eccle-
siastico ortum habet, aded mirum vide-
ri non debeat. Sanè *Reginald. in For-*
penis. l. 21. n. 13. Pontificem docet
posse non solum iustâ ex causâ, semo-
to scandalo sententiam sanguinis ab-
quando ferre, sed etiam ex ea parte dis-
pensare cum clericis, potestatemque ha-
cere, ut causam sanguinis agant, eique
se immisceant, sive consulendo, sive
alia quavis ratione: aded ut immiscens
se non peccent, nec in irregularitatem
incidant, etiamsi ex tali facto reorum
mors, aut mutilatio alicuius consequi
fuerit. *Et paucis interiectis* adveree, præ-
latis, aliisque clericis iurisdictionem
temporalem habentibus sive ex suo pro-
trimonio, sive annexam ecclesiasticæ di-
nitati, licitum esse committere causam
sanguinis iudicibus, quos subditis suis
præceperint: neq; in ea re metum esse
peccati

peccati quantumcunque illi munus suum exequentes mutent, aut interficiant malefactores. Illis enim tantum est prohibitum, tales causas sive per seipfos, sive cum aliis exequi, aut ad illarum executionem cooperari; non item perficere iudices, & potestates laicas, à quibus executioni mandentur. *c. fin. No cler. vel monachi. in 6.* Nec solum eis fas est tales causas generaliter committere, sed etiam particulariter precipiendo, ut circa talem causam inquirent, & faciant, quod justum est, ac quando iudices à se deputati recusent facere, alios praeficere, qui in particulari de tali causa cognoscant, quemadmodum colligitur *ex cit. c. fin. & affirmat Panorm.*

II. Ex adverso leges civiles traditam judici potestatem nolunt transferri. *l. 1.*

supra cit. Qui mandatam jurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, sed eius qui mandavit, jurisdictione utitur. *P. Glo.* dicitur, non habere proprium quod propter revocationem cito amittere potest. Vnde comparantur delegati usufructuarii: usus autem alicui concessus personam non egreditur. *Instit. De usu. & habitat. v. Ever. Bronchorst. Centur. 1. Assert. 2.*

NOTA Hanc controversiam Theologus aut Philosophus nullo negotio tolleret, dicendo, sanguinis & vitae corporalis potestatem in personis Ecclesiasticis esse eminenter, in secularibus formaliter: eo modo, quo in Episcopo non consecrato respectu Sacerdotum dicitur esse jurisdictio spiritualis. Item potestas creandi Doctores in Imperatore, & Rege.

XX.

DIFFERENTIA 20.

Iure Canonico singularis successor, in quem facta est alienatio iudicandae causae conveniri potest coram delegato ex rescripto impetrato contra alienantem tantum, confisco & participe fraudis successore. *c. 1. De alien. iud. mut. causae.* At Iure civili talis successor coram tantum iudice conveniri potest, & non coram delegato per rescriptum contra alienantem impetratum. *lib. 1. C. cod. Io.*

Bapt. à S. Blasio. 187.

Casus à Glossa formatur. Aliqui impetrant literas contra adversarios suos: hi antequam literae ad iudices perveniant, vel etiam postea, ut mandatum Apostolicum eludant, antequam citentur, appellant, aut commutationem faciunt, de possessionibus, super quibus controversia futura timetur. Hoc cognito *Alexand. III.* mandat quibusdam, ut si illorum adversarii taliter appellaverint, aut de possessionibus controversis commutationem fecerint, vel malitiose se abtulerint, illos, qui in possessione se intulerint, compellant suo sub examine respondere.

spondere appellatione remotâ. Vbi notandum, quod rescriptum se extendat ad eos de quibus in ipso mentio facta non fuit, & conveniuntur per illud, puta, propter dolum, & fraudem illorum, beneficio huius decretalis. *Item paucis interpositis.* Hic prorogatio fit iurisdictionis de persona in personam etiam invitâ altera parte contra *cap. P. & G. De off. Deleg.* Sed hoc est speciale in odium illorum propter fraudem.

11. Aliud iure civili constitutum est. *l. citatâ.* Cùm in rem actionem possessio pariat adversario, si rem possidens, ne secum ageretur venundedit, & em-

ptori tradidit, quem elegeris, conveniendi tibi tributa facultas est. Sed ubi? Cùm aliud non exprimitur, apud iudicem suum. Est enim à prætoribus actio hæc constituta illis, quorum durior conditio efficitur à fraudulento adversario, qui ut declinet iudicium, quod metuit, alienam rem alteri vendendo, qui fortè potentior, plus negotij faciat adversario repenti. Oritur ergò ex delicto quod committit, qui duriores nobis causam facit, opponendo adversarium, aut molestum, aut potentiorum, vel etiam alterius territorii & provinciarum. *V. Oldendorp. Classe 1. actione. 11.*

XXI.

DIFFERENTIA. 21.

Iure civili qui contractum iniit, à iudice illius loci, si ibi invenitur, citari potest: si autem non inveniatur, multari, & omni remedio prætorio compelli, ut veniat. *l. hæres absens ff. De iud.* At iure Canonico iudex loci contractus solum pronuntiare potest demittendo, si alibi reus existat. *cap. Dilecti cap. licet. 10. De for. comp.*

Bartol. 34.

Quia *Bartolus* in probationem allegat Decretalem quandam extra corpus iuris apud *Innocentium in sine et. De foro comp.* cuius initium est. *Romana.* non pigebit illius verba referre. si probatum fuerit, N ibi contraxisse, iudicabit iudex suam esse iurisdictionem cognoscendi de principali. *l. si quis super. ff. De iudic.* & tunc cogetur reus respondere libello super principali, & uterque tunc utetur iuribus suis, scilicet pa-

cto de non petendo, vel præscriptione, & aliis huiusmodi. Rursum *cap. Dilecti. eodem.* Debet coram iudice illius loci respondere, ubi contraxit, puta, si ibi inveniatur: si autem alibi, quam in sua provincia latitet, eò mittendum est, ut in criminalibus fit, quæ in hoc contractibus æquiparantur. *Ita in novo cent.* Alii addunt, si inveniatur in loco contractus, sive non, coram illius loci iudice conveniendum, & iudicandum esse. *Nomi.*

Nominatim *Barbosa in l. hares absens ff. De iud.* existimat clericum posse conveniri in loco contractus, etiam non requisito Episcopi consensu. *Et n. 7. resolvit*, quod iudex loci contractus possit procedere contra personas, tanquam sibi subditas. Cautè dicitur *tanquam* quia ratione contractus nemo verò subditus censetur domino loci, in quo contraxit, aut ubi res sita est. *Glossa in Clem. un. 9. isdem etiam v. subditos eod. tt. Decius Confutro 50. num. 8 & consil. 661. num. 6. Boff. 11. De for. comp.* Aliud enim est forum sortiri, aliud subditum esse. Item

forum sortiri, & legibus loci teneri patria quidem sunt, sed subditum esse, sunt patria. *Alexand. Consil. 157. n. 15. vol. 2.* Propriè autem subditus quis dicitur ratione domicilij habitationis, *l. domicilium. ff. Ad municip. & l. si in patria. C. De incol.*

Hinc factà mentione domicilij in dubio habitationis, non originis intelligitur. *Glossa in cap. statutum 9. Cùm verò. De refer. in 6. v. Andr. Gaill lib. 1. obs. 36 num. 15. & Tract. De pignorat. c. 15 num. 6.*

XXII.

DIFFERENTIA 22.

Iure civili inter patrem & filium in patria potestate constitutum nulla lis esse potest. *l. lis nulla. ff. De iudicijs.* Sed de æquitate Canonica videtur esse permillum. *capite Qualis condemnatio. 7. Quest. 7. Ioan. Baptist. à sancto. Blasio 12. Galvan. 50.*

1. **E**ffectus patriæ potestatis *Gregorius Tholosanus* accuratè prosequitur *lib. II. Syntagm. cap. 8.* quos inter non postremus est, quod nulla lis inter filium suam, & patrem esse possit, nisi de castrensibus, vel quasi castrensibus bonis agatur, in quibus pro emancipato filius habetur. *l. lis nulla. ff. De iud. l. actiones adversus patrem ff. De act. Præclare Valerianus & Gallien. Imp. in l. 4. C. de patria potestate.* Conventius videtur intra domum contro-

versas parentum cum filijs terminari; sed si ita res fuerit, ut pro injuriis ipsorum ad vindictam procedendum sit, aditus præses provinciæ, si provectam ad inclementiores injurias improbitatem filiorum deprehenderit, læsam pietatem severius vindicabit. Item Alexander Imperator *l. 3. eod. tt.* si filius tuus pietatem patri debitam patri non agnoscit, castigare non prohiberis, acriore remedio usus si in pari contumacia perseveraverit.

X 3

Ex-

11. Ex quibus videtur sequi, quod etiam Bartol. monet non fore differentiam inter leges & Canones, si c. Qualis secundum intentionem legis. Lis nulla intelligatur. Nam in c. illo aliud non dicitur, quam inferioris ordinis personas in superiorum accusationem recipiendas non esse: in lege verò multi casus permittunt actionem filijs adversum parentes. *Primo*, cum agitur de peculio castrensi, vel quasi castrensi, *Secundo*, de emancipatione. Filius enim ut emancipetur, patrem cogere potest. *Tertio*, in questione, an filius in potestate patris. *Quarto* in petitione alimentorum. *Quinto*, si alieno nomine instituenda actio sit, fortè tutorio, curatorio, & de emancipato nihil dubij est, quin illi cum patre, ut cum aliis litigium esse possit, quòd quidem bona propria possidet & sui iuris est. Quocirca petita & impetrata venia patris accusat *l. fin. C. de in ius vocan. Specul. tit. De actore. Decianus l. 3. c. 13. Tholos. l.*

49. c. 2. n. 9. Farinat. in Praxi crimin. Q. 12. n. 53. Molina Disp. 288. n. 9. Bar. iard. s. laesa maiest. n. 25. Laym. l. 3. Trañ. 4. c. 8. n. 3. Soto l. 5. Q. 5. ars. 1. Camf. l. 4. Insti. tit. 1. Angel. V. Filium. n. 28. Silvest. eod. n. 28. Gaill. l. 2. Obseru. 72. n. 16. Denig. Bronchorst in Centur. 1. affat. 71. rem totam hac distinctione componi existimat. Iure ordinario nulla lis est inter patrem & filium. Extra ordinem verò sæpè lis est. Addit Vantm in Tract. De nullis § ex defectu mand. comm. n. 56. quamvis patrem filius, patronum libertus manumissus manumissorem in ius vocare prohibeatur; si tamen fecerit, & non exceperit patrem, acta valitura in casu, quo lege aliqua specialiter non mittantur. Nam filius, libertus, & his similes iure naturali capaces iudicii sunt, adeoque cum effectu tractant negotia, & lites, quamdiu per legem aliquam, vel statutum non impediuntur.

XXIII.

DIFFERENTIA 23.

Condemnatus de aliquo crimine, secundum leges inchoare potest contra accusatorem suum accusationem, modò civitate, vel libertate non sit privatus *l. Is qui. ff. De accusat. At secundum Canones condemnatus de crimine non potest accusare, neq; accusatorem suum, neque extraneum. c. Qui crimin. 6. Q. 1. c. Neganda. 3. Q. 11. Bar. 10. Decian. l. 2. c. 21. n. 1.*

1. **V**lpianus in *cit. l.* limitatem concedit ius accusandi illis qui iudicio publico damnati sunt, tunc nimirum, cum liberorum, vel patronorum suorum mortem, aut rem suam prosequuntur. *l. Qui accusare iun. l. Hi qui. C. Qui accusare non poss. Rosred. in Rubr. De his qui accus. non poss. Specul. tit. De accusat. §. 1. n. 21. & in c. De catero 6. De his qui accusare non poss. Quod tamen Glos. 2. in l. Qui iudicio.*

de accus. in illis non valere putat, qui ob delictum privatum condemnati & infamati sunt. Talibus enim ne quidem prosequendo suam, vel suorum iniuriam, accusare licet. Quam exceptionem alii non agnoscunt, ut *Aretius in c. 1. De accus.* Eaque opinio praevaleret, si ratio Gloriam adaequata est, dicentis idem repelli ab accusatione in causis ad se, suosque non spectantibus, quia infames sunt, quos de proprijs criminibus iudex condemnavit. *l. 1. ff. De his, qui notant. infamia. l. infamem ff. De publ. iudic. v. Marant. Par. 6. de ordine iudic. §. Expedita secund. parte n. 4. Decian l. 3. c. 17. n. 5.* ubi causam reddit. Nam lex, inquit, dispensat saepe contra regulam juris, quando quis vult ulcisci se contra suum debitorem, maxime calumiosum, quia admittit accusatorem. *l. Deferre. §. 1. ff. De iure fisci.* Quae vera sunt, quamvis non prosequeretur suam, aut suorum iniuriam.

II. Canones quod attinet in *Causa 6. Q. 1. c.* ita legitur si Sacerdos sine crimine eligi praecipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irriteris accusari, aut calumniari permittitur: nec ab alijs, quam ab ijs, qui sine crimine sunt, & iuxta electionem Sacerdotes ordinari possunt. Indignum est enim (*c. 2.*) ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut maiores a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt. *Clemens Papa epist. 1. relas. in c. 5. ead. B. Petrum scribit homicidas & adulteros, & cunctos criminibus irre-*

tos, eisque coaequales ab Episcoporum vexatione, & accusatione prohibuisse: imò dixisse maiores a minoribus nec accusari, nec judicari ullatenus posse quod hoc non solum divinae, sed etiam saeculi leges prohiberent. Adhuc *Telesphorus in epist. un. c. 3.* non suscipiendos esse ad accusationem iubet qui idonei non sunt, qui que adversus patres armantur, infames esse. *Pius Papa quoque relas. c. 9. ead.* non decere, ut oves pastorem suum arguant, plebs Episcopum accuset. *Eadem Anterus in c. 13. inculcat.* Sed de Sacerdotibus & Episcopis tantum videntur loqui. Generalis est, *Stephani Papa in c. 1. 3. Q. 11. praecipio.* Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcunque confessio.

Ex quibus liquido apparet, legum, & Canonum vel nullam, vel modicam dissonantiam esse; nisi quod propter animarum salutem, qui proprius sacri Juris scopus, minus gravate apud Ecclesiae praepositos, quam laicos Iudices recipienda sit querela, vel accusatio

* *
*
L

Iure civili mulier non accusat de adulterio virum. *lib. 1. C. ad l. Iul. De adult. cap. Apud misericordem. § publica. 22. Q. 1.* Iure Canonico autem videtur acculare posse. *cap. Tua. De procur. Bart. 165. Io. Bapt. à S. Blasio 161.*

I. Ex *l. C. ad l. Iul. De adult.* Severi & Antonini Imp. est, mulieres non habere adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint. Quod *Gottifr. Glossa* interpretatur de adulterio cum virgine, aut vidua commisso: posse verò accusare, si cum aliena uxore deliquerit. *Novell. 134.*

Pro eo, quod *Barolus c. Tua. De procur.* allegat ad probandum, uxori licitum esse de adulterio maritum accusare, melius adduxisset *c. Christiana. 32. Q. 5.* ubi legimus. Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat: sed viros suos non facile mulieres de adulterio accusant, & non habent lateantia peccata vindictam.

Huc pertinet *Catonis senioris dictum ab A. Gellio annotatum l. 10. Noct. Artic. c. 23.* In adulterio uxorem si deprehenderit, sine iudicio impunè ne caveris: illa te, si adulterates, digito non auderet contingere, neque ius est. Benè tamen *VVurmserus notat l. pract. c. 7.* quamvis iure civili maritum non accuset de adulterio, agere tamen posse injuriarum, quia

injurià afficitur, à viro, qui alijs adhaerens fidem, & pactum conjugale non servat. *v. Gloss. & DD. in l. 1. & l. eum, qui de. as. C. ad l. Iul. De adult.*

II. In *c. Tua igitur*, ex *Glossa* sensu probatur, virum ab uxore de adulterio accusari posse, non minus, quam à marito vxor accusatur: sed non solet facile, & frequenter contingere, idque ex triplici causa, *Primo* propter verecundiam, quæ mariti turpitudinem uti communem propalare vetat. *Secundo* propter timorem, ne durior em ex accusatione dominum inveniatur. *Tertio* quia viri cautius peccant, furtaque sua oculis mulierum, & cognitioni facilius subtrahunt. Nihil ex quo prodatur nequitia à congressu relinquitur. *v. Abb. in c. plerumq. De den. int. virum & uxorem. Dornspersg Tr. Di. exception. causarum criminalium.*

Par. 1. sect. 4. cap. 13. num. 86.

* *
*

XXV.

DIFFERENTIA 25.

Post lapsum quinquennij uxorem adulteram maritus secundum leges non potest accusare. *l. miles. ii. §. adulterij. ff. De adult. secundum Canones verò etiam post plures annos postulare separationem thori potest. c. admonere. 33. Q. 2. Bart. 168.*

I. *Papianus* in *S. cit.* adulterij reum, inquit, intra quinque annos continuos à die criminis admissi defunctà quoque muliere accusari posse, manifestum est. Igitur non ulterius. Item *Alexander Imperator l. 5. eod.* Adulter post quinquennium, quàm commissum adulterium dicitur (quod continuum numeratur) accusari non potest: easque præscriptiones legibus datas reo auferri non oportet. Idem *l. 78. eod. & l. 29. ff. ad ean. l. Iul. §. sex mensium.* præcipitur, ne crimen adulterij quinquennio continuo sepitum excitetur. *Ratio* videtur esse ne vindictæ cupiditas, & criminandi, quos odimus, lubido longioris temporis extensione foveretur.

II. Canones quod attinet, in *c. admonere* Stephanus Papa Hastulphum de cæde uxoris suæ, quasi adulteræ arguens, si, inquit, verum fuisset, quod absit, post septem annos pœnitentiâ peractâ, dimittere eam per approbatam causam potestas, si voluisses. Unde colligimus, non esse certum tempus constitutum, intra quod de adulterio agatur ad pœnam, vel ad repudium. Et legum civilium præscriptio forum civile tantum respicit, cu-

ius in Ecclesiâ quoad matrimonij statum nulla ratio habetur. Unde nullo quantumvis longo tempore ius accusandi adulteros quoad diuortium petendam præscribitur. *c. Maritis. De adult. Paludan. in 4. Dist. 35. q. 1. art. 5. Conclus. I. Sanchez l. 10. De matrim. Disp. 3. n. 9. Farinac. in Pract. Crim. Par. I. Q. 10. n. 15.* Vbi limitat. *Primo*, ut non procedat, quando adulterium fuit iteratum, ut si cum eadem personâ per plures annos actum fuerit. Tunc enim ab ultima vice numerandum est quinquennium. *Secundo*, licet accusatio quinquennio circumscribatur, non tamen exceptio. Hæc enim perpetua est. Ideo contra adulteram repetente dotem maritus semper excipere potest. *Tertio*, non obtinere, quando adulterium vi illata commissum, vel cum incestu coniunctum est. *Quarto*, cessat præscriptio quoad ius petendi diuortium. *V. supra. pr. Dif. cri. Glo. in c. cit. admonere.*

* *
* *
—

Aninomia

Y

DIF.

DIFFERENTIA 26.

Iure civili filiusfam. in omnibus causis regulariter non potest esse in iudicio absque patris consensu. *l. 1. C. De bon. matern. l. cum non solum. §. necessitatem. C. De bon. qua liberis.* Iure Canonico autem, cum agitur de spiritualibus, etiam minor 25. annis absque consensu patris in iudicio esse potest. *c. si annum de iud. in 6. Bartol. 177. Io. Bapt. à S. Blasio. 13.*

I. *Ex 1. C. de bon. mat. citata,* patri commendat, ut bonorum, quæ filijs competunt, diligentem curam habeat, & quod iure filijs debetur in examine per se vel procuratorem poscat, & litem inferentibus resistat. In *l. Cum non solum. De bon. qua liberis* Glossa Gorredii. annotat. cum filiosfam. iudicium non consistere sine patris voluntate. Fallit tamen in causâ criminali. *Bart. in l. Inter liberos. §. 1. ff. De adult. quem sequitur Card. Alexand. in c. De accus. col. 9. 2. Q. 8. Aret. Consil. 138. Villalob. in commun. opin. litt. F. n. 133. Farinac. in Pract. Crimin. Q. 12. n. 10. qui cum Iul. Claro nunquam se vidisse dicit in praxi, quoddam sive agendo, sive defendendo filiosfam. sine consensu patris non possit in iudicio stare, quando causa de publico, vel privato crimine agitur. Fallit item in causâ spirituali, & religionis. *cap. fin. de iudic. in 6.* ijs quoque, quæ voluntariæ iurisdictionis sunt. *Bald. in l. fin. C. De qua bon. liberis.* & quoties pater non est rerum filij legitimus administrator. *Bart. in d. l. §. Necessitate, Præterea in**

causis beneficiorum idem esse censent. *cap. 1. de iurid. & quoties iudicis officium implorat: causa reconventionis & appellationibus.* Illis denique casibus, quibus minor in iudicio esse potest sine auctoritate tutoris, vel si alieno nomine compareat. *V. Socin. Reg. 151. Tholos. l. 11. c. 8. n. 25.*

II. Quod ius Canonicum attinet, Glossa in *cap. si annum de iudic. in 6.* disertè asserit, minorem 25. annis quascunque causas spirituales, & ab illis descendentes absque auctoritate curatoris tractare posse. Præterea filiosfam. beneficiatum in causâ beneficii sui, absque patris consensu & auctoritate agere. Nam in spiritualibus causis potestas patria non attenditur. *Andr. Gail. lib. 2.*

Obs. 95. n. 4.

XXVII.

DIFFERENTIA. 27.

Iure civili fratrem frater de magno crimine non accusat. *l. si. magnum. C. Qui accusare non poss. l. sororem eodem.* At Iure Canonico accusare potest de hæresi. *c. litteras. De præsumpt. c. si audieris. 22. Q. 2. c. Diaconi. Dist. 14. Bars. 44. Decian. l. 2. c. 21. n. 2.*

IN fratrum discordia alatur, insidiarum alienarum hereditati aditus præcludatur, sanguinis coniunctio foveatur, à tristi & inimico conatu arcendi erant. Unde fratrem suum de capitali crimine accusaturus non modo non auditur, sed etiam exilio plectitur. *l. citata. si magnum.* Eadem sororum conditio est. *l. si sororem eod.* levioris tamen delicti reos facere possunt. Enimvero nomen fratris dulce, & amabile *Eccles. c. 25.* adeoque providendam, ne ira, & odio lædatur. Ab accusationibus igitur, & amaris litibus abstinere leges iubent. Quod si fratrem frater alere in necessitate tenetur, ut *Glossa vult in l. 1. C. de alend. lib.* minimè convenit eum iudicio persequi, quo potius augeri necessitas quam sublevari solet. *V. Decian. l. 3. c. 13. n. 15. & seq. Alciat. in r. C. De in ius vocando n. 32. Damhoud. in Praxi criminal. c. 50. n. 10. Bronchorst Centur. 2. assert. 91.*

II. Sacros canones quod attinet, ita hæresin, & hæreticos persequi compertimus, ut cuilibet licere velint quemlibet eius criminis reum accusare: adeoq;

serui aduersus dominum, & quilibet criminofus, & infamis aduersus quemcunque admittuntur. *c. præsumpt. 2. Q. 7. c. nos sequentes. 6. Q. 1.* Omnes igitur hæreticum hominem accusare debent, quia publicum crimen hæresis est, & religioni illata iniuria ad omnes pertinet. *l. Manichæos. C. De hæreticis.* siquidem incolumnes & intactos se suosque conservare velint. Hæreticorum virus enim latenter serpit, incautum quemlibet inficit, omnibus interitum minatur. Nec minor illius, quam læsæ maiestatis reatus, de cuius vindictâ & punitione. *Giga Tractatu speciali, & Farinac. in Pract. Crimin. Q. 13. n. 54. Item Tract. De delictis. Q. 143. §. Hæresis. n. 98.* ubi propter hæresin, & idololatriam separationem thori coniugibus permitti tradit. *V. Decian. l. 5. c. 28.*

* *

* *

Iure civili, si accusator non probet, reus absolvitur, quamvis nihil præstiterit, *l. qui accusare C. de eden.* Iure Canonico autem reo, qui infamia laborat, purgatio indicitur, & si defecerit, ut convictus puniatur *c. Accusator. 6. 2. 5. c. Tua nos. De cohab. cleric. & tt. De purgat. Can. Bartol. 81.*

I. Antonini imper. lex est. Qui accusare volunt, probationes habere debent: cum neq; iuris, neq; ætatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspectiendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante qui convenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit. In eundem sensum *c. Accusator. 6. 2. 5.* Accusator, quod asseverat, probare se non posse profitendo reum necessitate monstrandi contrarium non astringit, cum per rerum naturam factum negantis nulla probatio sit. Idem asseritur in *c. Cum. Ecclesia Sutrina. De caus. poss. & propr.* Vbi Barb. plures DD. allegat. Et vulgatam regulam vocat. *Hypol. de Marfil. singulari. 169.* quæq; intelligenda sit, de absolutione definitiva. *Gloss. in Auth. Qui semel. C. quò & quando index. in V. quod locum.*

1) Sed in multis fallere *Gloss. annotau. in c. Vt nostrum. Vt eccl. benef. sine dimin. confer.* Ac Primò ratione præsumptionis aliquando onus probandi in reum transfertur. Secundò fallit, cum actor fundavit, actionem suam in iure communi. *cap. contra morem. Diss. 100. cap.*

omne basilica. 16. Q. 7. & lib. sive possidetis C. de probat. Terriò, quando reus sponte sibi sumit onus probandi. *c. circa. ff. De probat. Quartò* in communibus iudicijs utriusq; probatio auditur *c. ex litte. de probat. Quintò,* cum uterq; dicit se possidere. *c. licet de probat. & l. in trius. ff. De iudic. Sextò,* in crimine falsi utriusque testes audiuntur *l. vbi. C. de fals. Septimò,* in crimine læsæ maiestatis in Sacramentis desertis, in prodicione patriæ, & in crimine peculatus utriusq; testes audiuntur. *l. fallaciter. C. de abolit.* Deniq; privilegium actoris transfert onus probandi in reum: ut si mulier, aut pupillus repetat solutum tanquam indebitum, reus probare debitum tenetur *l. cum de indebito. ff. De probat.*

* * *

DIFFERENTIA 29.

Iure Canonico non est necesse in libello exprimere nomen actionis: c. *Dilecti. De iudic.* Secus Iure civili: l. 1. ff. *De edendo l. car. Ita. C. cod. Bart. 24. Gulvan. 6. & 97. Canibus 10.*

Libellus continet statum causæ, & intentionem actoris, cui accommodata probationes: eo fine necessarius ne actor variet, & à proposito suo declinet. An autem actionis nomen exprimendum sit, ambigitur? Vlpiani decisio est, in l. *cit. ff. De eden.* Qua quisque actione agere volet, eam edere debet, ut nimirum sciat reus utrum cedere an contendere ultrò debeat: & si contendendum putat, veniat instructus ad agendum, cognita actione, quæ conveniatur, *Ita ille.* Petrus de ferrarijs in Practica sua explicatius, cum proposuisset questionem prædictam, an proprium nomen actionis in libello exprimendum sit; cum distinctione respondet. Si causa, quæ proponitur apta est unam solam actionem producere, sufficit illam exprimere, & nomen actionis tacere. v. gr. Titio commodavi talem librum, quem peto condemnari ad restitutionem, nec opus est dicere. Ago actione commodati. Si autem causa apta est plures actiones producere, ut patet in exemplo de colono, qui arbores succidit. *h. duobus. S. Co-*

lonus ff. De iureiur. Quo casu dantur tres actiones. videlicet ex locato, legis *Aquiliana, & ex l. 16. tabul.* & exprimi debet nomen actionis quam intentare volueris, ut reus cognoscat institutæ lius qualitatem, seque ad pugnam armis muniat.

II. Alium modum Canones approbant. *Alexand. III. in cit. c. Dilecti.* Provideatis, *inquit,* ne ita subtiliter, ut à multis fieri solet, huiusmodi actio intenteur, inquiretis. Sed simpliciter, & purè factum ipsum, & rei veritatem secundum formam Canonum, & sanctorum Patrum instituta investigare curetis. *vbi Gloss.* notat non teneri quem, posse tamen nomen actionis exprimere in iudicio Ecclesiastico. Interdum tamen necessarîo videtur exprimenda, puta, cum ex una causa plures actiones oriuntur. Nam aliter fit condemnatio in una, aliter in alia: sed causa petendi semper exprimenda est. *c. fin. De libel. obl. c. pervenit. De cens.*

* *

* *

* *

Secundùm leges qui plures actiones in libello habet, vnam eligere debet. *l. non est novum. ff. De act. empti.* Secundum Canones autem plures simul exhibere potest. *c. Querelam. De elect. c. Dilectus. de capell. monach. Galvan. 98.*

I. *Glossa in cit. c. Querelam. v. Petens.*

Pa. et. inquit, duas actiones simul proponi posse in eodem libello. Et in *c. Dilectus.* ubi *M. Synlicus* pectorium, & possessionum simul intentabat, duæ actiones simul in eodem libello possunt proponi: sicut & de possessione soli interdicto unde vi possum experiri, & de rebus vi ablati, ad exhibendum, vel vi honorum rapt. *ff. De vi, & vi arm. l. 1. §. si fundus,* de quo, & pro eadem re possunt ista duo simul intencari, & ab eadem parte ut hic, & supra. *De causa poss. & prop. c. 2. 3. & 4. c. Cum dilectus. & c. Pastoralis.* Vnum quoque iudicium sufficit ad plures societates. *ff. pro socio. l. cum duob. §. si plures:* & hoc fit causâ dirimendarum litium, *arg. l. non est novum. ff. De act. empt.*

II. Ex his colligitur, non valdè disparem juris civilis sensum esse, cum *l. citata.* Non est novum. Manifestè dicat duas obligationes in eiusdem persona de eadem re concurrere, indeque *Bartol.* deducat duas actiones inferi posse in uno eodemque libello. *Diversarum*

enim rerum nomine potest quis diversis actionibus uti, cum videlicet ita connexæ sint, ut eodem iudicio debeat queant. Tunc igitur ex pluribus vna eligit actor, quando propter diversitatem simul expediri non possunt: alio modo, cuius probationes faciliores sunt, & onus probandi in adversarium transferri patitur. Ita *suadet Decianus l. c. 21. num. 11.*

III. Iure Canonico absolute permittitur plures actiones simul exhibere, & peragere, ut supra *Differentiâ 139.* indicatum est. Si quis ex. gr. clericum in loco sacro percusserit de iniuria simul, & sacrilegio accusari potest. Similiter si adulterium quis committat cum concubina, utriusque reus agatur adulterij & incestus, *c. 2. & ult. De eo qui concub. eam, quam poll. per adult. v. Dynum in l. Nullus pluribus. num. 49. Decianus in §. Quoties. ff. cum allegatis ab eod.*

* *

•

XXXI.

DIFFERENTIA 31.

Offerens se liti Iure civili condemnatur, ac si possideret rem, quæ peti-
tur. *l. Is qui se 25. ff. de rei vendic. l. Qui se liti. 45. ff. De petit. hæ-*
red. Iure Canonico secus. c. Ecclesia S. Mariæ 3. Ut lite pendens.
te. Bart. 38. Io. Bapt. à S. Blas. 86.

Causus est. Aliquis possidet hæredita-
tem mihi delatam: Titius offert se,
dicens se possessorem esse, cum revera
non sit. De hoc *Ulpianus in l. cit.* Is qui se
obtulit rei defensionem sine causa cum
non possideret, nec dolo fecisset, quò
minus possideret, si actor ignoret, non
est absolvendus; sed iuxta *l. Qui se liti.*
condemnatur, nisi evidentissimis proba-
tionibus possit ostendere, actorem ab i-
nicio litis scire eum non posse: quip-
pe modo non est deceptus. Condem-
natur, dico, in hæreditatis petitione, ac
si possideret.

II. Sed Iure Canonico prædictus ca-
sus non habet locum, quia in negotiis
Ecclesiasticis non censetur possidere, li-
cet quis id asseveret: cessantque prædi-
ctæ leges civiles, ne delictum personæ
vergat in damnum Ecclesiæ, contra *si*

Episcopum 16. Q. 6. & c. Cum venerabilis.
De exception. Quomodo autem ex c. Ec-
clesia Sancta Mariæ. in it. Ut lite pendente.
contrarium deducatur illius, quod ex Ju-
re civili *Bartol. & Io. Bapt. à S. Blas.* allegat
difficile est iudicare. Nam aliud ibi non
docetur, quam eum, qui rem litigiosam
alienavit, ita ut rehaseri nequeat, æquiva-
lentem substituere debeat in locum il-
lius, quam iniuste alienavit. Illud tamen
servire aliquantum potest, quod Pon-
tifex monasterium A. non permittit pos-
sessoris loco haberi, postquam bona Ec-
clesiæ B. malè usurpata alteri locationis
titulo assignavit, sed æquivalentem pos-
sessionem prædictæ Ecclesiæ ad arbi-
trium bonorum virorum attribuit, ita ut
lis omnis inter ipsam, & monasterium
cessaret.

XXXII.

DIFFERENTIA 32.

Secundum leges non valet citatio, nisi assignetur terminus. *l. 2. ff. si*
quis in ius vocatus non ierit. secundum Canones verò valet. *c.*
Cum parati. De appellat. Gabvan. 37.

Citatio defensionis aliqua species
est, iure naturali necessaria ad iudi-
cij constitutionem, ita ut nec à principe o-
mitti debeat. *Cl. Past. d. Caserum, de re iud.*
Bald.

Bald. in l. Cum fratrem. C. De his, qui ut indign. Menoch. l. 1. de arb. Q. 16. Modus in ea servandus non in omnibus, & apud omnes idem est, ut in presenti Differentia apparet, vbi determinatio diei requiritur. Nam ex legum præscripto dies (qui non sit feriatas) & terminus comparandi in citatione apponendus est. *l. cit. si quis. l. fin. C. de fer. Iason in l. 1. ff. De non. op. nunc. vbi dicit, communem esse. Bartol. in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de verb. oblig.*

II. Secundum Canones autem non servari ex *c. Cum parati. Galvanus* colligit existimat secutus interpretum conjecturam, quamvis nihil expressum invenitur, sed *Glo. ex v. Suus nuntius* argumentum sumit simplici nuntio credendum esse etiam in alterius præiudicium. *ff. De reb. eor. qui sub tut. l. magis. §. illud.* Item nuncio publico iurato fideliter exequenti officium suum bene creditur circa citationes. *Boërius Par. 2. Decis. 235. pro-*

posita quaestione an citatio sine die valeat? in utramque partem multis DD. nominatis, quorum aliqui affirmativam, alij negativam partem sequuntur, in confirmationem opinionis affirmativæ adducit *c. Cum parati*, quod eam in finem quotidie allegari soleat. Et taliter citatus, inquit, comparare debet, quamprimum potest, horam præfinitam & loco consueto, vbi exerceri iudicia solent. Adit, ex stylo Curiarum regni Gallie non solere in citationibus apponi diem, & horam.

III. In hoc ergo Jus Canonicum civili diffidere videtur, quod hoc semper assignet terminum, illud pro qualitate negotij & personarum aliquando mittat. *v. Andr. Geill. l. 1. observ. 53. vbi ex Felino in c. Quoad consultatum, De re iudic. notat citationem ex usu Juris Ecclesiastici ad diem feriatam valere, quia non illo, sed sequenti die processit.*

XXXII.

DIFFERENTIA 32.

Iure Canonico admittitur positio negativa, & improbabilis, si Iudicium æquum videatur. *c. Statuimus. De confess. l. 6. l. Actor. C. De prob.*

Iure civili autem illa tantum, quæ probabilia sunt, poni debent. *l. 1. §. quod observari. C. de iuram. calum. Bart. 159. Galvan. 16.*

INNocentij III. Decretalis est, quæ citatur. Statuimus, ut positiones negativas, quæ probari non possunt nisi per confessionem adversarij Iudices admittere possint, si æquitate sua dente viderint expedire. *Casum singe. Titius & Caius coram iudice competenti litigant, lite contestata Caius inter alia positiones negativam misceat, merum factum continens, & probare non potest. Quæritur, an admittenda sit à iudice. Dicendum, quamvis rigore juris attenta*

recipiantur negativæ positiones, secundum Canones tamen esse admittendas ex æquitate, adeò, ut si iudex reiiciat, appellari queat. Quid autem positio, & quorsum inventa sit, quemq; effectum in iudiciis habeat, à Glossâ explicatur in *cap. Statuimus*. Fuerunt inventæ positiones, ut qui ponit relevetur ab onere probandi per confessionem adversarij; iisq; tenetur pars adversa respondere personaliter per verbum *Credo, aut non credo*, mediante suo juramento, quod practici juramentum dandorum vocant. Iudicis autem est discernere, quænam positiones idoneæ, vel impertinentes sint, & per sententiam interlocutoriam approbare vel reiicere.

II. Quod autem dici solet, positionem negativam probari non posse, quòd non entis nullæ proprietates sint; quæque in rerum naturâ non sunt, scientiam nostram fugiunt, distinctione indiget. Triplex enim negativa est, Facti, juris, & qualitatis. *Accus. lib. 2. ff. De probat.* Negativa meri & simplicis facti non est probabilis, ut si dicas, Titium non solvisse, aut numerasse pecuniam.

At negativa facti determinati, probari potest, ut si dicas, pecuniam à te certo die ac loco numeratam, probabitur negativa opposita te eo die in tali loco non fuisse. *l. optimam. C. de contr. stipul.* Negativa qualitatis est, cum de personâ aliquâ negatur qualitas requisita, v. gr. pecuniam habere, ut solvat: eaq; negativa ab eo probanda est, qui intentionem suam in eo fundat. *l. si in illâ. si ita stipulatus ff. De verb. obligat.* Similiter negativa juris probanda est illi, qui in eâ se fundat, puta, si neget quis aliquid legitime & secundum formam juris factum esse. Exemplum habes in *l. 5. ff. de probat.* ubi qui emancipationem rite factam esse negat, ad probandum cogitur. Idem autem negativa hæc probanda est, quia omnia præsumuntur legitime & secundum juris præscriptum facta, quamdiu non probatur contrarium. *V. Marant. Par. 6. iudic. §. Quartus actus. n. 13. & seq. Mynsing. l. 3. Institut. tit. 20. §. sed cum hoc. n. 7. Bronchorst. Cent. 2. Ass. 92.* Hodie positionum, & articulorû discrimen non observari sollicitè ut olim, *Gaill. mo. net ex ordinat. & usu Camera. l. 1. Obs. 79.*

XXXIV.

DIFFERENTIA. 34.

Iure Canonico actio injuriarum ad heredem transit. *cap. In litteris. de raptorib.* Iure civili non transit. *l. si eum §. iniuriarum. ff. si quis cautionib. in Iud. silent. & Io. Bapt. à S. Blasio. §. 50. Decianus lib. 2. cap. 19. num. 13.*

I. Injuria dicitur primò negativè omnè illud, quod non jure fit, sic & absq; peccato fieri potest. *Secundò*, ut contrariò opponitur juri, & eatenus est culpa. *l. Aquil. l. 1. damnum iniuriâ datum, seu jus iniquum & iniustum. Institut. e. d.*

Antinomia

Z

e. d.

*cod. tit. init. Græci ἀνομιαν, & ἀδίκον
vocat. Tertio, usu loquentium, quod
contra alicujus honorem fit, specialiter
injuria dicitur ff. *cod. l. 1. & l. Item apud
Labeon. Hoc autem dupliciter contingit,
Re, facto, aut verbis. Re quoties manus
inferuntur: Verbis quando convitium
dicitur. l. 1. §. 1. ff. De injur. idq; varijs
modis, V. Sylvestr. V. injuria. num. 1. E-
jusmodi injuriam passo datur actio l.
Cornel. in eum, qui læsit. Sed non datur
jure civili hæredibus illius, nec adver-
sùm hæredes injuriantis, nisi lite cum
injuriatore contestata. l. si eum §. Qui in-
juriarum. ff. si quis cautionibus. & Oldend.
classe 7. actione 10. Treutler. Vol. 2. Disp.
30. num. 7.**

*II. In c. In litteris De raptorib. Alex-
ander III. Episcopo Claremontensi
mandat, ut hæredes incendiarii cujusdam
moneat, & compellat juxta facultates
suas condignè satisfacere illis, quibus
per incendium aut alio modo damna
contra justiciam irrogarat. Ex quibus
Joan Bapt. à. S. Blasio infert, actionem in-
juriarum in hæredes transire: de proinde
ad compensandum damna iniquè facta
accusandos esse, quæ erit actio civilis, ex
qua omne debitum reale ab hæredibus
exigitur. Hic habes, ait Glossa quod hæ-
redes teneantur pro delicto defuncti iux-
ta facultates suas, id est, vires hæredita-
tis. Nam inventario confecto ultra non
tenentur. Bartolus ibidem. Hæres tenetur
exonerare conscientiam defuncti, ejusq;
debita solvere, & illata damna refarcire.
Cened. ad Decretal. Collectan. 40. num.
4. Graviter enim peccat differendo absq;
justa causâ executionem voluntatis de-
functi, tum contra eos, quibus bona de-*

*functi sunt debita, quibus invitis injuste
detinentur, tum contra defunctum, ip-
sum quoad eleemosynas, suffragia, & alia
legata pia. Nam illorum executio licet
defunctorum merita non augeat, satisfac-
tionem tamen pro peccatis illorum o-
peratur, adeoq; in causâ est, ut a poenit
purgatorii citius liberentur, & divino
fruantur consortio, cum habeant suffra-
gia unde solvantur. Grass. l. 1. c. 26. n.
1. Petrus Navar. de rest. l. 3. c. 4. Covar.
l. 3. Variar. c. 3. n. 7. ubi Panormitanum
refellit, qui negat differentiam inter ju-
Canon. & civile esse in præsentî matè-
riâ, & ideo hæredem teneri ad compen-
sationem damni per defunctum illati,
quia tacitè saltem decedens cum signis
conitionis promittit, & iniungit illi
damni compensationem, ita quidem, ut
hæres ratione huius tacitæ promissionis
aut p.cepti potius, quam ex delicto tene-
atur. Ex quâ doctrinâ sequitur hære-
dem usurarii, si is cum peccatorum suo-
rum detestatione, & poenitentia mori-
tatur, ratione delicti non teneri ad restitu-
tionem usurarum quod repugnat c. Tu-
nos. 9. De usur. ubi Alexand. III. definit,
usurarium filios ea distinctione ad re-
stituendum usuras cogendos quâ cogè-
rentur, si viverent patres illorum. Cogè-
rentur autem æquè poenitentes, & im-
poenitentes. Nec dixeris: quod Panormi-
tani effugium est: Usurarium non tene-
ri ex delicto, sed quasi contractu, nempe
conditione indebiti. Gloss. communiter
approbata in c. Michael de Usuris. quia
contractus usurarii cum delicto fiunt,
adeoq; saltem in foro conscientie ad re-
stitutionem eorum, quæ iniquè lucrati
tur per usuras, obligatus est: camque
obli-*

obligationem in hæredes cum malè par- non intulerint: non minùs, quàm fu-
tis transfert. Ac proinde tenentur satisfacere læsis, quamvis per se ipsi damnum
rur, raptorum, & incendiariorum
hæredes.

CLXIV

DIFFERENTIA 35.

Qui proponit exceptionem peremptoriam post fundatam intentionem actoris & in probatione illius deficit. Iure Canonico condemnatur actor in expensas. *c. sinem litib. De dol. & cont.* Iure civili autem talis condemnatio non fit, nisi in fine causæ, ubi victus victori in expensas condemnatur. *l. properandum. §. Sin autem. C. de iudic. Bartol. 77.*

I. Exceptio est actionis, vel intentionis agentis exclusio. *l. 2. ff. De except.* Alia est facti, alia juris. Facti, quando nullo iure actor agit, V. gr. ex mutuo, quod nunquam dedit. Iuris, quæ actionem iure competentem excludit, Exceptiones iuris quædam sunt dilatoriae, & temporales, quædam perpetuæ, & peremptoriae. *§. Appellatur. Inst. De except. l. 2. & 3. ff. eod.* De peremptoria loquitur citatorum *c. sinem litibus de dolo & contum.* cuius summa est.

II. Qui fundatâ intentione actoris exceptionem peremptoriam obijcit, quâ non probat in continenti, sed accipit iudicis, si defecerit in probando, condemnatur statim non expectatâ definitiva sententiâ in expensas & solvere cogitur. Quod si non potest, punitur in corpore secundum arbitrium iudicis. Idem valet in exceptione dilatoriâ, si calumniosè proponatur ante litem contestatam, deque eo evidenter constet.

III. In foro civili alia praxis est. Non

enim nisi iudicio absoluto, & sententiâ latâ victori victus in expensis condemnatur *c. sin. de pena calum. Auth. De iudic. §. Oportet. Collat. 6. Auth. Generaliter. §. Et si C. de epis. & cler.* Sed hic distinctione opus est, & dispiciendum, an habuerit reus probabilem causam litigandi, vel non: & utrum sit iuramentum calumniæ præstitum quo facto non debet condemnari in expensas, quia non præsumitur quis immemor suæ salutis. *c. Sancimus 1. Q. 7.* Non condemnatur in expensas, quia habuit probabilem causam litigandi. *V. Gloss. in c. cit. Finem litib.* Aliqui nihilominus tenent nulla distinctione opus esse, quia eo ipso quod succumbit, malam causam habuisse præsumitur. *arg. C. De ep. & cler. & Auth. Generaliter.*

* *

* *

Z 2

CLXV. DIF.

Iure Canonico exceptio dilatoria excommunicationis in quacun- que iudicij parte opponi potest *c. 12. de except. c. Pia. cod. in 6.* At iure ci- vili non licet ullam exceptionem post litem contestatam proponere. *l. fin. C. de except. c. inter monasterium. de sentent. & re iudic. nisi no- viter orta, vel detecta sit. c. Pastoralis. de except. & l. 2. de consortibus eiusdem lit. Ioan. Bapt. de S. Blas. 94.*

LGregorij IX. Decretalis est *in c. 12. citato*, exceptionem excommuni- cationis in dilatorijs proponendis reus scienter omittens in qualibet parte litis opponere non prohibetur, intellige, contra actorem, quod est in hac exce- ptione specialiter observandum, quia per illam fit præiudicium actioni inten- tate, caveaturque ne quis cum periculo animæ suæ excommunicato communi- care cogatur. Quod si eam omiserit ut actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. *Annotas Glossa* speciale hoc esse, nec in aliis usitatum, ut qui ex certâ scientiâ dilatoriam exceptionem omittet, eam opponere possit, quandocunque libuerit, ita tamen ut excipiendo speciem excommunicationis, maior, an minor sit, exprimat: alias de minore accipietur in odium ipsius excipientis, *Barb. Axiom. 91 n. 3. & 4.*

¶ I. Fori civilis alia observatio est. Non enim permittitur, ut in causâ prin- cipali omiſſa exceptio in causâ appella- tionis opponatur *l. ita demum. C. de pro-*

curat. Et dilatoria exceptio ante litem contestatam proponenda est. *l. fin. C. de exc.* Præscriptiones fori à principio litis à litigatoribus opponendas esse legum decrevit auctoritas.

Cur autem in foro ecclesiastico aliud servetur à Pontifice insinuata causa est, ne excommunicatus, cui aliorum inter- dictum est commercium, in publico iudicio locum habeat, cogaturq; illi re- pondere accusatus contra receptam ec- clesie consuetudinem. Notat præterea *Barb. in V. nihilominus est repellendus* quod exceptio excommunicationis, non solum à reo, sed etiam ab ipso iudice ratio- ne officii sui opponi queat. *Socin. in 14. Sacru. n. 337. De sentent. Lancel. l. 3. n. 8. Canif. l. 4. tit. 6. excomm. Sanchez. De Matrim. l. 3. Disput. 22. num. 36.*

* *
*
—

Secundum leges exceptio adulterii contra maritum non prodest uxori, cum accusatur ad poenam civilem *l. si uxor. 13. §. Iudex. ff. De adul.* sed secundum Canones prodest, in foro Ecclesiastico, cum ad separationem thori agitur *c. intelleximus. De adul. c.*

I. de ord. cognit. Galvanus 76.

IN c. Intelleximus. De adul. & stupro mulier quaedam à viro adulterij accusata, replicavit in ipsum; quod fuerit fornicatus. Vnde DD colligunt apud *Barb.* quod uxor accusata de adulterio, de ipsius mariti adulterio excipere possit. *Covar. De sponsal. par. 2. c. 7. & alij, intellige, cum agitur ad separationem thori. Sanchez l. 10. Disp. 5. n. 2. & Disp. 8. n. 29. vel ad dotis & donationis propter nuptias amissionem. Quamvis enim uxor de adulterio accusata dotem ac donationem propter nuptias amittat, potest tamen contra virum excipere de eodem adulterio, & sic unius adulterium cum altero compensare: eaque exceptio etiam post litem contestatam deduci potest. *Covar. teste lo. cit. par. 6. Sanchez l. 10. Disp. 6. n. 12. & Disp. 9. num. 25. Laym. l. 5. Tr. 10. Par. 3. c. 7.**

II. Quod verò *Galvanus* exceptio nem adulterij non prodesse uxori accusatae ad poenam civilem dicit, ab aliis DD non recipitur per *text. l. si uxor 13. §. Iudex. ff. De adul.* Vbi iudici praescribitur attendendum, an maritus pudicè

vivens mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. Quae res potest & virum damnare. Quod si ex ipsius vinculi matrimonialis, & fidei natura argumentum sumere licet, cum illud in utroque coniuge parem vim habeat, eadem non servantis culpa & reatus erit,

III. Sed *Galvani* opinio legum auctoritate roboratur, quae viro accusante uxorem criminaliter non admittunt exceptionem similis adulterii in viro, quia in tali accusatione dispares sunt, cum multò turpior in femina, quam viro impudicitia sit. *l. 1. C. ad. l. Iul. De adul. Anton. c. fin. num. 5. De adul. Covar. Sotus, Ledesma, Penez apud Sanch. l. 10. Disp. 8. n. 33. & 34. Navar. Consil. l. 4. et. De divort. Conf. 3. Canis. in Sum. l. 3. cap. 18.*

Ioan. de la Crux in Direct. et. De Matrim. Q. 5. dub. 4.

* *

*

Illi qui vocatur ad iudicium, secundum leges 20. dierum dilatio conceditur pro deliberatione, cedatne, an litiget. *l. Offeratur. Auth. De litis contest. Iure Canonico autem arbitrarium est. c. Dilectus. De procur. Galvanus 52.*

I. **A**uthentica nominata iubet libellum accusationis reo dari, qui exinde præbitis sportulis, & data fide iussione viginti dierum gaudet inducijs, quibus deliberet, cedatne, an contendat, Judici alium associari perat, vel recuset eum, nisi ille sit, quem ipse alio recusato iam petierit: denique præsens interrogetur, an hoc tempus litis transferit. Vbi *Gottifr.* notat, nec terminum illum minui, nec illo nondum elapso procedi posse. *Lancelot. l. 3. tit. 7. Casif. l. 4. tit. 6.*

II. Sed his neglectis arbitrio Judicis permittitur à sacris canonibus induciarum tempus. *Gloss. inc. cit. Dilectus. v. Cedere.* Ex hoc patet, quòd induciæ deliberatoriæ arbitrariæ sunt, quia debent moderari secundum locorum distantiam, personarum, & negotij qualitatem, licet dicatur, *Viginti dierum gaudeat inducijs*: imò plus vel minus, secundum quod visum fuerit Judici expedire. *cap. Quoniam frequenter § si vero. Vt lite non*

contest. Aliæ verò induciæ, puta, quæ dantur ad appellandum, non sunt arbitrariæ. Nam ibi iudex nihil habet officij, & quoad consultationem *De re iudic.* Non aliter *Petrus de ferrar. in Pract. sua. tit. Forma libelli n. 7.* Non solum iudici, sed etiam parti libellus dandus est, ut in *Auth.* dicitur, Judici quidem, ut possit iuxta formam libelli proferre sententiam. *l. ut fundus ff. communi divid. parti vici,* ut possit deliberare, an velit cedere liti, vel contendere. *l. 1. ff. eod.* Fieri etiam potest, ut citationi insertus libellus absenti transmittatur, quod providet, & circumpectè faciendum monet *Gail. l. 1. obs. 5. n. 4.* quia in tali casu induciæ deliberatoriæ non sunt ulterius indulgentiæ. *c. Præterea. De dilat. vbi Glossa in n. Plenè Barthol. in Auth. Offeratur. n. 3. & in l. 2. ff. De re iud.*

* *
*

Iure Canonico propter absentiam rei fieri potest sequestratio: c. *Ex lit.* De dolo & contum. Secus Iure civili. l. *un.* C. De prohib. sequestr. similiter in aliis casibus secundum Canones fit sequestratio, qui in Iure civili non extant. c. *Cum dilectus.* De sequestrat. possess. & fruct. Bartol. 37. Io. Bapt. à S. Blasio 85.

l. Sequestratio necessaria, de qua sola hic, duobus modis fit, primo officio iudicis. secundò ad petitionem unius partis, & contradictionem alterius. Et hæc regulariter prohibita est utroque iure ante sententiam lite pendente. iudicium enim ab executione non debet inchoari. Andr. Gaill. l. 1. obs. 148. Glossa nihilominus in l. 1. C. De prohib. pecun. sequ. quatuor casus enumerat, in quibus liceat: undecim verò in c. 2. De sequest. v. sequestrari. 1. cum quis dilapidat fructus 2. cum appellatur a mero executore, fit rei immobilis sequestratio. l. ab executore. C. quorum appell. non recip. 3. Cum persona à qua res mobilis petitur, suspecta est. l. fideiussor. ff. qui satis dare cogantur. 4. cum timetur dilapidatio. l. Imperatores. ff. De appellat. 5. si quis proclamet in libertatem, sequestratur res ipsius. l. 2. C. De assert. tollen. 6. si colonus velit possessiones conductas deserere. l. fr. C. de agr. & cens. 7. Cum maritus vergit ad inopiam, sequestratur dos. l. si cum.

dotem. ff. soln. matrim. 8. quando timetur sevitia viri nec caveri potest c. *Litteras.* De restit. spoliat. 9. cum timetur sponsa, ne corrumpatur. c. *Cum locum.* De sponsalibus 10. cum aliquid est oblatum ei, qui est de familia iudicis. l. *Senatus consulto.* ff. De off. pres. 11. propter contumaciam. c. *Ex litteris.* De dolo & contum.

11. Ex his declarata & confirmata satis videri potest differentia hæc à Bartolo & Io. Bapt. à S. Blasio in medium producta. Si cui tamen lubet alios casus sequestrationum legere apud Abb. & Iacobum Satiagum in Repetit. c. 2. De Sequestr. inveniet. v. Vallens l. 2. tit. 17. Tholos. l. 23. c. 3. à num. 14. Vvesenbec. l. 16. ff. tit. 3.

* *
*

Secundum Canones instantia iudicij in causa principali non perit triennio, vel biennio. *c. Venerabilis. De iud. Iure civili secus. l. properandum. C. De iud. l. 1. C. Ut intra certum temp. caus. tam civ. quam criminales. Bart. 25. Ioan. Bapt. à S. Blasio 27. Galvan, 22. Canisius 11;*

Honorius III. ab Archiepiscopo Rayennate interrogatus, an decursu triennij prorogata causa, eo elapso perijissent? respondit, non obstante triennij lapsu iudicem delegatum in causa sibi comissa procedere posse. Vnde interpretes colligunt, instantiam iudicij secundum Canones esse perpetuam, & Honorij responsum extendi ad omnes Iudices. Quamvis enim loqui videatur de iudice delegato tantum, non fit tamen in eo vis, nec fundatur textus decisio. *Baptista Perus. De arb. l. 13. c. 2. Alexand. consil. 23. vol. 3. Maranta Par. 5. iudiciorum, 14.*

Nec obstare existimant *Conc. Tr. Sess. 24. c. 20. De reform.* ubi statuitur, omnes causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes etiam beneficiales in prima instantia coram ordinariis locorum infra biennium à die motæ litis esse terminandas. Neque enim præfigit instantiam causis: quia lapsò biennio acta non pereunt, sed partes, cum lubet, sequi litem possunt sub eodem iudice ordinario, vel Iudices superiores adire, & sic imponit terminum iudici inferori ad

causam finiendam, non tamen irritat acta processus. *Zerola in Praxi Par. 1. 7. Instantia, §. 4.*

11. Ius civile quod attinet, *Barbosa in c. Cum olim. De privileg. n. 7* fatetur communiter receptam esse differentiam inter leges, & Canones, quod secundum illas instantia in causa civili per triennium expirat iuxta *l. properandum. C. de iudic. non ita tamen secundum canones. Glossa 1. in c. ult. De dolo & contum.* sed hoc non habere locum citatam legem *Properandum* idem *Barb. notat in c. Venerabilis. De iudic.* præsertim in Consistorio Imperialis Cameræ teste *Mynsingero Centur. 2. obseru. 48. n. 4. vbi ait.* Instantia in Consistorio imperialis Cameræ non perit triennio in causis civilibus, licet in criminalibus duret tantum biennio, sed perpetuo durat, sicut etiam Iure Canonico. Consentit *Andr. Gaill. l. De pace public. c. 9. num. 15. Hartman in Miscellan. c. 1. obseru. 16. Covar. in c. quamvis paratum. De pactis,*

* *

* *

DIFFERENTIA. 41.

Iure Canonico multa per denunciationem Evangelicam expediuntur quae secundum leges omnino remedio destituta sunt. c. Novit. De iud. c. si peccaverit. 2. 2. 1. Bartol. in Extrav. Ad reprimendum. v. Per denunciationem. Io. Bapt. à S. Blas. 18.

I. Denunciatio triplex est, iudicialis, Canonica & Evangelica. Iudicialis iterum duplex, publica & privata. Canonica à sacris canonibus reportata nomen habet. Evangelica ab Evangelio. Matth. 18. v. 15. si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum &c. Finis est emendatio peccantis, ut vel proximi, vel communis bono provideatur. Ac proinde non ex iustitiae vindictivae, sed charitatis motivo procedere debet. Vt mur enim illa ad quemcunque proximi lapsum, sive errorem corrigendum iuxta ordinem à Christo praescriptum, & non ut Maranta restringit Par. 6. De ord. iudic. 5. De denunciat. quando aliquis contra conscientiam, & cum peccato rem alienam possidet, ut per Praelatum Ecclesiasticum restituere cogatur. Imo ad futura quoque peccata extenditur, impedienda scilicet, quando ex coniecturis probabilibus praevidentur, aut timentur. Ista namque est latitudo charitatis, ut quos gremio suo complectitur ab omni malo praesenti, & futuros liberos esse desideret.

II. Et generalia sunt ista, Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter

te, & ipsum solum. Si peccaverit, inferendo quamcunque iniuriam, verbalem, aut realem, dicto, facto, vel conatu. Si peccaverit, in patriam, recip. in concives tuos. Nullum malum, quod avertere monendo, aut denunciando, potes, negligendum existimes. Vt malum in te, sic in fratre tuo oderis. Magnum & efficax remedium correctio est. Per illam teste Bartolo in Extrav. Ad reprimendum. Reparantur multa, quae sunt auxilio juris civilis destituta: illa nimirum, quorum accusatio privatis hominibus adempta, quae in lucem, & conspectum hominum proferre illicitum. Charitatis enim potissimum habenda ratio est, ut superiori non tam ut iudici, quam ut patri manifestentur, quae emendatione indigent: nec prius iudicii monstretur acerbitas, quam charitatis sprete fuerit benignitas, v. Panorin in c. Novit. De iud. Silu. & al. Summ. in v. Denunciatio. Laym. 1. 3. tr. 3. cap. 4.

* *
*
—

Antinomia

Aa

CLXXI



Lure civili non potest fieri denunciatio, nisi de certis quibusdam criminibus. *c. un. Vi. eccles. benef. sine diminut. conferantur.* Lure Canonico autem de omnibus licet. *c. novit. De iudic. c. si peccaverit. 2. 2. 1. c. si quem §. abolitio. 2. 2. 3. Galvanus 36.*

I. **O**diosa est litium multiplicatio, alienos mores criminantium immoderata libido: multi, quos ulcisci præ imbecillitate non licet, iudicis sententia depressum eunt: iuste an iniuste nihil pensi. Quam ob rem nec accusare cuilibet, nec denunciare de quolibet delicto leges permittunt. Ne autem impunita maneant flagitia, olim magistratus officiales, deputabant, qui reos criminum deferrent: hoc tempore in eundem finem Syndici constituuntur. Quem morem in Italia communem esse Marian. testatur in *c. Qualiter & quando. num. 30.* In multis etiam Germaniæ locis observari scimus.

Lure communi autem permittitur omnibus illis, qui à potentioribus afflicti, oppressive ab accusatione repelluntur. Cujus generis sunt, filij servi derelicti, inopes, & omnes personæ miserabiles, viduæ, pupilli, orphani, infirmi, valetudinarij perpetuo morbo detenti, & similes. His officium iudicis implorare per denunciationem & querelam simplicem licet, quia unde iudiciorum solemnitatem, & ritus sustentent, non

inveniunt Abb. in *c. Novit. De iudic. Speculat. tit. de Denunciat. §. 2. Ostiens. in Sam. cod. Piafec. in Praxi Par. 2. c. 4. n. 14.*

II. Quod Galvanus asserit de omnibus delictis Lure Canonico denunciationem concedi, ita intelligendum est, si prudentia dicter, & charitas non laedatur. Nam primò denunciare non licet ea, quæ minus certa sunt, & cum damno proximi iniusto coniuncta. Secundo nec ea, quæ probare non valemus, saltem ita, ut iudex possit, ac debeat ulterius inquirere Excipe crimina contra fidem, ac Religionem Christianam: impedimenta matrimonij quoq; quæ ad impediedum peccata, etiam si probationem desint, manifestare licet. *V. Henric. l. 11. De matrim. c. 14. n. 5. Gutier. l. 1. quæst. Canon. c. 11. n. 27. & 28. Sauch. De Matrim. l. 3. Disp. 13 n. 1. Silu. V. Denunciatio. Vallens. l. 5. tit. 1.*

§. 5.

* *

Secundum Canones tenetur quis furem indicare, nec pro eo quicquam accipere potest, c. *Qui cum fure. De furt. secus iure civili l. si ob turpem. ff. De condict. ob turp. caus. l. solent. ff. De præscr. verb. lo. Bapt. à. S. Blas. 98. Galvan. 72.*

I Brevis, & nervosa est cap. *Qui cum fure. sententia.* Qui cum fure partur, occidit animam suam. Non tar solùm, sed ille reu tenetur, qui furti confcius quærente possessore non indicat. *ibi Gloss.* Habes hic, quod quis tenetur indicare furem: imò quodlibet peccatum patratum, aut patrandum, quod recipit augmentum, multiplicationem, aut continuationem mali. *Angel. & Silu. in V. Denunciatio n. 2. Casus l. 4. tit. 9. l. At. ar.* cur furti reos potius indicare, quam aliorum criminum Sacri Canonis mandant, siquidem, teste *Soto l. 5. De iust. Q. 3. art. 1.* furtum est minimum inter peccata contra Decalogum, quorum aliqua famam proximi alia vitam tollunt? An quia communitatis quietem & tranquillitatem turbat domesticos meru complet, cives inter se committit, fiduciam amicis eripit? Denique non minus vitæ aliorum, quam fortunis infideli, & quicquid sumipuit alienâ morte resturus fur creditur. Quam ob causam leges cum telo deprehensum etiam interdiu necare permittunt. *l. Itaq. ff. ad l. Aquil.* Merito igitur indicandi fures, & furta sunt, ut ma è ablata sibi quisque recuperet, curæ ac suspiciones cessent, nec ad indagandum fortilegi, ac divinatores adhibeantur.

11. Quod jus civile attinet *Gostrifr.*

ad l. si ob turpem caus. ff. De condict. ob turp. caus. colligi inde putat neminem tenent ad furem iudicandum, qui verò non indicant fures, aut servos fugitivos non censeri fures, & si quid eo nomine acciperint, culpâ vacare, nec timendam illis conditionem ob turp. causam. Quod facile intellectu est, attendendo Theologorum distinctionem. In manifestatione furis, aut cuiuscunq; rei duo sunt, ipse actus manifestationis, qui à iustitiâ vel charitate imperari potest, & labor ipsi conjunctus, cura, vel industria. Quatenus est virtutis actus, nullo pretio, aut premio temporali compensari potest, ut nec pro deposito, aut re inventa conservata aliquid pecunia estimabile exigi potest, sed labor & molestia tali operi annexa, cum nihil spirituale sit, mercedem, aut premium exigit. Atq; ita in totâ materia Simonie Theologi morales, & Canonistæ ratiocinantur, quærentes, quo iure ministri Ecclesiæ, pro orationibus, sacrificijs & Sacramentorum administratione reditus accipiant. Nec alius est legum, quæ pro contraria parte citantur intellectus, quam pro iudicio furis, aliove iustitiæ actû recipi nihil posse, si demas laborem, & impensas. *V. Dom. Soto l. 7. De iust. c. 3. art. 1. Less. c. 18. Dub. 4. & c. 40. Dub. 3. n. 14. Laym. l. 3. tit. 4. c. 1.*

A a 2

CLXXIII.

Secundum Canones praelatus Ecclesiasticus potest procuratorem constituere in causa ecclesie sue etiam ante litem contestatam. *c. petitio. De procur.* Iure civili autem non potest, nisi post litem contestationem, ad instar tutoris, vel curatoris *l. Neque tutores. C. eod. c. Edoceri. De rescript. Io. Bapt. à S. Blas. 69.*

I. **B**onorum Ecclesie temporalium Prælatos non esse Dominos, sed curatores, & dispensatores cum alijs notat Innocent. in *c. Cum super. n. 3. & 4. De caus. poss. & propr.* Sunt enim patrimonium Christi *c. Cum secundum. De praben. & dignit.* propter Christum, & eius obsequium ac gloriam à fidelibus donata. Ided non sunt propriae, sed communes Ecclesie facultates. *Barb. in Prætermis. c. Ea enim 19. Q. 2.* Quisquis igitur omnibus, quæ habuit, dimisit, aut venditis fit rei sue contemptor, cui præpositus fuerit factus Ecclesie, omnium, quæ habet Ecclesia efficitur dispensator. *6. Expedis. 12. Q. 1.* In concil. Antiocheno quoque definitum est, ut episcopus habeat ecclesiasticarum rerum potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia, & timore Dei: & participet ipse, quibus indiget *c. Episcopus. eod.* Adde *Nazarri* monitum in *Tract. De redit. Eccles. Q. 1. num. 11.* sufficit episcopis, & alijs prælatis curam gregis habentibus administratio rerum Ecclesie, licet non habeant ullum earum rerum dominium. Nam neq; alii administratores civitatum habent dominium bonorum communium: sicut tutores

quoque & curatores sufficienter providet utilitati, & necessitati pupillorum, ac minorum. Hac doctrinâ ceu fundamentum nititur præfens Differentia, quamvis sacri Canonones non recipiant consequentiam inde sumptam à Legistis, quod Prælati Ecclesie non nisi post litem contestationem possit procuratorem constituere. Pro faciliori intellectu *cap. Petitio. c. tatis* episcopus attendendus est. Episcopus Muenensis in Livoniam profecturus constituit. M. & I. Canonicos Muenenses Vicarios suos, & procuratores generales pro ipso episcopatu: quibus negotia Ecclesie agentibus, & defendentibus oppositum est, non contineri in instrumento, quod constituit sine Synodici, & actores, seu procuratores generales. Qua re ad Innocent. III. pontificem delata rescriptum est, ex episcopi intentione colligi, potestatem ipsam veram agendi, & respondendi concessam esse *Vbi Glossa in V. actores.* notat, secundum Canones omnes administratores nomine procuratoris intelligi. *c. Saluator 1. Q. 3.* Est enim nomen generale. Hinc ergo colligunt à Prælati causa Ecclesie sue constitui procuratorem posse, quando cunq; viderit expe-

dire, ita, ut non oporteat, attendere illi, an litis contestatio facta, an futura sit: nec regula tutoribus, aut curatoribus præscriptæ Ecclesiæ perfides ligent.

II. Contrarium ex *cit. l. Neq. tutores* aliqui deducere conantur, certa an incerta ratione ambiguum. *Textus est.* Neq; tutores, neq; curatores ex sua persona in rem pupilli, vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent. *Item ipsi etiam tutores, & curatores post litis contestationem à se*

factam ad exemplum procuratorum, qui litem contestati iunt, dare procuratores non prohibentur. Non ergo, *Glossa* dicit procuratorem leges. permittunt tutoribus, & curatoribus, sed syndicum five actorem: & horum exemplo similiter Ecclesiarum prælati pro Ecclesia non possunt, nisi post litis contestationem procuratorem constituere. *Lancelo: l. 2. 3. insit. 2. ff. Canis l. 2. ff. 3. Sylvest. V. Procurator Roderic. Tom. III. regul. Q. 41. artic. 1. Vallens. l. 1. ff. 39.*

CLXXIV.

DIFFERENTIA 45.

Secundum Canones mulier esse procuratrix potest. *c. Cum dilecta. De confirm. utili, vel inutili.* secundum leges non potest. *l. Cum prætor. ff. De iudic. Galvanus 57.*

I. Procurandi munus non tantum in rebus, sed iudicijs quoq; mulieribus concedi ex *c. cit. Cum dilecta* manifestum est. Nam *Alexander III.* eum renovasset privilegia Ecclesiæ Gardevensis, quia prædictum monasterium ad jus & proprietatem Apostol. Sedis pertinebat, ne jus illud indefensum maneret, Abbatissam procuratricem ipsius constituit. Vbi *Glossa.* Sic ergo femina potest esse procuratrix, sic & arbitra. *c. dilecti de arb. similit. & Iudex c. Cum devotissimam 12 Q. 2. Glossa consentiens Silu. V. Femina. n. 4. Femina, ait,* non potest arbitra nec iudicis, aut magistratus officium gerere, nisi in casibus, de quibus *Glo. §. I. 15. Q. 3.* puta, in spiritualibus, quia in temporalibus iudicare potest, ubi est consuetudo *c. Dilecti. De arb. nec postulare, aut procurare, nisi in causa propria & suorum, ut notatur in l. Femina ff. De*

Reg. iur. & §. Tria. Q. 7.

II. Contraria legum sanctio multis in locis comperitur, à civilibus muneribus removendas mulieres esse, non quia iudicio careant, ut furiosi, & amentes, sed quia id quod iudicii habent, propter inconstantiam sufficere magnis curis non videtur. Sed huic decreto derogatum consuetudine multis in provinciis liquet præcipue in regno Gallia; ubi Regina jurisdictionem ordinariam habere creditur, & de comitissa Matilda. idem *Accursus* affirmat. Audio tamen dicentes, extraordinarium id esse, nec communem sensum extinguere. Est omnino in mulieribus sexus fragilitas quæ illas à muneribus exclusit *Arnob. l. 7. con. gent.* Nec ulla femina ambidextra fit, si *Hippocrati* credimus in *Aphor. Sect. 7. c. 44.* & *Cicero* testatur *Or. pro Placco* non licere mulieribus sine tutorum, aut procuratorum

A a 3

ratorum

ratorum consilia quicquam agere. Item
Or. pro A. Caccinna, ne privatam quidem
rem sine auctore feminas agere maiores
nostri permiserunt. Multo magis igitur a
sceptis removendæ sunt. Non inficiabor

tamen plures ingenio, & virtute præcē-
lentes regnis præiussit, quod sacre &
prophane historie testantur. v. Tholof.
De rep. l. 7. c. 11. Lipsium in Monit. polit.
l. 2. c. 2. Adamum Conzen. l. 1. Polit. c. 26.

CLXXV.

DIFFERENTIA 46.

Secundum Canones in criminalibus absens condemnari potest post li-
tem contestatam, cum liquet de causa. Gloss. in c. Caveant. 3. 2. 9
Secus iure civili. l. Absentem ff. De pæn. to. ii. De requir.
reis. Io. Bapt. à S. Blasio. 62. Bartol. 8.

In c. Caveant. & sequentibus aliquot
nihil magis inculcatur, quam contra
absentem non esse procedendum, ut mi-
rari liceat, cur dissidere jus Canonicum
à civili dicat Bartol. & Io. Bapt. à S. Bla-
sio. Quod si ad exceptiones confugiunt,
utroque reperient, cessabitque legum,
& Canonum dissonantia. Illud tamen
Glossa in c. Caveant, asserit, videri suffice-
re, si absens diligenter sit requisitus, ad
hoc, ut ferri queat sententia, licet non
sit inventus. c. Causam. De dolo & contum.
c. Ex tua. De cler. non residente. l. properan-
dum §. & si quidem. C. de ind. Vbi Gottifr.
Hic erat mos iudiciorum, ut si liem ce-
ptam pars vna deseruisset, altera postu-
laret adversus illam edictum primum,
quod obtentum condicebatur absenti,
dato ei termino decem dierum. Eo non
comparente secundum edictum peteba-
tur, quod mox eidem absenti denuntia-
batur, additis rursus decem diebus. Eo
iterum non comparente tertium edi-
ctum fiebat, & mittebatur eidem ad-
dicto decennio. Non comparente il-
lo addebatur quartum & perempto-
rium. Interdum tamen omisso quar-
to edicto absens condemnabatur.
11. Et Gordianus Imperator l. 2. c.
Quom & quando iudex sent. proferte debeat.
Cessante causa peremptori edicti adver-
sum eos, qui admoniti adesse iudicio no-
luerunt, sententiam à iudice proferti
posse certum est. v. Vansium de nullit. §.
Ex defectu mand. compar. Ignat. Lopez in
Pract. crim. c. 153. num. 1. Andr. Gail l.
1. obs 109. Vbi docet, regulariter partes
ad audiendam sententiam citandos esse.
Partes autem præsentis sunt vere, vel
per interpretationem, puta, cum quis
verè aut fictè contumax est. l. In causa
cognitione. ff. De minor. 25. annis. Expli-
catus Greg. Tholof. l. 32. c. 24 n 10. Pro-
pter absentiam contumacem solemnibus
edictis vocatus, quando non comparuit,
damnatur, & per sententiam in eum ex
more iudiciorum privatorum irrogantur
pænæ in absentem pecuniaria, & infam-
iæ, & aliæ usque ad relegationem. Facit
Farinacius l. 1. q. 11. qui addit à communi
legum præscripto jus Canonicum excepti
& plenitudinem potestatis, quæ est in
summo Pontifice.

TIT V.

TITVLVS XI.

De Arbitris.

ARBITRI vel sunt Iuris, vel beneplaciti. Iuris, ut in causa suspecti Iudicis. *c. suspicionis. De off. delegati. l. Apertissimi. C. De iudic.* Beneplaciti, vel simpliciter per compromissum in aliquem qui de lite arbitretur, & statuat, prout æquum sibi videtur: & hic arbitrator, seu amicus compositor appellatur, eiusq; arbitrium boni viri est. *l. societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio.* Vel non simpliciter, sed cum adiecto, ut servato Iuris ordine causam decident. Et hi arbitri recepti, & arbitri compromissarii vocantur; deq; illorum arbitris dicitur, quod sint redacta ad similitudinem iudiciorum. Reuera enim iudices sunt, licet non publica auctoritate constituti: litigantes citant, libellum petitionis recipiunt, testes audiunt, & alias iudicii solennitates observant.

CLXXVI.

DIFFERENTIA I.

Iure Canonico valet compromissum in Iudicem ut arbitrum à partibus electum. *c. Cum tempore. De arb. Secus Iure civili. l. sed si in servum. §. si quis iudex. ff. De arb. Io. Bapt. à S. Blasio. II.*

ORTA lite inter Episcopum Mersburgensem, & Abbatem de Pigravia arbiter electus est Archiepiscopus Magdeburgensis, cuius sententiam Pontifex approbavit. *Hinc Gloss. in c. cit. Cum tempore colligit, quod ordinarius possit esse arbiter. argum. c. Causam qua de elec. & Auth.*

*Auth. vt differentes iudices. §. Si vero con-
tingit coll. 9. Item & delegatus. c. Litteras.
De presumpt. c. nisi. de prebend.*

A legibus verò id minimè recipi vide-
tur Nam in citato §. legimus. Si quis
iudex sit, arbitrium recipere eius rei,
de qua Iudex est, inque se compromitti
iubere prohibetur lege Iulia: & si sen-
tentiam dixerit, non est danda pœnæ

persecutio. Verùm rectè aduertit *Glossa*,
aliud non præcipi, quàm ne Iudex offe-
rat se, aut iubeat partibus, ut in se com-
promittant. Quòd si veritati & æquita-
ti consonum est, inter sacras, & profa-
nas leges, quod hanc materiam atinet,
nulla discrepantia erit, quemadmodum
Valensis quoq; notavit l. 1. tit. 43. §. 3.

CLXXVII.

DIFFERENTIA 2.

Secundùm leges femina non potest esse arbitra. *l. Pedius. 7. ff. De arb.
l. fin. C. cod. secundùm Canones verò nosse potest. c. Dilecti filii.
De arb. Io. Bapt. à S. Blasio 95. Galvanus 54.*

PRO excludendo ab arbitrijs feminas
non nisi negativum argumentum *l.
Pedius*. Suppeditat. At in *l. fin. C.* expri-
mitur. Sancimus, ait *Iustinianus impera-
tor*, mulieres suæ pudicitia memores, &
operum, quæ eis natura permisit, & à
quibus eas iussit abstinere, licet summæ
atque optimæ opinionis constitutæ in se
arbitrium susceperint, vel si fuerint pa-
tronæ, etiam si inter libertos suam inter-
posuerint audientiam, ab omni judiciali
agmine separari, ut ex earum electione
nulla pœna, nulla pacti exceptio adver-
sum iustos earum contemptores habeat-
ur. Ante quam constitutionem *Cuias
obs. 22.* existimat mulieribus inte-
græ famæ id licuisse. Nam & *Alcinoi u-
xor* apud *Homerum* dicitur inter viros li-
tes disceptrasse, & moribus Gallia mul-
lier inter beneficiarios, & subditos suos
ordinariam iurisdictionem habere po-
test: qui mores confirmantur in *c. Dile-*

cti. De arb. ubi *Innocentius III.* Iuris civi-
lis definitionem, & simul Francorum
consuetudinem, quæ feminis iurisdic-
tionem permittit, allegans, iubet arbitrium
servari, quod Regina Francia promulgat-
rat. Ex quo *Glossa* infert, clericos de tem-
poralibus compromittere posse in mu-
lierem alias de consuetudine iudicantem,
Nam consuetudo dat iurisdictionem
personæ, quæ alias ad iudicium inhabilis
est. *c. Cùm contingat. De foro compet. c. Di-
lecti. De arb. l. 1. & l. fin. De emancip. li-
ber. l. 2. C. Quæ sit longa consuetudo. Van-
tius quoque Tract. De nullitatibus. §. Ex de-
fectu iurisd. de leg. n. 72.* fatetur aliquan-
do dispensativè causas spirituales mulie-
ribus demandatas esse, prout legitur in
*c. Mariam 2. Q. 5 & per Gloss. in c. 1. v.
Mulieres. I 5. Q. 1. & in c. Dilecti. de arb.
Barol. in l. un. C. De mulieribus.* Addit iu-
re hæreditario feminas succedere posse
in iurisdictione, illamque per se ipsas ex-
ercere

ercere, sicuti de *Toanna Regina* referunt *Ostiens. Imola & Panorm.* attestantes eandem sepe visam in solio regio sedentem, & capitales sententias ferentem. Et cui non cognita est *Elisabetha* in regno Angliæ tranquilla, & diuturna gubernatio? annis propè 44. temporalem simul, & spirituales supremam iurisdictionem ut error suaserat, exercuit viri expertis cum magna Regum, Principum, ac populorum admiratione. Gallorum consuetudo mortuis Regibus potestatem matri in pupillos regni hæredes, & subditos permittit, ut supra indicavimus. Quod ra-

men, ut contra lucem, & evidentiam neget. *Connanus l. 1. Comment. Iuris civilis. c. 8.* Nulla gens, inquit, minus passa est feminatum imperium, cum lex Saliorum, id est, Francorum eas regni successione excludat. Vnde videmus reginas viro mortuo redigi ferè in ordinem sic, ut ne unquam quidem regni dignitatis obtineant. Neque mulieres, quamvis feudis succedant, iurisdictionem, quam suo iure habent exercere per se, aut in iudiciis affidere possunt. Ita ille cui collyrium magis, quam vituperium profuerit, v. supra Differ. CLXXIV.

CLXXVIII.

DIFFERENTIA 3.

Secundum leges arbitri, qui cognovit de causa suspicionis, illa probata cognoscit etiam de principali. *l. fin. C. De iudic.* Non ita secundum *Canones. c. Suspicionis 39. De off. iudicis delegati. c. Cum dilectus.*

De arb. Galvanus 48.

Casum finge. Reus N. coram iudice constitutus iustam suspicionis causam attulit, seque in arbitrorum electionem consentire professus est. Electi igitur arbitri sunt, quæritur, a quo terminus, intra quem suspicionis causa finiatur, præscribendus sit, iudice recusato, an arbitris electis? Respondet *Greg. XI.* non a iudice, sed arbitris terminum assignandum esse. Coram illis enim facienda probatio est, omniaque ad eum articulum spectantia ad ipsos pertinent. Iudici tamen arbitros, ut conveniant in unam sententiam, vel tertium concorditer advocent, cum quo duo, vel alter illorum id faciat, cogere potest, ne huiusmodi

mora principale negotium plus debito prorogetur. Vnde patet. Iudici reservari causam principalem: arbitros vero, ultra commissum se non extendere, ut in *c. Dilectus. De arb.* manifestè dicitur. Arbitri iudicare non valent, nisi de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.

11. jus civile quod attinet, contrarium sequitur ut post alios testatur *Andr. Gaill l. 1. observ. 33. n. 15.* Arbitri, inquit, a partibus electi secundum jus civile omissio articulo suspicionis in causa principali cognoscunt, quia cum causa libello non sit inferenda, nec per consequens probanda est *l. fin. C. de iudic.*

Antinomia

Bb

Canoni.

C. De iudic. Canonice uero aliter sentiunt, videlicet causam in libello recusatario exprimendam, & coram arbitris electis probandam esse. *c. cum speciali. De appell. si non probetur, aut illegitima fit ad iudicem antea recusatam remittendam.* Si autem probata fuerit suspicionis causa, tunc demum arbitros de causa principali cognoscere posse: sicuti cum pronunciat, quod appellatio ab interlocutoria sit iusta, quia tunc deuolvitur ad iudicem appellationis.

III. Vnde *Castrens. in l. apertissimi. C. De iudic. num. 8. contra speculatorem in 11. De recusat. n. 13* dicit, quod alius iudex dandus sit, vel superior cognoscere debeat. *c. cum speciali. De appell. Breviter* iure civili arbitri de causa principali: iure Canonico de causa suspicionis tantum

more predicto cognoscunt. In hac autem iuris utriusque diuersitate spectandum quid consuetudine receptum sit Nam forum consuetudine quaeritur. *c. Cuius contingat. De foro compet. c. Dilecti De arb. ubi Glos in V. Consuetudinem.*

Communis uero iudiciorum usus expressionem causae requirit, & sic Jus Canonicum obseruat, quod arbitri tantum de causa cognitionis cognoscant. Si de consuetudine dubium est in terris Imperii, & foro saeculari ius civile, in foro ecclesiastico, & terris Ecclesiae subiectis ius Canonicum seruandum erit. *Glos. in c. 2. De arb. in 6. V. lex civilis Panorm. inc. licet ex suscepto. De foro compet. Bartol. in l. Quia poterat n. 2. ff. Ad Trebell. Iasonis l. apertissimi n. 5. C. De iudic. Franc. in c. Cum speciali, n. 46. De appellat.*

CLXXIX.

DIFFERENTIA. 4

Iure Canonico ex tribus arbitris uno absente, requisito alii duo procedunt, valetque sententia eorum. *c. fin. De arb. in 6. secus iure civili. l. 17. §. Celsus. ff. De arbitr. Galvanus 58. Canilius. 3.*

I. Differentia haec ex utriusque Juris textu manifesta est. Nam *l. cit. §. Celsus.* legimus. Si factum fuit compromissum in tres arbitros simpliciter, non adiecto, quod duo ipsorum arbitrorum possint procedere sine tertio, si duo tantum procedant, non valet eorum sententia, & si tertius praesens contradiceret duobus, contradictio non noceret, tamen eius contemptus, & contumacia nocet, & reddit processum nullum. Sicut

dicitur, quod unus Canonici absentis nocet, quo minus ualeat electio per alios Canonico facta. *c. I. De his quaesum a maiori par. Capituli. Idem l. 39. ff. De re iudic. repetitur.* Duo ex tribus iudicibus uno absente iudicare non possunt: quippe omnes iudicare iussi sunt. Sed si adit & contradicat, statur duorum sententia. II. Huic constitutioni derogat *Bonifacius VIII. in c. statumimus* ut si ex tribus arbitris a partibus electis eorum aliquis ab alijs legit-

gitimè requisitus sed examinandum, vel definiendum unâ cum eis negotium, super quo in ipsos extitit compromissum, non curaverit, cessante impedimento legitimo, convenire duo præsentes, penes quos: licet lex civilis aliud videatur innuere: totalem eo casu remanere decernimus potestatem, possint, malitiosâ seu voluntariâ ipsius absentia non obstante, dictum examinare negotium & liberè definire sicut possent illo præsente, nec volente cum eis in unam senten-

tiam concordate in compromissis. Duo autem notanda sunt *Primo*, cum compromisso statutum est, ut sententia ab omnibus tribus concorditer feratur, cessare huius capitis dispositionem. *Secundò* non valere eam dispositionem in duobus tantum arbitris, ut uno illorum absente, vel nolente judicare alter solus procedat. Nam tertius in priore casu perfectionem quandam censetur præsens, quod in posteriore non habet locum. *V. Gloss. & Valens. l. 1. ff. 43. §. 4.*

CLXXX
DIFFERENTIA 5.

Iure Canonico sententia arbitri indistinctè per partes approbari potest, & debet. *c. Per tuas 9. De arb.* Iure civili tantum quando compromissum fuit stipulatione confirmatum, an pœna adiecta. *l. 2. ff. De arb. l. Cum antea. c. cod. Ioan. Bapt. à S.*

Blasio 196.

Differentia hic est non tantum inter jus Canonicum, & civile, sed etiam inter *Digestum*, & *Codicem*. Nam Iure *Digesti*, nisi pœna per stipulationem adiecta sit, aut compromissum stipulatione firmatum, non nascitur actio vel exceptio secus ac in sententiâ iudicis, ex qua semper actio, & exceptio nascitur. *l. In iudicati ff. De re iudic.* Iure *Codicis* ex arbitri sententiâ homologata, hoc est, expressè per subscriptionem, vel tacitè per silentium 10. dierum approbata actio nascitur. & exceptio, sive pœna fuerit adiecta, sive non *l. Cum antea D. De arb.* si juratum sit compromissum, statim nascitur actio: sin minus intra decem dies resilire licet. Sed *Iustinianus Imperator* postea vetuit, compromissum

cum iuramento fieri *Auth. Decernit in novum C. eod.*

11. Quod jus Canonicum attinet, compromisso standum præcipit, sive homologatio facta sit, sive non sive, pœna apposita, sive omissa sit. Nam etiam ex nudo pacto, ut supra dix. in *Differ. XXVIII.* actio datur. *c. 1. De pacto. c. Qualiter eod. Iason in l. in iurament. §. Igitur nuda Covar. in c. Quamvis. Par. 2. §. 4. n. 14. Fachin. l. 2. c. 100. num 1.* Agi præterea contra negligentem potest ad interesse *c. Per tuas. hoc tit.* Quod si compromissum utrimq; iuramento sit firmatum, ne quidem solutione eius, quod interest, liberatio contingit; nisi fortè iuramentum contineat turpitudinem,

B b 2

sive

five peccatum. *c. Non est obligatorium.*
De Reg. Iur. in 6. v. Gloss. Molin. Disp. 271.
Less. c. 18. Dub. 4. n. 24. Andr. de Vaulx.
l. 1 Parat. c. 43. §. 2. Silu. v. arbiter. n. 6.

Armillæ eod. n. 8. ubi cum aliis notat, contra sententiam arbitri iniustam, reductioni locum esse, ut viri boni prudentia & decisione vulnus sanetur.

TITVLVS XII.

De Testibus.

TESTES alii sunt integri, idonei, omni exceptione maiores. *l. Optimam. C. De contrah. & committent. stipul.* Alii suspecti, & minus idonei. *Glossa in l. 2. §. Idem labeo. ff. De aqua plu. arcen.* Ex his rursus aliqui vocantur viles, redempti, corrupti, mercenarii, falsi, singulares, domestici, varij, contrarii, vacillantes, intestabiles.

CLXXXI.

DIFFERENTIA. I.

Iure Canonico sola fama sufficit, ut excommunicatum vitare teneamur. *c. Cum desideres. 15. De sent. excomm.* Iure civili autem fama non facit plenam probationem. *l. De minore. §. tormenta. ff. De quest. Bartol. 30. Io. Bapt. à S. Blasio 50.*

ET sua famæ vox est accusando, & defendendo. Multis exitio, quibusdam salutis fuit. Loquax rana abditissimos recessus subit, occultissima pandit. Ut non sufficiat ad condemnationem, reos tamen facit. Certè ut excommunicati consortium evitemus, sufficere docet. *c. Cum desideres. De sent. excomm. & Clement. III. ubi de-*

cretum extat. Si publica fama est, aliquem verberasse clericum, nec Episcopus, nec alius illi communicare debet, nisi ad arbitrium Episcopi se de hoc purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur. ubi Glossa. si fama est, aliquem esse excommunicatum, vitari debet: atque ita famæ facit probationem: & fama imper-

die matrimonium contrahendum. c. Super eo. De consangu. & affin. Item propter delicti gravitatem infamatus à beneficio quoque, necdum ab officio suspendi potest, donec se Canonicè purgaverit. Tiracquel. De pœna temporali Causa 49. Menoch. De arb. Casu 89. n. 87. & seq. Et qui recusat se purgare de hæresi, officio & beneficio debet privari. Sancterell. in Tract. De hæresi. 41. n. 9. V. Barbos. in c. Inter sollicitudines. De purgat. Canon. Farinac. cum alijs multis l. 1. Praxis Crimini. Q. 47. n. 3.

11. His tamen minime obstantibus sciendum est, solam famam non sufficere ad condemnationem. c. Tua nos. De cohab. cler. Testibus enim, non testimoniis credendum est. Gloss. ibidem. ff. De test. l. 3. §. Item Divus. c. si testes 4. Q. 3. Auth. De instr. caus. Coll. 6. Et qui in purgatione deficit, non verè, sed præsumptivè censetur reus. Neq; juris canonici mens est famam in omni casu plenam probationem facere, sed in ijs tantum, quæ in jure exprimentur, & periculum animæ videntur minari. Addunt aliqui, quæ difficilis probationis sunt defectu meliorum Decius in c. 1. De appell. n. 13.

Nec multum ab his dissentire leges videntur. Bartolus enim cum alijs multis in l. citatâ. De minore. & docet famam cum uno teste plenam probationem facere in civilibus, non in criminalibus. Quædam esse tamen, in quibus sufficit famam esse, licet in veritate non sit, & tunc sufficere probationem famæ, ut l.

Barbarius. ff. De off. pras. Aliquando autem requiritur probatio veritatis, quod ita fit, & tunc quando ipsa fama, seu communis opinio facit, & inducit veritatem: sufficit probatio famæ: quando autem non inducit veritatem, tunc si fama probetur solum ex voce populi, non probatâ aliquâ præsumptione, ex qua populi vox originem trahat, fama non probat, sed est vana multitudinis credulitas. Meminerit ergo Iudex cum tribunali sedet, & de fama inquirat. Testis enim famam probaturus dicere debet, maiorem populi partem ita sentire, sed; audivisse maiorem populi partem id loqui: aliàs non erit probata fama. Si solum dicas quod est publica vox, & fama, non probat, quia non reddit causam per aliquid, quod percipiatur sensu. Non enim dicit se audivisse à maiori parte populi, sed solummodo, quod hoc dicitur. Dicere igitur debet, audiivi publicè dici à maiori parte hominū huius civitatis. Ita ferè Bartol. à Comitolo laudatus l. 1. Q. 127. n. 3. §. idè. V. Silvestr. in V. Fama n. 2. Canis. in Sum. l. 4. tit. 13. §. Soler etiam Avila de Censur. Par. 7. Diss. 10. Dub. 5. Navar l. 5. Consil. 21. & Manual. c. 25. n. 73. Less. c. 11. Dub. 13. n. 74.

* * *

Secundum leges non creditur dicto vnus testis. *l. iurisiurandi C. De testibus.* Secundum Canones vero aliquando fit. *c. parvulos Dist. 4. c. Cum itaque c. Nemo. De Simon. Bart. q. 1. Io. Bapt. à sancto Blasio. 89.*

COMMUNE dictum est, unus testis proficit, non sufficit: multumque iudicis arbitrio relinquitur, ubi, & quando plures adhibere oporteat. *Fachins. l. 8. c. 16. Menoch. De arb. Casu 99. n. 20.* sunt causæ, quæ plures duobus requirant. *c. Presul. 2. Q. 1. Less. c. 30. d. 4.* nulla tamen est, quæ vnus testimonio quamvis probatissimo decidi possit. *c. Veniens. de test. & attest. c. Licet universis eod.* sed palmare est *Constantini Imper. decretum in l. citata iurisiurandi* ut vnus testimonium nemo iudicium in quacunque causa facile patiatur admitti. Item ut vnus omnino testis responsio non audiatur, etiam si præclaræ Curie honore præfulgeat. Igitur vnus testis nullus testis: nec quamvis omni exceptione maior, ad condemnationem sufficit. *DD. in l. 1. §. idem Cornelio. & l. maritus ff. de quest. Angel. in l. 3. C. ad l. lul. maiest. l. fin. C. famul. herisc. Menoch. de presumpt. l. 1. Q. 89. n. 21. Mascard. l. 1. Q. 15. n. 12.*

II. Sed an generale hoc, nullâque admittat exceptionem? *Minimè.* Nam si Constantinus ipse testimonium solus diceret, an non fidem sibi adhiberi vellet? in illis præsertim, quibus nemini præiudicium timetur. Quamobrem vnus testis attestatio saltem iure Canonico va-

lebit. *Primo* in negotiis, quæ nullius in damnum vergunt v. gr. An Ecclesia hæc consecrata sit, an baptizatus iste infans, & similia. *c. testimonium. de testib. Secundo* quæ seruiunt ad impediendum peccatum, absque alicuius punitione. *Tertio*, quæ valent ad matrimonium, ne fiat, impediendum. *c. 2. De sponsalib. Navar. c. Sacerdotes. de penit. Dist. 6. Silvest. v. Testi. Q. 5.* Nec mirum, si in prædictis etiam sola fama sufficit, ut in *Differ. preced.* ostensum est. *Quarto* etiam in causis, ubi de punitione agitur, si testis magnæ auctoritatis sit, puta, Pontifex, Imperator, Cardinalis, saltem ex usu, & consuetudine Curie. *Quinto* in causis regularium, quando de correctione agitur, non criminum, sed delictorum, aut defectuum, quorum emendatio ad regulæ obseruantiam, & scandala tollenda requiritur. *Roder. Tom. II. Q. 10. art. 5.* Denique ad probandam possessionem vnus testis affirmationem sufficere multorum opinio fuit, eò quod modici præiudicij sit possessio ex traditis per *Bartolum ad l. 1. C. Quorum bonorum.* De qua consultanda ait *Fachinaus l. 8. c. 16.* non tam laborandum videtur, quam metuendum, ne illam sequamur ob multitudinem Auditorum. Non est modici præiudicij possessio,

testis, imò magnum commodum adfert. §. *Commodum. Instit. De interd. Nec testimonio unius credendum est. l. 8. C. de testib. Ita ille.* Cuius salvâ auctoritate si oppositam, illique inviam sequamur opinionem, non nihil ad sacrorum Canonum de singularitate testium affirmationem additum esse videtur.

III. Quin etiam ipsarum legum consonare dispositio videtur. Nam in contractibus, qui per interpretem fiunt, quando contrahentes diversi idiomatis sunt, aliis deficientibus, qui testimonio suo fulcirent veritatem, unius interpretis

testificatio, qui utriusque partis consensu adhibitus est, sufficit, præsertim, si accesserit iuramentum. v. *Glossa Gottifredi in l. Quoniam C. De testib. Gomez Tom. 3. Variar. c. 12. n. 12. Farinac. in Praxi Crim. Par. 2. Q. 63. Menoch. De arbitrariis Casu 99 Andr Gaill. De pa. e publ. c. 7. Chifflet. Tract. De iudice regularium c. 17. Spaiharium in Aurea Methodo Tract. 7. c. 12. & sequ. Corvin. l. 3. Aphorism. tit. 27. §. Dico regulariter, ubi plures casus exhibet, in quibus unius testis affirmatio in probationem recipitur.*

CLXXXIII.

DIFFERENTIA. 3.

Secundùm Canones non ita absolute compelluntur, qui possunt, testimonium ferre. *c. Super eo. De testib. cog. c. Ex parte cod. secundùm leges verò magis coguntur. l. si quando. l. Quoniam. C. De testibus Bartol. 43. & 163. Io. Bapt. à Sancto Blasio 91. Galvanus 29.*

LE Vgenius III. Herfordensi Episcopo prescribens in *c. Ex part. cir. fin. ait.* Testes autem, si quosidem N. in sua assertionis testimonium invocaverit, curetis monere, ut coram vobis super his perhibeant testimonium veritati. Ad quæ verba *Innocentius.* Vbi de crimine agitur, monendi sunt testes, non cogendi. Necessitatis enim duræ leges sunt, & molesta omnia, quæ secundùm naturam non sunt. *Arist. l. 3. Rhetoric.*

II. Nihilominus iustitia aliquando, & iudiciorum conditio aliud deposcit. Vnde *Zypæus in Analyt. Enarrat. l. 2. tit. De testib. cogend.* Adeò, inquit, testis ne-

cessarium officium est, ut pro conservatione iustitiæ ad testimonium cogatur inuitus. *c. 2. & 10. tit. De testib. etiam in causa criminali 4. 5. 8. 9. ibid.* Nisi fortè socii criminum fuerint. A quo rursus excipitur societas coniurationis. *c. 10. & 11. ibid.* & clerici etiam, qui negotijs secularibus immiscere se prohibentur, tamen cum probari res aliter non potest, audiuntur. *cap. quicumque 14. q. 2. nulatenus tamen in causa sanguinis, nisi pro reo possint testificari. cap. super ibid. vbi tamen testantur de providentia iuxta dictum cap. Quamvis proprii Episcopi sit, ut aut coram*
B b 4 se, &

se, & competentibus iudicibus, aut aliter honorificè veritatem extollant. Quin etiam monachos interdum cogi ad testificandum à suis prælatis posse Rodericus annotat To. 11. 4. 2. in civilibus absolute. c. Cum super. & c. Dilectorum. De test. in criminalibus verò nisi timore, odio, vel gratiâ se subtrahant, & in casibus exceptis arbitrium est: & quando veritas aliter obtineri non potest in utroque foro cogi posse exceptâ causâ sanguinis.

III. Quod leges civiles attinet, absolute permittunt iudici etiam inuitos ad testificandum trahere. l. Quoniam. C. De testib. l. si quando. eod. & agnoscunt DD. Bald. & Panorm. in Rubr. h. tt. Tholosan. l. 48. c. 13. n. 36. In judicialibus negotijs vocandi sunt, seu citandi testes, quos examinari necessarium fit. Si enim se ingererent, & offerrent ultro, suspecti essent. l. Quæ omnia. De proc. Alexand. Consil. 72. l. 2. Bartol. in l. post legatum §. his verò c. illi. §. Q. Vocantur autem, & si venire nolint, cogi possunt, ne veritas occultetur, & probatio eius pereat. c. I. & to. et De test. cog. l. si quando. C. De test. Sic Plazo 12. De legib. Si quis sponte testimonium dicere noluerit, citetur ab indigente, citatusque tempore idoneo adfit, & testimonium prout sciverit, adferat. si nescire se dicat iureiurando tribus inuocatis Apolline, Ioue, Themide, nominatis nescire se affirmet, ac liberetur. Primò tamen monendi sunt testes, ut dicant testimonium, non cogendi, si tamen subtrahant se, cogendi. c. 3 de testib. His

consentaneum esse Andr. Gail. l. 1. obseru. 100. n. 9. Testes ad testificandum eatenus cogi possunt, si prius legitime citati, & moniti testificari nolint, aut omnino non compareant. Nam monitio precedere debet. c. 1. & c. super te. De test. Et hoc eruditi commissarij seruant. Nam primò testes ad certum tempus, & locum citant. Si citati in præfixo termino non compareant, iterum sub pena pecuniariâ citantur, in quam durante contumaciâ per commissarios declarantur quod facere possunt, quia sunt ministri committentis, cumque representantes. c. sanè. De off. iud. l. 1. C. De offic. procur. Cæs. & Iudices quoad receptionem testimonij dicuntur Clem. un. De offic. deleg.

III. Quod dicitur testes, qui se ipsos offerunt de fide suspectos esse, exceptio nem recipit in casu, cum de vitando peccato agitur. Tunc enim ultro offerentibus se credendum esse. Hippol. censet in singulari 140. per Bartol. in l. post. §. his uerò ff. De his, qui ut indigni. V. etiam Neuzan. Consil. 78 n. 35. & Consil. 25. n. 17. Mynsing. Centur. 45. obseru. 3. v. Vermserum l. 1. pract. tt. 18. obseru. 7. n. 6. Item l. 2. obseru. 16. & 17. v. Venbec. l. 22. ff. tt. §. n. 3.

* *
*
-

CLXXXIV

DIFFERENTIA 4.

Iure Canonico etiam senes, alijque valetudinarij coguntur testimonium ferre propter peccatum. *c. si qui testium. De testib. Iure civili secus est c. si testes. 4. Q. 2. §. 3. l. 8. ff. De testib. Bartol. 1. o. Io. Bapt. à S. Blasio. 47. Decian. l. 2. c. 21. n. 28.*

I. *Andr. Gaill. l. 1. obseru. 92. de testi-*
um productione ad perpetuam
rei memoriam cum docuisset, ab actoris
parte ut obtineat: receptionem testimonium
ad perpetuam rei memoriam requiri, ut
sint senes, aut valetudinarij, questionem
mouet n. 6. Quinam dicantur senes (apud
iudices nimirum) & resoluit, arbitrio ju-
dicis relinqui. *Panorm. in c. Quoniam fre-*
quenter. Vt lite non contest. In Camera spi-
rituali quinquagenarij profenibus, & testi-
bus ad perpetuam memoriam recipiun-
tur, qui infra 50. annos plerumque reij-
ciuntur, tamen si tempore pestis leni ratio-
nem accurata non habeatur, quando
mista senum ac iuuenum densantur fune-
ra, Alias ex communi opinione, qui sep-
tuagesimum annum compleuerunt, senes
censentur esse iuxta illud *ps. 89. V. 10.*
Dies annorum nostrorum septuaginta
anni *Siluester in V. Ieiunium. n. 18. Nauarr.*
l. 21. n. 10. sexagenarios à necessitate
ieiunij eximit, cum ipse octogenarius
perinde ac anno ætatis 50. secerat, ieiuna-
ret. Alii cum *Galeno*, vanum esse dicunt
ætares annorum numero circumscribere,
ex corporis habitu melius cognosci. Au-
ctorem vitæ & mortis, in manu cuius sunt
tempora nostra, si quis indiget scientia,
consultum adeat.

II. His præmissis, an cogendi ad testi-
ficandum senes sint, videmus *Glosa in*
Antonimia

c. si qui citato. Ad impeditos, ait, infir-
mitate vel senectute & egregias personas
debet mittere iudex. *Ad egregias ff. De*
iureiur. vel ad iudicem loci, ut eas recipi-
at, & dicta illorum sigillata tibi mittat.
Aut. ead. & isti possunt recipi lite con-
testata, sed nunquid senes sunt compen-
dendi ferre testimonium inuiti? Videtur,
quod non. *e. si testes. 4. Q. 3. l. Inuiti ff.*
eod. l. maiores. ff. De iure immunis. Dicen-
dum compelli secundum Canones pro-
pter peccatum *c. quisque. 11. Q. 3. c. 1. De*
crim. falsi. c. Nouit. De iudic. Et optimum
argum. l. 2. §. corporis. de iur. ff. De vacat.
muner.

III. Quod leges civiles attingit, senibus
parcant. Inuiti testimonium dicere non
coguntur senes, valetudinarij, milites, vel
qui cum magistratu reip. causâ absunt, vel
quibus venire non licet. Hi igitur privi-
legiati censentur. *Vallens l. 2. tit. 21. Ar*
Socinus in Reg. 417. fallere dicit. *Primo,*
quando aliter obtineri veritas non potest.
c. pervenit. De test. cog. Secundo, quando
testes se subtrahunt timore partis aduersæ,
quæ propter potentiam formidabilis est.
Innoc. in di. cap. Tertio, quando crimen est,
via perosum, puta, hæresis, dilapidatio,
aut simonia. *c. Qualiter. De accus. c. ad*
abolendum. De heresi. secundum Ostiens.
& Ioan. Andr. in di. c. Dilectus. De testib.
cog. Quarto fallit in eo, qui persevera-
vit

vit in crimine manifesto c. Vi clericus. De enim peccatum est colore veritatem. v. v. d. & bon clarior secund. innocens. Tunc Zerolam Par. 2. v. Testes. §. 2.

CLXXXV.

DIFFERENTIA 5.

Iure civili propter crimen non repellitur quis à testimonio, nisi damnatus sit de crimine. l. athletas. §. calumniator. ff. De his, qui not. infam. l. 3. §. lex Iulia. ff. De test. Iure Canonico autem repelluntur criminosis five damnati sint, five non, dummodò probetur crimen. c. super 10. & c. testimonium. De testib. Bartol. 161. Galvanus §.

I. Communis, & verissima, Farinacio teste, assertio est, quod criminolosus à testificando repellitur, tam in criminalibus, quam in civilibus c. Super eo. c. testimon. De test. c. constituimus. 3. Q. Specul. in tit. De teste. §. I n. 24. sed dubium manet, de quo criminoso, an etiam emendato, an nulla infamia notato loquatur? Socinus, testem infamia facti notatum à testificando regulariter non repellit afferit Reg 416 l. Cunctos. C. Desūma Trin. §. l. 1. §. in causa ff. De adilit. e. dicto l. 2. ff. De obsequ. parent. §. Imo fides illi adhibetur non minus ac illi, qui ut pro Caio loqueretur, pecuniam accipiens, contra eundem testificatur. Lud Rom Singulari 326. Mynsing. Lent. obseru 67. memoria commendari iubens, quia contingere quotidie potest

II. Fallit nihilominus juxta Socinum Primò in criminalibus, in quibus probationes debent esse meridianâ luce clariores. l. Sciunt cuncti. C. De robat. & c. testimonium. De testibus. Bartol. in l. dict. l. Cunctos. Secundò fallit, quando à lege, vel statuto requiruntur testes omni exceptione maiores. Tunc enim etiam infames infamia facti repelluntur à testimo-

nio. Bald. in l. optimam. eod. tit. Tertiò fallit in probatione ingratitudeis feudatarii, & notarij, quia tunc ad probandam ipsam ingratitudeinem indistinctè reiciuntur testes infames infamia facti c. l. Quo temp. miles in vfi. feud. quod Lud. Rom. inter singularia numerat n. 334. Addit Socinus etiam in causâ mixtâ locum habere, quod dixit, à testimonio non repelli infames. Præterea testem facti infamia infamem, & alium valde dignam plenam fidem facere, juxta Bald. in l. si quis ex argent. ff. de eden. Contrariam opinionem Iulius Clarus §. fin. Q. 24 n. 13. §. Item infamis tuetur infames non tantum iuris, sed etiam facti infamia dicendo testimonio in criminalibus excludi. Quod Socinus quoq; in Reg. 415. approbat ut verum secundum Canonem c. Testem. De testib.

III. Iuris Canonici mentem certimus in c. Testimonium 54 De test. ubi Gregorius IX. defertò. Testimonium eius, cui ab adversâ parte crimen opponitur, meritò reprobatur in criminali & civili causâ, si in ipso crimine perforet. Si verò sit de crimine emendatus eumque non sequatur infamia, non est in casu

in causa civili, vel etiam cum de crimine civiliter agitur, excepto periurio, repellendus. In criminali autem, si in alio iudicio instituta accusatione contra ipsum de crimine convictus extiterit, vel confessus est, vel si nunc per exceptionem exinde vincatur, aut gravata sit eius opinio, pro eo, quod quandoque tali mo-

do fuit repulsus, quamvis in hoc casu non excluderetur in causa civili, potest a testimonio: licet egerit poenitentiam removeri, Ita Pontifex. 7. Gloss. in l. Cunctos pop. C. De sū Trin. l. sū ibid. Varin. in Praxi Crim. Q. 43. Menoch l. 1. De arb. Q. 27. Damhoud in Pr. crim. c. 50. num. 13. Zerolam in 7. Testes. §. 6. Valens. l. 2. ff. 20. §. 2.

CLXXXVI

DIFFERENTIA 6.

Iure Canonico mulier in causis criminalibus regulariter non potest esse testis. c. mulierem. 33. Q. 5. c. Forus. §. fin. De verb. signif. secus Iure civili. l. Quidam testamento. §. mulier. ff. De testam. l. Ex eo. ff. de test. Gabvanus 27. Decianus l. 2. c. 21. n. 27.

I. Mulierem constat subiectam dominio viri esse, & nullam auctoritatem habere. Nec docere enim potest, nec testis esse, nec fidem dare, nec iudicare. Ita S. August. rela. in c. Mulierem. citato. Vbi Glossa Testes esse non possunt mulieres in causa criminali exceptis casibus, in quibus infames admittuntur. Nec in testamento. §. testes instituit. De testam. Nec contra clericos in criminali, quia non potest esse, quod ipsi sunt. c. Ipsi Apostoli 2. Q. 7. Nec etiam contra laicos c. de crimine. 15. Q. 3. Causam assignat c. Forus. De verb. signif. quia varium, & mutabile semper femina testimonium producit: intellige, secundum praesumptionem, quae tamen possit fallere. Hodie in foro ecclesiastico admitti mulieres in criminalibus, praesertim occultis, ubi meliores testes desunt, asserit Alexand. Consil. 24. l. 2. Alciatus in Reg. 1. praesumpt.

47 Roder. par. 4. c. 7 & 11. Canis. l. 4. Sum. tr. De testib. c. fin. Tholos. l. 48. c. 13. n. 28. Gomez l. 3. c. 12. num. 13.

II. Iam legibus admitti in negotio civili & criminali indubitatum est Paulus l. C. in l. 18. ff. De test. Ex eo, inquit, quod lex Julia prohibet de adulteris testimonium dicere condemnatam, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi jus habere. Si damnata prohibetur, ait Glossa Gottifredi, non damnata non prohibetur. Iul. Clarus §. fin. Q. 24. n. 2. mulierem admitti per leges indistincte ad testificandum in causis criminalibus pronunciat. Atque ita communiter tenent DD. teste Grammat. Consil. crimin. 12. n. 17. quem refert Vivius in l. commun. opin. P. 281. Abbas quoque in cap. Quoniam. n. 2. De testib. Adde, quod admittuntur etiam in causis capitalibus ex communi opinione. Ita ille. Sed Scholiafles
Cc 2 ipsius

ipſius notat in cauſa criminali & capitali mulieres non eſſe teſtes omni exceptione maiores, propter animi imbecillitatem, & rationabilem metum minus puri affectus. Nam iuxta *Sap. pronunciatum* mulierem fortem difficile eſt invenire. Procul, & de ultimis finibus pretium eius. Nihilominus jure Gallico in utriſq; recipi teſtatur *Greg. Tholoſ. l. 47. c. 13. n. 28.* Et hodie etiam in eccleſiaſtico foro audiri notum eſt. *Dia. 2. in Praxi c. 20. Zerol. Par. 1. V. Feſtu. n. 11.* Quamvis ratio ſuadet viles & infames excludere,

nifi forſan tam grave, & occultum crimen ſit, ut per alias perſonas detegi non poſſit, ut in ſimoniâ, magiâ, prodicione, & conſpiratione accidit. *V. Gomez l. 2. Var. c. 12. n. 13. Decian. l. 2. c. 21. n. 27. Marantapar. 4. iudicior. n. 33. Damhoud. in Prax. crim. c. 50. n. 23.* ubi monet iudices, ut in depoſitione ſeminar. diligenter conſiderent ipſarum qualitatem loquendi, affectus & mores cum reliquis circumſtantiis. Eſt enim mutabile ſemper femina, melior tacens, quàm loquens.

CLXXXVII.

DIFFERENTIA 7.

Jure civili parentes etiam volentes non poſſunt eſſe teſtes contra liberos. *l. parentes C. de teſtib. Secus jure Canonico c. ſi teſtes. 4. Q. 3. c. Diaconi Diſt. 93. Bartol. 45. Io. Bapt. à S. Blaſio 93.*

I. Legis citata aperta ſententia eſt. Parentes, & liberi adverſum ſe, nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Quin etiam domeſtici teſtimonii fides non probatur. *l. 3. eod.* Nec in obſcuro cauſa eſt. Nemo carnem ſuam odio habet ad Ephel. 5. Et præſumptio in affectu ſanguinis fundata rarò fallit: præſumptio, inquam, patrem, matremque eos, quos genuere, omni periculo liberos, & ſalvos cupere, hos vero vicifim progenitoribus ſuis optimè velle, quando eadem omnium ejuſdem ſtirpis ignominia in male factis, & laudabilibus gloria communis eſſe cenſetur. Plurimum valet communio ſanguinis, licita & illicita ſuadet: tenebras cordi effundit, veri honeſtiq; limites tranſilit; non modo reticendas iniurias, ſed etiam tole-

randas eſſe credit. Parens igitur neq; filij iudex, cum de crimine, & vindictâ agitur, neq; adverſus accuſatum idoneus teſtis eſt, nec contra patrem filius. Id naturali præcipit juris ſui tenax, & leges jubent. *Nullus in Tract. De teſtib. n. 7. Mascard. De probationib. Concluſ. 1148. n. 43. Cardo. in Praxi iudic. & advocat. V. Teſtis. n. 9. Merl. in Emporio Iur. Par. 1. tit. 11. Miranda. De ord. iudicior. Q. 22. art. 4. Concluſ. 2. Farinac. Conſil. 29. n. 4. & l. 1. Prax. crimin. Par. 2. Q. 145. Tholoſ. l. 48. c. 11. n. 7. Damhoud. in ſua præctica c. 5. n. 7.*

II. Parentum verò nomine aſcendentes, & deſcendentes quoq; veniunt: adeoq; quod in citatis legibus dicitur, extendi debet. Primo ad avum reſpectu nepotum. *Cros. De teſtib. Par. 4. num. 110. Mascard. De probat. Concl. 1148. n. 3.*

Secun

Secundo ad filios adoptivos, qui in patris potestate sunt. *Hector amyli. Tract. De Testib. Par. I. v. Adoptans n. 1. Mascard. Concl. 1148 num. 18. Farinac. in Praxi crim. Q. 54. n. 160.* Tertio ad filium emancipatum. *Campeg. De testib. v. Secundo quando. Anton. Gabr. Concl. 17. n. 7.* Quarto ad filios naturales, spurios, incestuosos. *Molin. Tract. 2. Disp. 170. Farinat. cit. Q. 54. n. 157.* Quinto ad causam, in qua filius extranei litigantis procurator est. Nam pro extraneo illo pater in testem non admitteatur. *Ioan. Valboa ad c. 5. De probationib. Farin. l. cit. n. 149.*

III. Sed meminisse etiam limitationum ut oportet juris Canonici dispositio cognoscatur. Nam quia edictum de testibus prohibitorium est, quorum nulla mentio fit, admissi censentur. Primo igitur in probanda aetate filij, parentem recipitur testificatio. *Menoeh. De presump. l. 2. præsump. 51. Morlin in emporio iuris. Par. I. tit. 11. Mascard. De probationib. Concl. 668. Petira. in l. si curatorem. v. minoribus. n. 13.* Secundo filius spiritualis in causa patris

spiritualis testis esse potest. *Tiraquell. in l. si unquam v. susceperis n. 38. Menoch. De arbitrar. Casu 100 n. 1. Mascard. concl. 310.* Tertio filius est testis idoneus in instrumento celebrato inter patrem & alium extraneum. *Duenn. Reg. 384. Menoch. De arb. Casu 104. n. 6. Rebuff. De reprob. testium n. 381. Hippol. l. 1. §. Ad questionem. n. 27 ff. De quest.* Quarto orta inter duos filios lite, idoneus testis existimatur pater propter parem affectum. *Gomez. l. 3. Van. c. 12. n. 14.* Quae praesumptio tamen in multis casibus deficiet. Quinto excipienda est causa matrimonij, & religionis. *Mascard. Concl. 1148 Cardos. in Praxi iudicum Menoch. Casu 102. n. 11.* Denique in criminibus atrocioribus omnium testium differentia tollitur: Et in crimine haeresis, laesae maiestatis, proditiomis, conspirationis contra Remp. & similib. patris contra filium, filij contra patrem, & his consortium accusatio, & testificatio recipitur. *Simanca Instit. Cathol. c. 64. Farin. dic. Q. 54. n. 173. Gigas De crim. les. maiest. pag. 48.*

CLXXXVIII.

DIFFERENTIA. 8.

Iure Canonico etiam in causis criminalibus criminaliter intentatis potest alteri committi examinatio testium, sicut in civilibus. *c. si qui testium 8. De test. c. Quoniam. con. fals. De probat. Secus. Iure civ. l. Iudices: & Auth. Apud eloquentissimum. C. De fide instrum.*

Io. Bapt. à S. Blasio 49.

Quia non convenit senes, ac valetudinarios ad locum, ubi Iudex residet, evocare. *Eugenius III. in c. si quis testium. De testib. praecipit, egregias personas mittere, qui illorum dicta excipiant, & sigillo firmata adferant. Quin etiam ad testi-*

monium ferendum compelli possunt, cum de peccato agitur, ut supra diximus. Quod extraneos testes attinet, iudicis potestati non subiectos, examinatio committitur Iudici eiusdem loci, destinatis eod partibus, aut procuratoribus illarum.

Cc 3

Euro *Canis in Summa* l. 4. *tr. De testib Val-*
lenf. l. 2. tr. 21. De cog test. In c. Quoniam
contra. Innoc III. adversus iudicum iniquas
assertiones constituit, ut tã in ordinario,
 quàm extraordinario iudicio semper ha-
 beat iudex aut personam publicam si po-
 test, aut duos idoneos viros, qui fideliter
 acta conscribant, videlicet citationes, dila-
 tiones, exceptiones, responsiones, testiũ
 depositiones, instrumentorum produ-
 ctiones, & similia. Vnde colligunt inter-
 pretes, aliis committi testium examina-
 tionem posse.

11. Leges autem permittunt quidem, ut
 examinatio testium committatur iudici
 illius territorij, in quo testes sunt, sed in
 civilibus negotiis tantum. Nam in cri-

minabilibus apud ipsos iudices presentan-
 di sunt testes, & cum res exigit, tormen-
 tis subiiciendi, puta infames. *Novel. 9. c. 1.*
l. ob carmen. §. si ea. ff. De test. Jul. clarus. §.
fin. Q. 24. n. 16. & qui de mendacio met
 examinandum convicti sunt. *l. vniuersi*
§. testes. ff. De question. Farinac. l. 2. n. 8.
Q. 79. n. 17. & sequi aut in dicendo testi-
 monio vacillarunt. *l. ex libero iun. l. vnius.*
ff. De quest. Farinac. l. cit. n. 6. Dicuntur
 autẽ vacillare, qui sibi non satis constant,
 sed timide dubieque loquuntur, mo-
 do affirmant, modo negant. *Bald. in l. 3. c.*
ad l. Jul. maieft. vol. 1. Capola Consil. 61. Zur-
ger. Tract. De question seu tortura reorum. l.
1. n. 14.

TITVLVS XII.

De Sententia.

SENTENTIA iudicialis duplex est, Definitiva, &
 Interlocutoria. Per illam controversiæ finis im-
 ponitur, & negotium principale deciditur. Per
 Interlocutoriam verò non attingitur principale ne-
 gotium, sed aliquid in processum incidens v. gr.
 quæstio de ingenuitate, natalibus, clericatu, & simi-
 libus, queinadmodum fusè explicat *Maranta Par.*
6. de ord. indic. §. Decisoria iudicii n. 2. & 3. Nobis
 hïc de sententia definitiva sermo est.

CLXXXIX

CLXXXIX.
DIFFERENTIA I.

Secundum leges concipitur sententia in personam procuratoris vel eum, qui producit. l. 1. C. De sent. & interloc. om. Iuacum l. si procurator. §. 1. ff. De dol. malis & met. except. secus iuxta Canones. c. Licet. De probation. c. Querelam. De cl. Galvan. 25

LEGIS 1. ciuita tenor est. Non videtur nobis rationem habere sententia, quae non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnat, cuius persona in iudicio non fuit. Vbi Gottifredus. Sententia nulla est, si litigante procuratore sententia in personam domini concipitur. Cur. Procurator siue ab initio litem exercuit, siue lite composita iudicis sententia damnandus est. l. 31. ff. De negot. l. 20. ff. iudicatum solvi. l. liberto circ. fin. ff. De integ. restitut. l. temere. ff. De procurat. Sententia igitur condemnatoria, imò & abortoria secundum leges in procuratorem concipitur.

Nam initium obligationis ex persona procuratoris sumitur, fitque quidam quasi contractus cum illo ab adversario, & iudice. l. quacunquess. De action. & oblig. Vade per litis contestationem dominus litis efficitur, adeoque sententiae verba in ipsius personam concipi debent. l. si procurator §. 1. ff. De doli mali & metus except. l. Nulla dubitatio C. eod. Speculator. tit. De sent. §. qualiter autem. n. 6.

II. Hunc modum procedendi quamvis Camera Spirensis probè norit, non observare tamen Andr. Gaill notat l. 1. obs. tit. n. 2. Nam cauae isthuc non aliter, quam per procuratores aguntur, & tamen sententiae concipiuntur indistinctè in personam domini, quamvis nunquam

praesens fuerit. Ordinat. par. 1. tit. 25. Excipiuntur tamen cauae iniuriarum, in quibus sententia in procuratorem fertur arbitrio iudicis, et enta qualitate, & gravitate iniuriarum, idque propter infamiam, quae talem sententiam sequitur, evitandam. Nam iniuriarum, siue criminaliter, siue civiliter intentata infamiam & ignominiam condemnatis irrogat. l. 1. & l. Athletas §. fin. l. furti §. qui iussu ff. De his qui not. infam. l. iniuriar. & l. non damnatos. C. eod. Et est communis, nisi quod aliqui iniuriam modicam excipiunt, per text. in c. Cùm re. De re iud. vbi Gloss. in v. Minima quia de modico non curat praetor. l. Scio ff. De test. in integr. Gloss. ibid. in v. In summam. sic actio de dolo non datur pro modico. l. si oleum in fin. cum l. sequ. ff. De dolo. Neque restitutio in integrum obtinet, cum modica laesio fuit. Huius rei consideratio causam dedisse videtur privilegio illi, de quo Tholosan l. 32 c. 24 n. 20. Personis illustribus, filiis, & uxoribus earum indultum est, ut per procuratorem agere, vel defendere pro iniuria liceat. l. 1. §. fin. De consir. princ. c. privilegia. Dist. 3. Laedi enim verò dignitatem ordinis existimabant, si reatu nondum planè perspecto, vel ut accusatores, vel ut rei coram tribunali starent.

III. Sed harum subtilitatum nulla vel minima in foro Ecclesiae ratio habetur. c. Licet. de procur. Glossa singular. in c. Suscitata. v. Mona-

v. *Monasterium de in integr. restit. Guido in Decis. 43.* Nec legita abnuunt, sententiam in dominum ferendam esse. *Primo in causa matrimoniali Gless. in l. Nihil C. de procur. Secundo, cum dominus in iudicio praesens est. Bald. in l. i. C. de consuet. & interloc. iudic. Tercio, quando procurator lite contestata ad unum actum tan-*

tum, non vero ad totam causam peccatandam constitutus est. *Bald. eod. Denique excipienda est sententia interlocutoria minus praedicialis, Bald. in l. Quorjes. C. De sent. v. Andr. Gaill. l. 2. q. 1. ser. 102 Socinum Regal. 3. 16. M. r. ant. Bar. 6. iudicior. 5. De sent. num. 112.*

CXC.

DIFFERENTIA. 2.

Iure civili cum Iudices discordant, plurium sententia valet. *l. Duo ex tribus. 39. ff. de re iudic. At Iure Canonico non valet contra eum, qui est criminaliter damnatus, sed concors omnium sententia requiritur.*

c. Si quis Episcopus. 6. Q. 4. & c. 3. de iudic. Bartol.

141. Ioan. Bapt. à S. Blasio 148.

I. *C*elsi definitio est in *l. citata*. Duo ex tribus uno absente iudicare non possunt: quippe omnes iudicare iussi sunt. Sed si adlit, & contra sentiat, statim duorum sententia. Quid enim minus verum est, omnes iudicasse? Vnius vero pluribus indubitato nulla sententia est. *l. Cum Magistratus. C. Quando provocare non est necesse. ubi Imp. Gallian. & Valer. Cuius Magistratus datos iudices, & unum ex his pronunasse proponas, non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia iure non teneat. Igitur (Gottifredus ibi) sententia ab uno ex pluribus delegatis lata non valet, & nulla est. Menoch. Casu 187.*

II. Inter Canones extat *c. 1. & 2. l. 9. cit. eiusd. tenoris, quod in discordia, plurium sententia non sit ferenda. Si quis Episcopus (6. Q. 4.) in aliquibus causationibus iudicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, iudicio discrepare, & alii videantur eum, qui iudicatur, iustificare, alii condemnare, pro defensione huius defensionis placuit*

sancto Concilio, ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur, ut per eum confirmetur, quod secundum relictum placuerit canonem. Verum hic *Glossa obicit in c. Submittitur. Dist. 21. contrarium definitum esse, ut nimirum omnibus controversijs ad superiorem iudicem eatur, sed illud non observatur, cum vel partes inter se conveniunt, debilio modo, vel diversum statuto aliquo definitur, quemadmodum in praesenti casu fit.*

III. Clarior est *c. Prudentiam. De off. & potest. iudicis deleg. propositio. Cum causa committitur tribus delegatis cum clausula Quid si non omnes, & priusquam appareat de impotentia tertij, residuos ad cognitionem causae procedere non debere: & si processerint, irritum fore. Integrum enim iudicium censetur, quod plurium sententiis confirmatur, & mandati excedere fines probatur, qui circa formam rescripti accepti praesumit iudicare. *v. Barb. in c. cit. Prudentiam.**

CXCI.

CXCI.
DIFFERENTIA 3

Iure civili in notoriis proceditur extraordinariè, sed sententia lata contra ordinem iuris non valet. *l. prolatam. C. De sent. l. si absentem. De accus.*

At Iure Canonico procedi potest extraordinariè & iuris non servato ordine lata sententia valet. *c. Tua nos. De cohabitati. cleric. c. Vestra. eod. Bartol. 170.*

Rob. Maranta in Par. 4. De ord. iudic. proposita questione quid importent illa verba, *Summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij respondet*, per ea tolli omnes solennitates, iuris positivi secundum *Alexan. Consil. 6 vol. 3* adeo ut causa decidi possit mere secundum ius gentium, seu naturale. *Bartol. in Extra. Ad reprimendam* Unde possunt tunc Iudices manu regia expedire causas prout olim tempore iuris gentium. *Ludov. Rom. Consil. 20. Socinus Consil. 12.* Hoc igitur modo in notorijs procedi potest, absque libelli oblatione, litis contestatione, iuramento calumniae, examinatione testium, & alijs consuetis, non tamen absque citatione, quae non positivi iuris, sed naturalis esse censetur: quam idem. *nec Principi omittere liceat. Menoch. De arb. Q. 17.* Et Curia Romana, cum petitur, omnes nullitates sanat, praeter eam, quae ex defectu citationis, iurisdictionis, mandati procuratorij provenit. *Gigas de crim. lese maiest. pag. 138.* Fieri tamen non potest, ut ubi ordo iudicij praescriptus & necessarius est, eo neglecto lata sententia vim obtineat, iuxta apertam *Alexandri Imperatoris* definitionem *lo. cit.* Prolatam à praeside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem auctoritatem rei iudicatae non habere certum est. *Vbi Glossa.* Ordo iudiciorum est, ut libellus

offeratur, lis contestetur, de calumnia iuret, depositiones testium conscribantur, & publicentur, sententia scribatur, & a Iudice proferatur. Qui ordo cum pervertitur, non valet sententia, ut si primo pronuntiet, deinde sententiam scribat: uel primo iuret de calumnia, deinde fiat litis contestatio. In causis brevioribus tamen, & levioribus, manifestis quoque non attenditur praedictus ordo, tanquam supervacaneus. *Auth. Nisi breves. C. De sent. ex brevis. recitanda Tholos. l. 47. c. 6.*

Il. Iuris Canonici sanctio ex *c. Tua nos. De cohab. clericor.* cognosci potest. Et enim orta de clericis concubinarijs questione, qui quod erant, negabant. *Innocentius III. respondit.* Si crimen ita publicum est, ut merito dici possit notorium, tunc nec testis, nec accusator necessarii sunt, cum inficiari non possint, si verò publicum est, sed ex fama, tunc talia testimonia, id est, bonorum virorum non sufficiunt ad condemnationem alicuius. Igitur in notorijs facti minimè necessaria est probatio. Clarius in *c. Ad nostram. De iureiur.* Secundum traditiones Canonicas manifesta accusazione non indigent, nec in eis est ordo iudicarius observandus. *Vbi Glossa.* In extraordinarijs ordo est, ordinem non servare. Eadem *Dambouderus ingeminat Pract. Crim. c. 3.* rescripti juris

Antinomia

Dd

est

est quod in notoriis non est necessaria accusatio, vel denuntiatio, vel inquisitio, vel exceptio, de quibus infra. Simpliciter, de plano, & sine stru pitu, ac figura iudicii proceditur, quando negotium celeritatem desiderat, aded ut mora & dilatione maius dispendium, ac periculum

reip. imminere posse veluti tempore commotionis, ac seditionis. Ita ille, Recolligenti nunc omnia quae ex utroque iure prolata sunt, facile apparebit, non esse magnam legum, & Canonum discrepantiam

CXCH

DIFFERENTIA 4.

Iure civili lata sententia, & in rem iudicatam transit nemo auditur adversus illam. l. 1. C. sententiam rescindi non posse. l. 1. C. De app. l. 1. Iure Canonico autem auditur quis favore matrimonij, semiplene probata fraude per iuramentum, & unum testem c. Ex literis. de integ. resit. c. Quisquis. 4. Q. 5. Bartolus 4.7.

Quando dicimus, sententiam transisse in rem iudicatam, intelligimus accepisse auctoritatem, & vires re iudicate, quae pro veritate accipitur, & pro lege habetur. l. res iudicata ff. De reg. iur. quod fit, si ab ea non fuit appellatum intra decem dies. c. Quoad consultationem De re iudic. & Auth. Hodie. C. De appellat. Item, quando fuit appellatum, & appellatio deserta est. Ap. b. Si qui appellat C. De temp. appellat. Et est tantae auctoritatis sententia, ut faciat de non ente. & de falso verum, & de albo nigrum. Secundum Iason in l. Iulianus ff. De condit. indeb. ita Rob. Maran. a Par. 6. de ord. iudic. §. De sententia num. 128. Cui favet tritum illud, Sententia prior posteriore potior est, lex vero posterior priore potior. item lex 1. C. sententiam rescindi non posse. Vbi Gordianus imperator. Neq; suam

neq; decessoris sui sententiam quantum retractari posse, in dubium non venit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto interponere provocationem explorati iuris est. Et l. 9. De sent. & interloc. omn. iudic. Post sententiam, quae finibus certis concluditur, ab eo, qui pronunciauerat, vel eius successore de quaestione, quae iam decisa est, statuta rei iudicata non obtinent auctoritatem. Expedit nimirum ad salutem; & tranquillitatem omnium, ut finis aliquando litibus imponatur, & crebrae causidicorum replicationes praescindantur. Quam ob rem ne quidem praetextu instrumentorum de novo repertorum sententiae latae rescissio permittitur. c. inter Monasterium. Suborria. hoc it. l. sub specie ff. De re iudic. Vbi Gloss. Gotifredi sententia promissa instrumenta novè reperta non retractantur

uar. l. 27. ff. De except. rei iudic. l. 35. ff. hoc it. fallit tamen in pluribus, ut ibidem declaratur. V. Menoch. De arbitr. Casu 15.

II. Ad nostrum propositum pertinet, quod Bartol. citatus contra legum severitatem de immutabilitate sententiæ iudicis, de matrimonio adfert. Eius enim favore propter Sacramenti reverentiam, & gravia mala, quæ merito timentur, avertendo, licet sententiam laram impugnavit probatâ femiplena fraude, per iuramentum, & unum testem. Innocentius III. in c. Ex litteris citato. Licet de fraude patratâ per iuramentum non constet ad plenum, in favorem tamen matrimonii de benignitate Canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris

admissimus, & ad audientiam restitui-
mus eam pro matrimonio postulantem.
Hoc autem minus mirum videri debet,
si sententia contra matrimonium lara
nunquam transit in rem iudicatam. c.
Consanguinei. c. c. Lator. De re iudic. sed
veritate comperta quolibet tempore re-
tractari potest. Sententia enim quæ in-
justitiam continet partium consen-
su immutabilem, & irremissibilem, non
ita in rem iudicatam transit, quin verita-
tis luce obortâ rescindi possit. Eius au-
tem generis est de matrimonio non legi-
timo, quasi legitimo sententia, Marantia
De ord. iud. P. 6. De sent. n. 100. Sanchez
De Matrim. l. 7. Disp. 155. Casus. l. 4.
Sum. tit. 15. §. Quod ff.

CXCH

DIFFERENTIA 5.

Iure civili interlocutoria, quæ præcipit aliquid dari, vel restitui, vel non dari, non restitui, revocari non potest: alia possunt revocari l. ante sententiæ tempus C. Quor. appell. non recip. l. 2. C. de episc. aud. Iure Canonico autem datur licentia iudici revocandi interlocutoriam quamcunque, quæ executioni mandatâ altera pars gravaretur. c. Cum cessante. De appell.

Galvanus 80.

I. Dvæ species sententiarum, ut supra dixi, Iason l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. De offic. procons. quorum altera nuncupatur interlocutoria, quam in processu iudex facit de incidente aliquo articulo, dum adhuc principale nego-
tium durat. l. quid iussit. 14. ff. De re iudic. Altera definitiva, per quam principalis causa deciditur. V. Vesenbec. l. 42. ff. tit. 1. num. 4. Illa igitur interlocutoria, quæ præcipit dari, vel restitui aliquid, vel e contra non dari, aut restitui, revo-

D d 2

revocari non potest, quemadmodum alia, puta, non habentes vim definitivae sententiae, quae sive ab ordinario, sive à delegato Judice revocantur. *Gloss. in l. Quod iussit ff. de re iudic. & ibi Alexand. iuxta textum in c. Cessante de appellat.* Quod tamen fallit in interlocutoria, quae iudex ordinarius pronunciat, se non esse iudicem, seu iurisdictionem non habere. Potest enim revocare illam secundum *Baldum in l. si praeses. C. Quomodo & quando iudex. Dixi interlocutorias non habentes vim definitivae sententiae, revocari posse, ut indicarem, eas non revocari, quae vim definitivae habent, & aliam post se sententiam non expectant: quales sunt ini-*

tio nominatae, quae praecipunt aliquid dari, vel restitui. *Maranta Par. 6. §. Decisoria iudicii num. 45. & 46.*

11. Discrimen igitur juris facti, & profani in eo consistit, quod Canones revocationem sententiae interlocutoriae absolute & in omni casu, quo litigantes se gravatos existimant, indulgent. Legibus autem excipiuntur sententiae interlocutoriae, ex quarum revocatione timetur iniuria, vel malitia, in quam nimium quantum poni sunt, qui terrena sapiunt, & aliorum facultatibus quacunque industriae attractis, suas cumulare appetunt. *v. Gaill. l. I. observ. 129. Barb. in v. Cum cessante, & quos ipse enumerat.*

CXCIV.

DIFFERENTIA 6.

Iure civili delegatus non exequitur sententiam suam. *l. à divo Pio. ff. de re iudic. nec potest quem in possessionem mittere. At Iure Canonico id non servatur. c. Quisquis. 2. 2. 3. c. suspicionis. de offic. delegati. c. Si quis. de foro comp. Bartol. 140. Io. Bapt. à S. Blas. 147. Galvan. 46. Canilius 5.*

Iudex ordinarius est, qui suo iure, vel principis beneficio, universaliter exercere iurisdictionem potest, cui scilicet universitas causarum comissa est. Delegatus verò cui à principe, vel ab ordinario, vel à delegato principis causa committitur, vices gerens delegantis, & proprium nihil habens (quoad iurisdictionem. *l. I. §. qui mandata ff. de offic. eius. cui mand. est iurisdictione. Seculatores in tit. de Delegato.* Ab ordinario differt (aliis nunc omiſſis quae videre licet apud *Decianum l. 4. c. 25. n. 30.*) quod Ordinarius sententiam à se latam exequi potest; delegatus verò non potest, sed eius senten-

tia per ordinarium executioni mandanda est. *l. cit. à Divo. ff. de re iud. intelligo.* de delegata non ab ipso principe, sed inferiore aliquo. *l. properandum. §. Sin autem iun. Glossa. C. de re iudic.* Nam Principis delegatus secundum utriusque juris placitum sententiam à se latam exequi potest. *Maranta de ord. iudic. Par. 4. Dist. 4. Vallens l. c. tit. 29. §. 4.* Officium, inquit, delegati consistit in exequenda intra annum sententia à se lata, si sit delegatus Principis, vel summi Pontificis. *c. Quaranti. De off. deleg.* aut ab alio iudice cum universitate causarum, eamque executionem potest delegatus sum-

mi Pontificis etiam ordinario iudici de-
 mandare. c. *Significasti*. c. *Sane hoc tr.* ac
 cogere ad exequendum, licet is sciat sen-
 tentiam iniustam esse: nisi efficere va-
 leat apud delegatum, ut ab hoc onere li-
 beretur. Non enim cognitio illi, sed ex-
 ecutio tantum mandatur. c. *Pastoralis*. 28.
 §. *Quia verò hoc tr.* & notat. indi. c. *San-
 nè*. & *Significasti*. Menoch. De arbitr. Q.
 74. n. 48. Zerola v. *Delegatus*. §. *Saxo*.

TITVLVS XIV.

De Appellatione.

APPPELLATIO, de qua hic, est ab inferiori iudice
 ad superiorem facta provocatio, ratione gra-
 vaminis illati vel inferendi. Dividitur in iudi-
 cialem, & extraiudicialem. *Clem. 3. eod. tr.* Illa est
 à sententia definitiva, vel interlocutoria; hæc ab a-
 ctis & decretis extraiudicialibus. c. *Concertationi h.*
tr. Alias divisiones invenies apud *Vallensem l. 2. tr. 28.*

CXC.

DIFFERENTIA II.

Secundum Canones appellare licet à quolibet gravamine. c. *Cum sit
 Romana*. c. *Bonæ memoriæ De appell.* secundum leges verò non nisi
 in certis casibus, & ipso iure expressis. c. *Non solent*. 2. 2. 6. c. *Pasto-
 ralis de appell.* *Galvanus*. 1. *Decianus*. l. 2. c.
 22. num. 29.

IVRIS Canonici sententia manife-
 sta est, permitti appellationem
 ab omni sententia, & gravamine,
 etiam extraiudiciali, illato vel in-
 ferendo. c. *Super eo*. c. *Cordi nobis hoc tr.*
 in 6 *Clem. 5. Appellat. c. Vt debitus*. c. *Cdm
 speciali de appell.* & DD. communiter a-
 pud *Barbos*. Hodie tamen secundum
*Con. Tr. Sess. 24. c. 20. De reform. & Sess.
 17. c. 1. De reform.* facta limitatione, non
 ab

ab omni gravamine, nec qualibet interlocutoria conceditur appellatio, sed eam tantum, quæ vim definitivæ sententiæ habet, & continet gravamen irreparabile, eummodi est incarceration, tortura, omnisque actus irretractabilis, & quo executioni mandato reus non potest iuvare amplius per definitivam, aut appellationem à definitiva v. *Piasc in Praxi Epif. P. 2. c. 4. tit. De appell. Gonzales ad Reg. 8. Cancellarie Apost.* An verò appellare liceat ab omni incarceratione, an ab omni comminata tortura, an ab omni excommunicatione proponit, & dissolvit *Zerola in Praxi sua. Par. v. Appellatio n. 6. Cui adde Barb. in c. Ut debitus. & c. Cum cessante hoc it.*

II. Quod jus Cæsareum atinet, *VI-pian. l. 1. De appell. recipiendis, vel non, relatus in c. Non solent. 2. Q. 6. non admitti appellantes pronunciat, nisi eos, quorum interest, vel quibus mandatum est, vel negotium alienum gerunt, quod mox ratum habeat ut. Eodem sensu c. Pastoralis. officii 53 De appellat. Quelibet appellatio intelligitur prohibita, quæ à Jure non indulgetur expressè. *Vbi Glossa* Omnia intelliguntur prohibita, quæ non inveniuntur in Jure concessa. *Et paucis interiectis.* Secundum antiqua jura bene admittebatur appellatio, licet causa iniure non exprimeretur, dummodò non esset manifestè frustratoria: hodiè verò non potest appellari, nisi probabilis causa fuerit allegata.*

III. Igitur materia appellationis (secundum leges) sunt sententiæ definitivæ, eaque validæ. Nam à nullis, & invalidis frustra appellatur. Cum ipso

jure corrumpant: quamvis indubio nullitas appellationi per alternativam coniungi possit. *Bart. & communiter DD. in l. si expressim. 19. C. De appell. Dixi sententiæ definitivæ.* quia ab interlocutoria sententiæ leges non permittunt appellationem. *l. Antesententiæ 2. ff. De appell. recip. & l. 7. C. Quorum appell.* Neque à sententiæ possessionis, quæ formam interlocutorie habet, cum momentanea sit, & iniuria per eam facta possit in causa proprietatis citra appellationem emendari. *l. 1. C. si de moment. poss.* Est autem (ut hoc obiter attingam) momentaria possessio in causa summariæ, & quasi momento expedit solet. Quare ab interlocutoria, quæ spoliatus ante omnia restituitur, non potest appellari, tum quia ante omnia restitui illum convenit, tum quia iudicio, vel possessorio, vel petitorio interlocutorie sententiæ iniquitas facile corrigitur. Aliquis autem sententiis iudicii possessorii rectè appellatur, quoniam definitivæ sunt. Quod si iniuria per interlocutoriam illata talis fuerit, quæ postmodum corrigi nequeat, ut quia personæ coheret, puta, si compedes, carceres, aut tortura decreta sit, ab ea omninò appellare permittitur. *l. 2. ff. De appell. recip. & Bartol.* Vim namque & speciem sententiæ definitivæ obtinet. v. *Vvesenbes. in l. 49 ff. De appell. tr. 1. Socin. in Reg. 24.* Appellatio in qualibet causa permittitur. *l. Est in maiorib. C. hoc. ut ubi plures exceptiones, seu fallentias invenies.*

DIFFERENTIA.

2.

Iure Canonico omisso medio ad summum Pontificem appellare licet. *cap. Dilecti filii. 3. De appellat. c. si duobus c. Romana. eodem.* Iure civili secus. *l. 1. ff. De appellat. §. 3. l. Imperatores 21. eodem. Ioannus Baptista à sancto Blasio 200. Decianus l. 2. cap. 22. num. 23.*

Hanc differentiam agnoscit, *Robertus Maranta. §. De appellatione. num. quingentesimo septuagesimo. Rebuff in concord. it. De frivola appellatione. Covarrarias l. practican. questionum cap. quarto numero. nono & alii apud Barbof in cap. Dilecti hoc it.* Nam è contra communem reg. gradatim facienda est appellatio *cap. Dilecti 66. hic cap. Duo simul. De off. iud. ordinat. omiffis medijs omnibus ad summum Pontificem appellare licet. Gloss. in cap. super questionum. De off. delegati cap. Metropolitanum. 2. Q. 7. cap. Omnes. cap. ad Romanam. cap. si quis putaverit. 2. Q. 6.* Quin etiam si te omisso omni medio appellante ad quem cunque superiorem, adversa pars acquieverit, valida appellatio erit. *Abb. num. 7 sic in c. Referente. De prabend. quidam spoliatus ab Archidiacono non ad Episcopum, qui proximus superior est, sed ad Metropolitanum appellat, & appellatio recepta est, tanquam legitima.*

Quod *Cuiacius* malè quasi ex imperitia iuris profectum existimat, èd quod *Innocentius III.* quidem fuerit *Juris peritus*, non autem *Alexander III.* à quo habemus citatum *cap. Referente.* Malè dico, imò impudenter. Non enim, si princeps jurisprudentià caret, consilium deerunt, quorum operà, & ingenio quæ recta sint, definiat. Et quid *Iustiniano* faciet, quem propter doctrinæ defectum *analphabetum* veteres appellarunt. Præterea factum illius capitis, ut alias interpretationes omittam, excusari per consuetudinem potest, quemadmodum notavit *Glossa in c. Romana. hoc it.*

II. Quod civile jus attinet, *Socinus* pro regula statuit, appellationem ad principem omisso medio regularitèr non admitti. *l. Imperatores. ff. De appellat. cap. Dilecti 2. eodem cap. Anteriorum. 2. Q. 6.* Fallentias addit, imò. Si appelleur ab interlocutoria in casu promisso *l. reo. ff. De*

ff de minor. Secundò si aduersa pars nihil opponat. l. Imperatores cit. Tertio quando iudex interior delegavit causam appellatione remota. l. i. ff. Quando appelland. Quartò, si consuetudine obtentum sit, ut liceat. Glo. in c. Romanà hoc it. Quintò, quibus privilegium indultum est non servandi prædictam gradationem. Gloss. ibid. Sextò, quando archiepiscopus convenit subditum suum coram suffraganeo suo c. Cum sit generale. De foro compet. Septimò, quando contra aliquem ex subditis suis episcopus agit. Tunc enim eliguntur arbitri, à quibus appellatur ad summum Pontificem. Octavò, quando concurrit iurisdictio mediata, vel immediata, ut si appelletur à subdito archidiacono, qui esset subditus episcopi. Nam omisso archidiacono ad episcopum valet appellatio Abb. in c. Dilecti. De appell. Nonò, si immediatus iudex, ad quem instituenda foret appellatio, inhabilis sit, v. gr. propter excommunicationem. c. si u cui. De offic. deleg. in

6 Io. si immediatus sit suspectus, aut recusatuse. si cui. 2. De officio deleg. in 6. Deniq; in legato summi Pontificis, cui quamlibet appellationem, aut quæcunque recipere permittitur in c. 1. De off. legati. quia in provincia sua Papæ vices gerit. Maranta it. De appell. n. 357. Moscon De maiest. Eccl. Par. 1. c. 6. Franc. Leo in præsanct. eccles. Par. 1. c. 2. n. 18.

11. Adde, quod post alios Petrus Ferrariensis Practicà suà it. De appell. Et ad quemcumq; monet, si quis errore seductus, ad Imperatorem omnis mediæ appellaret, non nociturum illi. Vbi notare velim legistarum quorundam ipsi communem erga Romanam Curiam maledicendi pruritus, quo impulsus avaritiæ studio factum scribit, ut immediatam appellationem concederent, quo ad se quæstiones traherent. Melius dicere, utilitati litigantium consultum voluisse, quibus non raro erga immediatos perurum fiducia est, ad obtinendum, pro quantum operè laborant.

CXC VII.

DIFFERENTIA. 3.

Secundùm Canones à sententiâ episcopi appellari debet ad Metropolitanum, vel Papam c. Duo simul. De off. ordin. c. ad Romanam. 2. 2. 6. Secundùm leges vero appellare licet ad Iudicem sæcularem. Auth. si quis litigantium C. De episcop. audientia Ioan. Bapt. Sancto Blasio 153. Decianus. l. i. c. 22. n. 31.

1.] Nc. Duo simul. De off. ordin. Innocenti] vel Archiepiscopo, causas non cognoscit
us III. Archiepiscopo Turonensi re-] à patriarcha, nisi ad eum appellatum
scribit, eorum, qui subditi sunt, episcopo,] devolutæ sint. Talis igitur legitima ap-
pellatio

pellatio censetur. Innocentius, Baldus, Panormitanus, Imola, Felinus, Vivianus in Rationali l. 1. pagina quadringentesima trigesima secunda. Alagona in Compen. pagina centesima quinquagesima quinta. Ximen. in Concord. pagina prima & secunda. Antonius Augustinus Collect. secund. decretal. l. 1. tit. 20. c. 3. Barbosa in citato capite. Duo simul. Similiter in capite ad Romanam. c. omnes. c. si quis eod. dicitur quod omnes Episcopi, qui volunt, vel quibus necessarium est, liberè ad sedem apostolicam appellare possunt absque excommunicatione, vel impedimento aliquo damnationis, aut spoliationis, vel custodiæ. Hoc est, non cogendi sunt dare cautionem de proseguenda appellatione, nec custodiri debent, nisi causa criminalis sit, vel ipsi suspitione graventur. Et hoc indubitati juris est.

CXC VIII.
DIFFERENTIA 4.

Secundum leges, quando causam alicui delegatus committit ad eum est appellandum. l. vn. C. qui pro sua iurisdictione &c. At secundum Canones non fit, quando totam causam committit alteri delegatus. c. super questionum. De offic. delegati. Bart. 16. Ioan. Bapt. de S. Blasio 74.

IN l. un. citata traditur. Primò delegare neminem posse ea, quæ in sua non sunt potestate. Secundò, delegationem ab incompetente iudice factam ipso iure nullam esse. Teriò, delegatos à principe non recognoscere superiorum, subdelegare posse, eoque facto ad delegatum faciendam appellationem esse: subdelegare, inquam, cura imitacione, nisi commissum illi nudè ministrum sit c. si De offic. deleg. autelecta personæ industric. si cui. eod. in 6. aut expresse prohibere dicendo V. gr. per te fieri nolumus. Felinus in c. Eamto V. Nihilominus. De rescript. Alibi in c. fin. De offic. deleg. Excipienda quoque sunt, quæ princeps sibi reservat. Couar. l. 3. Varia 7. s. o. Zerola Par. I. V. deleg. in. num 5. Valles. l. 1. tit. 29 §. 1. n. 3. & ante omnes Fach. neu. l. 1. c. 78. ubi concludit utrumque

H. Quod autem in Auth. citata si quis legimus, dissimile. Si ex Imperiali iussione, aut judiciali præcepto Episcopus iudicet inter quas cunque personas, appellatio aut ad principem, aut ad eum, cui commisit negotium, transferatur. Ex quibus verbis dubium emergit. Quomodo ad principem instituenda appellatio, an servato ordine supradicto, an eo neglecto? nullaque servata gradatione? Fortè in causa principis valet, ubi episcopus est delegatus, ab eoque ad principem dirigitur appellatio. Hoc autem admisso, gratis inter jus sacrum, & profanum differentia constituitur Episcopus enim in tali statu, vicem laici sustinet, & eadem cum illo lege tenetur.

Jus obtinere in suo cuiusque foro, cum absurdum inde nihil sequatur.

II. Sed attendenda nobis est Innocentij III. decisio in *citato capite*. Cum delegatus à nobis jurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellatum non ad eum, sed ad nos appellari debet. Cum autem sibi aliquid de jurisdictione referuat, si causa sit ei appellatione remota commissa non ad nos, sed ad eum poterit de jure appellari. *Vbi Glos.* Maxime

ait, quia idem esset, si non sit remota, quia utroque casu appellatur ad eum, & non ad Papam.

V. Angel. v. appellatio n. 13. Siluest. n. 10. Armilla n. 12. & 19. Canis. l. 4. sum. r. 15. Covarr. l. practica. questio. 6. n. 9. Vallens. l. 2. tit. 23. §. 6. n. 6. Bellon. de mandat. iurisdic. c. 9. Q. 7. Molin. Tract. 5. De iust. Disp. 21. & Disp. 2. Cont. lib. un. c. 26. Franc. Marcm. Q. 7. n. 2. & Q. 345. n. 4.

CXCIX.

DIFFERENTIA.

5.

Confessus crimen Iure canonico non potest appellare *c. cum speciali 62. De appell.* Iure civili requiritur, ut etiam convictus sit. *l. ubi Glossa.*

C. quorum appell. non recipiuntur Decianus. l. 2.

c. 22. n. 24.

Consilium Lateranense relatum in *citato capite cum speciali* in notorijs non esse admittendam appellationem decernit, monetque prelatum, à quo appellatur, ne deferat appellationi illius, cuius excessus, vel evidentia rei ipsius, vel confessione propria, aut alio legitimo modo fuerit manifestus, cum appellationis remedium non sit institutum ad defensionem iniquitatis, sed in praesidium innocentiae. Idem in *cap. Peruenit. hoc. et. repetitur*, ubi percautores clericorum non obstant illorum ad sedem Apostolicam appellatione *Alexander Tertius* iubet denunci-

ari et communicatos, si delictum notorium sit. Eadem est *cap. quia nos ead. res sententia*. Et merito, cum nulla maior sit evidentia facti, aut propriae confessionis probatio. *l. un. C. De confess. & l. certum. ff. eod. l. qui de inofficioso. ff. De inofficioso. testam.* Confessus enim pro iudicato est. & quasi propria sententia condemnatus. *l. 1. ff. De confess. nisi coram incompetenti iudice fieret. V. Socium in Reg. 62.* Et plus quam ridiculum est, dubitare de eo, quod evidenter apparet. *l. Domitius Labeo. ff. Qui testam. facere possunt.*

II. Sed hic non obiter considerandum est cuiusnam

causam confessioni tanta probatio, aut
presumptio tribuatur, extortæ, an spon-
tanæ: si huic tantum, quotus quisq; de
se crimen fatebitur ultro? si illi, viderint,
obsecro iudices, quantis periculis expo-
sita sit innocentia. Omnipotens censetur
quaestionum laniena: multi homicidia
falsi, indeque extrema passi sunt, super-
sticiis illis, à quibus occisos postea in-
speratis documentis veritas monstravit.
Magna hic, & tantum non divina pru-
dentia exigitur. Nota loquor, & transeo.

III. Quod forum civile atinet, legis
observare summa est. Curandum esse, ne
quis homicidarum, veneficorum, male-
ficorum, adulterorum itemq; eorum,
qui manifestam violentiam commise-
runt, argumentis convictus testibus su-
peratus, scelusq; confessus audiat ap-
pellans. Vbi Glossa Gortifredi. Convictus,
& sponte confessus non appellat. Con-
victus, non confessus, aut confessus qui-
dem. Sed vi tormentorum appellat. V-
trumq; ergò simul requiritur ad negationem
appellationis, ut reus & confessus
crimen sit, & de eo convictus, quemad-
modum Decianus initio citatus affirmat.
Vvesebecius autem in ff. l. 49. ff. 5. in Ger-
mania dicit extendi ad omnia criminalia
iudicia. Nullius enim ad mortem dam-
nari appellatio recipitur. Item Andr. Gail.
l. 1. Obs. 1. n. 28. repetit allegans. Par. 2.
ordinationum ff. 28. Excepta nullitatis
querela, qui in Cameram delata citatio
ad deducendum nullitatem processus
decernitur, nempe, quod contra accusa-
tum absentem, non legitime citatum, vel
captivum inauditum, & indefensum &
sic nulliter processum sit c. Qualiter, &
quando. 2. §. debet igitur. De accusat l.

absentem. C. eod. l. unus. §. cognituram
ff. De quest. Quo in casu iudex crimina-
tus comparere in termino citationis, &
legitime factum esse processum per acta
criminalia docere debet. Quod fit sum-
marie & de plano, per inspectionem
actorum, quæ notorium inducunt c. fin.
De cobab. cleric. & mulier. & absq; litis
contestatione, sine ordine iudiciario, ne
excusio delicti nequiter, & malitiose ex-
trahatur, quod minime permittendum.
l. Quomiam C. De Appell. l. Cum reus. C. De
pen. Eandem non recipiendi appellatio-
nem in iudiciis criminalibus consuetudi-
nem in Mediolanensi ducatu vigere Iul.
Clar. testatur s. fin. Q. 94 n. 3. similiter
in provincia Flandriae Iod. Damhoud. in
Pract. Crimin. c. 149. n. 2. etiam si reus
non sit proprio ore crimen confessus.
Quæ constitutio, frustra reclamantibus
quibusdam, quasi contraria juri naturali
foret, valida, & observanda est. Nam ita
convictis, & citra violentiam confessis
nulla superest defensio. atque ita horum
respectu, & contemplatione præ-
nominata differentia nul-
lum locum habet.

Iure Canonico à sententiâ episcopi bis appellare licet *Clem. 1. De sent. & re iud.* Iure civili autem semel tantum *Auth. si quis litigant.*
De episcop. audientia. *Ioan. Bapt. à S. Blasio. 153.*

I. *Clementis V.* minimè obscura sententiâ est. Qui in beneficiâ vel aliâ causâ tres contra se in petitorio, vel possessorio sententias reportavit ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicuius ex eis nullatenus admittatur, donec huiusmodi sententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ. Quod intelligendum est de sententiâ tã interlocutoria, quam finali, seu definitiva conformi, & uno eodemque iudice. *Barbos in c. Sua nobis. De appell. ubi Honorius III.* appellationem tertio ad sedem Apost. factam reprobavit. inhibuitq; iudicem procedere *Rebuff. Tract. De appell. ars. 7. Canis in Sum. l. 4. ff. de. Quis. & quoties. Vestr. in praxi l. 7. c. 3. Vivian. in Ration. p. 331. Soto l. 1. 5. Q. 6. ar. 3. ad 3.* monens hodie contrarium Romæ fieri. Nihilominus ita certum, rarumq; non nisi binam appellationem faciendam esse v. nec Papa, nec sæcularis princeps per potentiam ordinariam possit rescipere suo tertiam concedere, *Marchisan. di. de De commiss. p. 2. & Scaccia Q. 17. lim. ff.* extendens ad sententias, quæ non transierunt in rem iudicatam: nec admitti tertiam appellationem quoad effectum suspensivum. Nam posito casu, quo tertiâ appellatio permitteretur, non suspenderet iudicatum,

nec impediret executionem. Supponimus autem ex eiusmodi sententiis non oriri novum gravamen, ex quo ad appellandum reus aniam arriperet, Porro sententiæ conformes dicuntur, quæ in substantia, & qualitate conveniunt, ita ut non appareat difformitas circa substantiam, & qualitatem principalem *Alex Conf. 77. n. 3. l. 2. Rota Decis 98. Barb. in c. cit. Sua nobis hoc ff.*

II. Quod leges civiles attinet, semel tantum appellandum esse, videtur definitum in *Auth. cit. si quis litigantium.* Non liceat vltio iterum in tali causâ appellari. Quod *Glossa specialis* vocat secundam rem permissam in *l. si quis C. Ne liceat in vna eademq; causa* colligimus utriusque juris dispositionem esse. Communis nimirum iudicium præsumptio est, quod tribus diversis, & conformibus sententiis definitur, iustum esse, idq; præsumptione juris, & de jure: alias litium, & rixarum quis modus aut terminus? Nihilominus si per tertiam sententiam novum gravamen inferatur, ab eo provocare licet. Is quoque, qui bis appellavit, tertiam sententiam dicere potest nullam esse, & si id agendo succumbat, tantumquam à novo gravamine novam appellationem facere. Nam si opponatur, *C. ap.*

(*Ant. V. antius De nullitat. §. Quoties, & in-
tra:*) de tribus conformibus & re iudica-
ta, & quod ulterius non sim audiendus;
nec ulterior quaestio retrahenda exceptio-
ne rei iudicatae, obstante *l. fin. C. De si. in-
strum. replicare poterō, non posse dici
iudicatum, neque sententias, cum omnes
vel aliqua illarum manifestè subia-
ceant l. 3. §. condemnatum. ff. De re iudic. &
l. 1. §. fin. ff. Ad Terrull. & propterea quam-
vis de nullitate primae sententiae fuisset
dictum, ac subinde per tres alias conformes
declaratum sententias, sententiam,
quae de nullitate impugnabatur, validam
esse poterit nihilominus de viribus pri-
mae, secundae, & tertiae confirmatis adhuc
queri, & disputare.*

III. In eandem sententiam *Rob. Maran-
ta De ord. iudic. Par. 6. tit. De appell. n. 272.*
Licet quis non possit tertio provocare,
potest tamen dicere de nullitate tertiae
sententiae: & si succumbat, super ista
nullitate potest iterum appellare super
nullitate, tanquam novo gravamine se-
cundum *Ioann. de Imolain c. sua nobis. De
appellat. & Philip. in c. Directe cir. fin. versic.
Nona conclusio. Vbi plura circa hanc mate-
riam reperire est. V. Covar. l. practice. QQ.
c. 4 n. 7. & c. 23. §. Secunda conclusio. Tholos.
l. 50 c. 2. Petrum De Arragon in 22 Q. 69.
art. 3. Erasmum à Chokier in Constit. Concil.
Lateran. Par. 1. §. 7. n. 50 ubi 121 casus enu-
merat in quibus non licet appellare.*

CCI

DIFFERENTIA 7.

Iure Canonico potest causa appellationis delegari reservata sententiae
prolatione. *c. Super questionum. §. Intentioni. De off. deleg. Se-
cus Iure civili. Auth. Ad haec. C. De iudic. abb. in c. Pallo-
ralis. De off. Ordinar. Bartol. 15. Io. Bapt. à S.
Blasio 72 Galvan. 2.*

I. Innocentij III. in *c. super questionum*
declaratio est. Intentionis nostrae fuit
(ut ex tenore constitutionis praemissa
potest liquido deprehendi) quod, ut iu-
dicialis auctoritas liberius valeat exerceri,
delegatus à nobis licite possit, & princi-
pium & finem, & medium causae sibi
commisae non solum coniunctim, sed
etiam divisim alteri delegare non obstan-
te, quod dicitur, quod iudex debeat cog-
noscere per se ipsum in principio, in me-

dio, & in fine, cum antequam ferat sen-
tentiam, universa quae acta sunt, in iudi-
cio, investigare diligenter debeat. Ita In-
nocentius ex quibus colligitur secundum Ca-
nones licitum esse iudici delegato totam
causam alteri delegare, etiamsi iudex
appellationis sit, contra quam leges
velint.

II. Ad quod dec' arancum *Panormit. in
c. cit. Pastoralis* hunc casum ponit. Aliquis
appellavit ab episcopo ad Archiepiscopum
quae

quæritur, utrum Archiepiscopus causam istam sibi delegatum per appellationem possit committere alicui subdito suffraganei iure metropolitico? Quin committere valeat illi dubium non est, sed renitenti imperare nequit. Et paucis interiectis n. 3. Archiepiscopo indifferenter permittitur, ut possit causam delegare, neque distinguitur, utrum sit ardua, vel levis, & sic videtur, quod distinctio iuris civilis non procedit de iure Canonico, ut tantum levia possint delegari.

III. Atque hæc ut locum habeant *Auth. ad hac citata* concidat, necesse est. Nam illi *Innocentius III.* manifestè derogat, non requiri definiens, ut Iudex appellationis litem in contestatione audiat, & rursus in medio semel, & in fine omnia, etiam quæ sunt examinata, consequenter audiat, & sic ferat sententiam. Hæc enim per delegationem commissa inferiori sunt, qui expeditis omnibus ad superiorem referat, qui sententiæ formam & promulgationem sibi reservavit.

CCH.

DIFFERENTIA 8.

Secundum Canones appellatio non suspendit excommunicationem. *c. Præterea. & c. Pastoralis. De appellat.* Secundum leges verò suspendit, ut aliud quodcumque iudicatum. l. 1. ff. *Ad S.C. Turpil. l. fin. C. si à non compet. iud. Decianus l. 2. c. 22. n. 27. Zanct. n. 159.*

Appellationis effectus præcipuus est, sententiam definitivam suspendere *c. Sapè. 44 De appell. c. Furti. 6. ff. De his qui nos. infam. l. 1. §. fin. ff. Ad S.C. Turpil.* Interea enim sententiam executioni mandare non licet, & utriusque parti permittitur ea probare, quæ antè probata non fuerunt, & producere nondum producta. *c. Ioannes. De fid. instrum. c. fraternitatis. De testibus l. Eos. C. De appell.* adeoque ea quæ in prior iudicio reiecta fuerunt, repetere, & demonstrare *Ostians. 11. De appell. n. 13. His positi indubitanter iuris*

est apud Theologos, & Canonistas, appellationem, quæ sit post sententiam excommunicationis purè latam, non suspendere illam. *c. Præterea. c. Pastoralis. De appell. Navarr. c. 27. n. 159. Silvest. v. Excommunicatio II. n. 1. Casu 7. Armilla. v. appellatio Q. 4. Avila De Cens. Par. 2. c. 5. Disp. 5. Dub. II. Zerola Par. 2. v. Appellatio Q. 4. Piasec. in Praxi episc. Par. II. c. 4. n. 87. Suar. v. Disp. 3. & 5. sect. 4 Barb. in c. 15. De sent. excom. in 6. Excommunicatio enim secum trahit executionem. *c. Pastoralis officij. h. 10.**

I. si quis autem contra publicationem, vel declarationem latae excommunicationis appellaverit, impediet illam. Hoc autem maturè faciendum est ante declaratoriam sententiam, & ut Zerola loquitur, cedulorum affixionem, quæ nihil aliud est, quàm sententiæ excommunicationis manifestatio, non verò executio. Covar l. pract. qq. c. 23. n. 3. Mantia Par. 6. tit. De appell. n. 177. Navar. in

c. Cum contingat. Causa 15. num. 2.
 III. Contrarium his legibus civilibus sancitum esse, nec probari, nisi ex generalibus De appellat. in ff. & C. potest; nec interest, cum nulla Magistratui laico concessa potestas sit, de Censuris & pœnis ecclesiasticis quicquam definiendi, ut supra declaratum est
 Differentiâ II.



TITV

TITVLVS XV.

De delictis.

Delictum generale nomen est, omne id, quod neglectum, aut prætermisum est, significans. *Festus l. 4. S. Augustinus* definit esse declinationem à bono, qua bonum relinquitur. A crimine distingui colligunt aliqui ex *Glossa Authent. Qua in provincia. C. Vbi de crimine agi oporteat*. Nobis hic pro eodem delictum, peccatum, scelus, & crimen esse poterit.

CCHI.

DIFFERENTIA I.

Iure civili crimina alia sunt publica, alia privata. *l. 1. ff. De publ. iudic. Instit. l. 4. tit. 18*. At Iure Canonico omnia crimina videntur publica esse. *c. Infames. 6. Q. 1. Bartol. 12. Ioan. Bapt. à S. Blasio 61. Decianus l. 2. c. 19 n. 18.*

I. **P**ublicum crimen in Iure dicitur, quod ad omnium pertinet iniuriam, & cuius in iudicio persequendi concessa omnibus licentia est. In *citatis leg.* Numeratur læsa maiestatis crimen, homicidium, adulterium, parricidium. Adde hæresin, simoniam, annonæ defraudatæ, & similia. Hæc accusare permissum cuilibet. Privata censentur quorum iniuria ad privatos pertinet, quorumq; accusatio vel denuncatio ad eum, qui læsus est, tantum pertinet, eiusmodi est contumelia, factum, & *l. Inl. Clarus l. 5. §. 1. n. 4. & 5.*

II. Alio modo publicum crimen appellatur, quod primario & directe bonum commune, seu Remp. lædit, ut apparet in læsa maiest. & prodicione. Privatum vero, quo principaliter privato homini iniuria fit. Et hoc sensu non discrepat Ius civile, & Canonicum, sed priore: quia Ius Canonicum omnibus permittit quodcumque crimen ad Iudicem deferre, ut corrigatur.

III. Quod *Infames attinet Glossa in c. Fures, patere, ait*, quod omne crimen inramet secundum Canones *c. Omnes, & c. sequi. 6. Q. 1.* Item ex hoc. videri, quod omne crimen sit publicum. Infamia autem, de qua hic, durat, donec sublatum sit crimen. *Glo. in c. Illi. 7. Q. 1.* ideo

ideoque post penitentiam cessat infamia talis, quia factus est, & à noticia hominum & estimatione pendet. Quo fit etiam, ut hoc quidem sæculo nequam pati levitate & peccata, & illorum toboles infamia tantum non floccietur. *Jul. Clarus l. 5. §. 1. Tholos. l. 31. c. 29. Gomez.*

l. 3. c. 1. Piasec. Part 1. c. 1. n. 28. Stly. v. Infamia. Diaz. in pract. crim. c. 11. Azor. Tom. 2. l. 6. q. 3. Laym. l. 1. Tr. 5. part. 5. c. 4. Farinac. l. 1. Prax. crim. q. 18. n. 18. ubi monet prædictam distinctionem à consuetudine locorum pendere. V. Albert. de Albertus, Lydium lap. part. 3. c. 10.

CCIV.

DIFFERENTIA 2.

Iure civili nemo tenetur obviare delicto, & defendere alium, nisi sit subiectus potestati, ut filius, servus, vasallus. *Gloss. in l. Culpa caret, ff. de Reg. Jur.*

Iure Canonico autem quilibet etiam extraneus tenetur obviare delicto. *Gloss. in c. 1. de off. deleg. c. Quarta, c.*

Dilecto, de sent. excomm. in 6. 23. q. 3. quasi per tot. Decianus l. 2. c. 19. n. 17.

I. *Regula Juris in ff. 50. est, Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest. In cuius expositione Decius: Videndum est, inquit, primo, an de iure civili quis teneatur delicto obviare, & alium defendere, cum potest secundo, quid de Jure Canonico? Quod primum attinet, non una omnium DD. sententia est. Nam *Glossa* negat, quem teneri alieno crimini obviare, & alium defendere, cum potest. Licet enim pro alterius defensione pecuniam accipere: unde colligere licet, eum non obligari. Alii tunc esse obligationem volunt, quando quis sine periculo suo alium defendere potest: aliàs cessat obligationem. *Gloss. in c. 1. de reprimend. de off. ordin.* Non desunt, qui cum *Deciano* illos tantum obligent, qui subsunt alterius potestati, ut patris, domini, patroni. *Ignovs in l. 1. §. Quoad si quis, ad S. Ca. Syllan.**

II *Jure Canonico omnes, qui possunt,*

Antinomia.

ad impediendum & averrendum alterius delictum teneri. *Glossa & Interpretes colligunt ex c. Quarta 47. de sent. excomm. per illa, eos delinquentibus favere interpretamur, qui, cum possint, manifesto facinorosi desunt obviare. Barbof. ibi: Tenetur quilibet, si possit absque periculo, & commode id valeat efficere, delicto committendo obviare, proximumque ab injuria defendere. Covarr. in Reg. Peccatum, part. 2. §. 3. num. 4. Perez. l. 1. Gloss. I. l. 1. ordin. tit. 3. Gutier. l. 2. c. 6. n. 104. Hoc enim & huiusmodi societas, & dictamen rationis exigit, ne eos, qui ejusdem nobiscum conditionis sunt in discrimine deseramus, & quam ab omnibus opem requirimus, oblatam necessitate omitteremus. Ex privatis tamen, qui laborantibus, cum absque periculo, & damno suo possunt, non subveniunt, graviter peccant; quamvis ad damni illati per alios restitutionem non obligentur.*

FF

Nam

Nam prædicta obligatio non ex iustitia commutativa, sed ex charitate provenit, cuius violatio non potest ad compensationem aut restitutionem obligare. *Navarr. c. 24. n. 17. & in c. Sacerdos, de penitent. dist. 6. n. 23. Soto de iust. l. 4. q. 7. art. 3. Gomez. l. 3. c. 2. n. 9. Sayrus in clavi. l. 10. tr. 2. c. 14. Rebell. Part. 1. l. 1. q. 2. Molm. Tract. 4. disp. 18. n. 2.*

Officiales autem, ministri publici, aliiq; qui ex officio, & consequenter lege iustitiæ constituti sunt ad custodiam aliorum vel defensionem omnium damnorum quæ, cum possent, opere & labore suo non impediverunt, reos se faciunt. Ejus generis sunt præfides respectu subditorum in Repub. servi respectu dominorum, l. 1. §. Tulisse, & §. Quid si vulnerati, ff. ad Syllan. Vasalli respectu domini feudi, c. 1. §. Item, qui dominum, de feud. milites respectu Imperatoris. Denique omnes mercede conducti ad præstandam ope-

ram pro conservatione hominum vel rerum alienarum tenentur etiam cum periculo vitæ suæ, quamvis non manifesto defendere sibi commissos, nisi forte mali periculi ve tanta moles sit, ut ab obligatione succurrendi liberare videatur. Nemo enim ad impossibile obligari potest, *Reg. Jur. in 6. sexta.*

III. In hoc ergo Canones à legibus recedunt, quòd hæ civili quòdam obligatione contentæ subditis præcipiunt dominorum suorum observantiam, & defensionem in malis occurrentibus: Canones verò, quia illorum finis proprius est animarum salus & perfectio, sincerum charitatis affectum requirunt, ut quisque, quam sibi opem ab aliis præstari desiderat, eam aliis in opportunitate exhibere non omitat. *V. S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. Silvest. v. Restitutio, §. 11. n. 13. Barb. 18. c. Sicut dignum, de homic.*

CCV.

DIFFERENTIA 3.

In Legibus furtum definitur contræctatio rei alienæ fraudulosa, & c. l. 1. ff. de furtis, in Canonibus verò largè accipitur pro qualibet illicita contræctatione, c. Dixit Dominus 14. q. 5. Bartolus 18.

FURTUM Theologis propriè est Accceptio rei alienæ (mobilis, & corporalis) occulta. Accipiendo latiùs, ut rapinam, latrocinium, & prædationem includit, contræctatio rei alienæ mobilis & corporalis fraudulosa invito domino, lucri causâ; sive ipsius rei, sive usus rei, sive possessionis. Di-

ctur primò, *Contræctatio*. Quia nec sola voluntas, nec expressa verbis sufficit, *di. l. 1. §. 1.* quamvis coram Deo reos faciat, *c. Vulgaris, de penit. dist. 1.* ex præcepto *Non concupisces*. Secundò, *rei alienæ*. In re propria enim non committitur furtum, nisi alius in ea jus habeat, ex commodato, pignore, & simil.

simil. l. Cum as pignori, l. Si is, qui rem, ff. eod. Quoad Deum committitur in re propria, quando putatur esse aliena: & non committitur in re aliena, quando creditur esse propria. Tertio, mobilis & corporalis. Quia in immobilibus, puta agro, fundo, & in corporalibus, cujusmodi sunt actiones & servitutes, non committitur furtum, l. Verum, ff. eod. neque enim contrahantur possunt. Quarto, fraudulosa. Qui enim rem suam esse existimat, aut in ea jus habere, non committit furtum, licet aliunde teneatur, perdatque jus, quod habebat: & si non habebat ad restitutionem, vel estimationem illius, quia voluit sibi ipsi jus dicere, §. Quia tamen, Inst. Vi bonorum raptorum, quod tamen Angelus dicit verum esse in foro poli tantum. Quinto, invito Domino. Nam credens dominum

permissurum ex justa causa credendi culpa vacat: secus, si causa justa desit, l. Si is, qui rem, ff. eod. Dicitur autem invitus dominus, quamvis videat auferri rem suam, & taceat, ex timore, scilicet aut verecundia, l. penult. ff. eod. alias non contradicendo, quando potest, consentire ceterum, Argum. c. Error, dist. 83. Sexto, lucri causa. Nam qui alterius servam solius libidinis causa rapit, non dicitur furtum committere, l. Verum, ff. eod. Denique dicitur ipse rei, vel usus ipsius, vel possessionis. Fur namque est, non ille tantum, qui rei dominium appetit, sed etiam, qui in ea lucrari vult usum, aut possessionem, l. Qui furum, ff. eod. & tenetur ad estimationem ipsius, Silv. v. Furtum. Solo l. 5. q. 3. Fillius. Tr. 31. c. 10.

CCVI.

DIFFERENTIA 4.

Iure Canonico raptor dicitur cum non desponsata, non autem cum desponsata, c. Cum causa, de rapt. c. Statutum 27. q. 2. sed iure civili raptus etiam cum desponsata committitur: l. i. C. de raptis Virg. Bart. 126. Ioann. Bapt. à S. Blasio 142.

L Vcii III. resolutio est in c. Cum causa, de raptorib. Cum raptus dicitur committi, ubi nihil ante de nuptiis agitur, ipse raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum, & prius eam desponsaverit, licet parentes reclamarent, ex quibus sequitur Iulii Clari descriptionem minus perfectam esse, Raptum committit, qui mulie-

rem libidinis causa ad alium locum conducit. Dicendum erat, qui mulierem non desponsatam vi abducit. Quod posterius de vi etiam Scholiastes ipse annotavit, eodem vitio laborat illa Gotsfredi relata à Silvestro in v. Raptus: Raptus est violenta receptio mulierum, nisi velis dicere,

Ff. 2

dicere, accommodatam non Canonibus, sed legibus esse.

II. Raptus igitur juxta prædictum Canonem est, quando puella invita, vel renitentibus parentibus, vel illis, qui parentum loco sunt, per vim abducitur, ad libidinem complendam, vel matrimonium contrahendum. Unde sequitur, blanditiis abductam in seculis parentibus non propriè raptam censerì, respectu pœnarum, quæ raptoribus constitutæ sunt.

III. In hoc igitur Jus civile dissentit ab ecclesiastico, quòd perinde habet ad incurrendam pœnam mortis, sive

desponsatam quis, sive non desponsatam vi abduxerit. Raptores, ait Iustinianus l. 1. de raptu Virg. honestarum virginum, vel ingenuarum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum, licet libertinæ, & servæ aliorum sint, capitis supplicio plectendos decernimus. De quo plura apud In-Clarum §. Raptus. Decian. l. 8. c. 7. & c. 12. Bellarm. de Matrim. c. 23. Layman l. 5. Tract. 13. part. 4. c. 23. Connec. de impedim. Matrim. disp. 31. dub. 4. Henric. l. 12. c. 13. n. 3. Tolet. l. 7. c. 11. Sanchez de Matr. l. 7. disp. 12. Ignat. Lopez in pract. crim. c. 82.

CCVII.

DIFFERENTIA §.

Iure civili stuprum committitur in virgine, vidua, puero, & muliere soluta.
l. Stuprum n. ff. de adult. l. 3. ff. de concubinis. *Iure Canonico autem stuprum propriè est Virginis defloratio, c. Lex 36. q. 1. licet quandoque etiam ponatur pro adulterio, c. Nemò 32. q. 4. c. Idololat. a 18. q. 2. Bartol. 90.*

I. Stuprum Legistis generaliter est coitus lege prohibitus, isque duplex. Unus cum nupta, qui dicitur adulterium: vel cum cognatis, aut sacris virginibus: alter cum qualibet persona, cui vis infertur, etiamsi ancilla sit. Inter stuprum verò, & adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nupta, stuprum in vidua committitur. Sed *Lex Julia de adult.* hoc verbo indifferenter utitur; Denique stuprum cum omni muliere libera committitur, quæ neque uxoris, neque concubinae loco sit. *Wesembec. l. 48 ff. tit. 5. Az. in summ. l. 9. § 2. Stuprum, inquit, est lo-*

cietas turpis, consortium turpe, & committitur in virginem, vel viduam, nisi meretrix sit, vel licita concubina. Item committitur in puerum, l. Inter, §. 1. l. Stuprum 34. ff. de adult. & potest accusatio de stupro institui intra quinquennium. Nota obiter, §. 1. l. Inter, Stuprum & adulterium promiscuè & abusive sumi, quia propriè adulterium in nuptam committitur.

II. Multò aliter Theologi, & Canonistæ, quibus stuprum luxuriæ quædam species est, & non nisi cum virgine sub parentum cura vivente committitur. *S. Th. 2. 2. q. 154. art. 6. Vbi ita ratiocinatur:*

natur: Quando circa materiam alicujus vitii occurrit aliqua specialis deformitas, ponenda est determinata species illius vitii. Luxuria autem est peccatum circa Venerea: in virgine autem sub custodia patris existente quaedam deformitas specialis occurrit, si corrupatur, tum ex parte puellae, quae ex hoc, quod violatur, nullam actionem conjugali praecedente impeditur à legitimo matrimo-

nio consequendo, & ponitur in via meretricandi; à qua retrahebatur, ne signaculum virginittatis amitteret: tum etiam ex parte patris, qui de ejus custodia sollicitudinem gerit. Stuprum igitur luxuriae species determinata est. V. Azor. III. l. 3. c. 11. q. 5. Fillius. Tract. 30. c. 3. n. 61. Comitol. l. 4. Q. 16. n. 6. Sanchez. l. 7. diff. 24.

CCVIII.

DIFFERENTIA 6.

Jure civili fornicatio simplex non videtur prohibita esse l. 2. C. de donat. inter vir. & ux. l. In concubinato, ff. de concubinis. Jure Canonico autem qualibet fornicatio prohibetur, c. Nemo 32. q. 4. c. de priori 31. de appell. Bartol. 91. Galvan. 45.

I. **L**egis 2. C. de donat. inter vir. & uxorem summa est, militum focariae suae donare non posse, ne à focariis milites hanc ratione fictisque adulationibus spolientur. Sunt autem focariae militum amicae, à fruendo foco denominatae. Magis perspicue lex tertia ff. de concubinis: In concubinato potest esse & aliena liberta, & ingenua, & maxime ea, quae obscuro loco nata est, vel quantum corpore fecit. Vbi Glossa Gotsfredi: Pœnam non meretur, quod sit lege permittente. Similia his in C. Leguntur, tit. de concub. & natur. lib. At posterior Leonis Imperatoris constitutio 91. omnino damnat, vocarique concubinasum permissionem erratum in Reip. dedecus commissum. Digna cedro vox. Lex illa in aeternum silero. V. Zypaun in Analyt. Enarr. l. 3. tit. de cohabit. cleric. & mulier.

Barb. in c. Ad nostrum, de homicidio volunt.

II. De factis Canonibus totiusque Ecclesiae Orthodoxae doctrina notum est, omnem ab ea Luxuriae speciem ut prohibitam. Jure divino damnari, & qui aliter sentiret, esset haereticus, juxta Iulii Clari dictum in 8. Fornicatis, n. 1. aut certe suspectus de haeresi. Inter errores Beuardorum septimus est aeternum carnalem, quia ad illum natura inclinatur, malum non esse, quem cum reliquis Clemens V. reprobavit Clem. Ad nostrum, de haeret. Quo loco Glossa notat etiam fornicationem simplicem comprehendere, ut quae peccatum mortale sit ad Galat. 5. ubi praemissa fornicatione & aliis vitiis, subdit Apostolus. Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, solum autem mortale excludit à regno Dei. Item praecipuum

FF 3 Dialogi

dialogi est: Non mœchaberis, Exodi 20. 35. Et Deuteron. 23. Non erit meretrix, &c. Et I. ad Cor. 16. Fugite fornicationem. Rationem dant, quia fornicatio cedit in damnum prolis, quæ propter patris defectum nec educatur, nec

juvatur & proficit in iis, quæ ad animæ, aut corporis salutem pertinent. V. S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 2. Farinac. Part. 5. q. 138. n. 7. & seq. la Cruz in 6. Prac. Henric. l. 11. c. 8.

CCIX.

DIFFERENTIA 7.

Iure Canonico omnis usura vetita est, c. 3. 4. 5. 7. 10. de usuris. iure civili aliqua permittitur: l. Eos, C. de usur. l. Placuit, ff. eod.

Galvanus 47.

I. **U**surâ est lucrum ex mutuo qua mutuo, pacto vel intentione principali, s. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. Veritam esse sacris Canonibus indubitatum est, ut iure divino & naturali quoque omnium Catholicorum DD. consensu apud Binsfeld. in c. Quia in omni. de usur. q. 1. & Tul. Clarus l. 5. §. Usur., qui tamen in ratione assignanda laborant. Genuina est hæc: iustitiæ repugnat in rei unitus commutatione pro alia plus exigere, quàm valeat, nisi aliquis titulus conjungatur, cujus intuitu aliquid amplius exigatur. At, qui usuram accipit ex mutuo, plus quàm res data valeat, exigit, ergo injustè agit. Major, & consequentia patet, minor probatur. Si pro 500. florenis mutuo datis centum accipis, habes quàm summa data valet. Ultra hanc igitur, quod petis, supra valorem rei data est. Quòd si alium titulum assignas, v. g. lucri cessantis, aut damni emergentis, cessat usura, & iniquitas. s. Thom. l. cit. Caietan. ibid. & in summa, v. Usura cum aliis Summistis. Conrad. de contr. Tract. 2. per 37. quæstiones. Navarr. & Binsfeld.

Comment. de usur. Covarr. l. 3. Var. c. 1. Azor. III. l. 5. c. 1. Reginald. l. 23. c. 4. 1a. de Grass. P. 2. c. ult. Less. c. 20. dub. 4. Laym. l. 3. tr. 4. c. 16. Tanner. III. D. 4. q. 7. D. 3. n. 75.

II. De iure civili DD. variant: Iusta legitimum modum usuras permittere, videtur expressum in l. Eos, qui, de usur. ut agnoscit, & fatetur Cardinalis Lugo disp. 25. sect. 2. n. 13. imò ad exigendum usuras actionem concedit interveniente stipulatione l. 1. & 2. C. de usur. Et hanc communem opinionem esse Alciatus dicit Consil. 36. contrariam verò, quòd etiam iure civili per jus Authenticor. usuræ prohibitz sint, tenent communiter Glossæ Legistarum, ut Imola loquitur in Clem. 1. num. 8. quem refert Ananias in c. Quia in omnibus, n. 16. de usur. Item Abb. in c. Cum sit generale, n. 18. de summ. Trin. Et hæc opinio, ait Clarus, apud nos servatur, & ab ea non est recedendum. Itaque, confidenter sanè, nullam legem allegando, quæ oppositæ sententiæ robur imminuat. V. Farinac. l. 2. Consil. 191. à n. 25.

CCX. DIF.

CCX.

DIFFERENTIA 8.

Iure civili permittitur patri filiam, & marito uxorem in adulterio deprehensam occidere: l. Patri 20. ff. de adult. l. Marito 24. cod. Iure Canonico neutrum licet, c. 1. & rel. de homicidio Galvan. 72.

Decian. l. 2. c. 19. n. 8.

I. PAPIANUS in l. 20. citata ait: Patri datur jus occidendi adulterum cum filia, quam in potestate habet. Itaque nemo alius ex patribus faciet idem iure: sed nec filiosam. pater. Adde l. 21. 22. & 23. quibus indultæ permissio- nis explicatio continetur. Nam *Iul. Clarus* bene observat, ut prædicta occi- sio impunis sit, requiritur *primò*, ut pa- tere eodem impetu adulterum, & filiam occidat. *Secundò*, ut filia sit in ipsius po- testate. *Tertio*, ut in domo sua vel gene- ri id fiat. *Quarto*, ut filia nupta sit. *Quinò*, ut in ipso actu libidinis deprehendat. His deficientibus impunè non interficiet adulterum, aut filiam. Nec obsta- bit, si adulter clericus sit. Non enim poenam c. *Si quis suadente* incurreret, nisi (quod factum) prædictam licentiam Ecclesia improber, ac damnet. Sed de Iudice & magistratu aliqui dubitant, an liceat deprehensos in adulterio occi- dere? *Verior opinio est* licere, quia lex ne- minem excipit, valetque ad absterren- dum à tali peccato majores, qui inter- dum facilius, & crebrius delinquant. V. *Clarum loc. cit. Farinac. l. 2. criminal. Consl. 141.*

II. De marito extat l. 24. loc. cit.

Marito quoque adulterum uxoris suæ occidere permittitur, sed non quemli- bet, ut patri, Igitur si vilis persona sit adulter, ejus occidendi potestas datur marito, sed in propria domo tantum, alium minime. Si tamen non habitæ ratione dignitatis interfecerit, quia justo dolore motus fecisse creditur, nõ ultimo supplicio, sed mitiore poenâ afficietur, l. *Si adulter. cum incestu, ff. de adult. l. Gracchus C. ead.* Uxorem adulteram quod attinet, Iure Cæsareo non permit- ti occisionem illius *Lesius* existimat, con- tra Theol. quorund. opinionem. Cui non savor, §. *Illud in utroque, l. 24.* Secundam Canones, & divinum jus nec patri filiam adulteram, nec Marito uxorem occidere licet. *Gloss. in c. Inter hac 33 q. 3.* Quid enim hoc aliud, quam vindictam sibi sumere, animam recen- ti scelere maculatam, sublatâ peniten- tiæ, & misericordiæ facultate ad inferos detrudere? V. *Sotol. 5. de iust. q. 1. art. 3. Les. c. 9 D. 5 Farina. Part. 5. q. 121.* ubi ampliaciones, & limitationes enu- merat, cum satius foret, tam no- xiæ permissionis abolitionem procurare.

CCXI. DIF.

DIFFERENTIA 9.

Iure Canonico, quando plures simul unum vulnerarunt, quamvis certum sit, cuius ictu occisus sit, omnes censentur homicida, c. Præsentium, de clerico percussore, c. Sicut dignum, de homic. viol. Iure civili autem homicidare putatur solus ille, cuius ictu perit, l. Si rixa, ff. ad l. Cornel. de sicar.

l. Huic scripturæ, ff. ad l. Aquil. Bartol. so. Ioann.

Bapt. à S. Blasio 113.

I. *In c. sicut dignum, de occisoribus S.*

Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis ortâ quæstione, quâ pœnâ afficiendi essent, consultus *Alexand. 111.* respondit. Quia voluntas punitur, licet in effectu non sit deducta, eâdem pœnâ dignos esse, qui opere ipso occiderunt, & qui consenserunt, *c. Omnes 17. q. 4.* Ex corde enim procedunt homicidia & adulteria; *c. Occidit 23. q. 8. c. 1. 15. q. 6.* Ex corde, id est, proposito seu voluntate occidendi, cui propter certam deliberationem, & conatum efficacem tribuitur, quicquid vitiosius fuerit in opere perpetratum, *c. Qui petere 22. q. 5. V. Dynum in Reg. 30. de R. l. in 6. In obscuris, &c. Item infra differ. 2. tit. de pœnis.*

II. Legum civilium alia mens est, nimirum in communi rixa attendendum esse ad ictus uniuscujusque, quibus homo percussus interit, ut pro varietate ictuum varia pœna constituarur. Nam ex genere telorum, quibus quisque utus est, colligitur animus occidendi. *Glossa Gottofredi ad l. Si rixa, ff. ad l. Cornel. de sicar.*

III. In *l. Huic scripturæ, ff. ad l. Aquil.* nihil certius, aut manifestius adfertur, ut merito difficilis, & ardua quæstio

appelletur apud *Iul. Clarum §. de homicidio, n. 37.* qui tribus conclusionibus dirimere nititur. *Prima conclusio*, quando homicidium est deliberatum, & ex proposito, omnes, qui intervenerunt, pœnâ ordinariâ tenentur, sive ex uno, sive ex pluribus vulneribus secuta mors est, & sive unum tantummodo vulnus lethale sit, & reliqua non lethalia. *Secunda*, quando non apparet liquidò, homicidium ex proposito commissum esse, sed aliqua suspiciones adsunt, tunc stante illâ incertitudine omnes torquendi sunt super qualitate animi deliberati. Nihil confitentes in pœnam extraordinariam condemnandi sunt ratione incertitudinis. *Tertia*, cum certò constat, homicidium ex improvilo, & in rixa commissum, distinctione opus est. Vel enim unicum vulnus inflictum est, & inde mors secuta, sed auctor latet, tunc omnes quasi homicidæ puniendi sunt, non tamen pœnâ homicidii ordinariâ: vel plura inflicta sunt vulnera, & auctores noti sunt, sed ex cuius vulnere secuta mors sit, ignoratur, tunc, si omnia lethalia fuerint, omnes tenentur. Si verò unum, vel plura lethalia, & aliqua non lethalia, tunc illi tantum, qui intra-

lerant

lesant lethalia, tenentur de occiso; alii
verò de vulneribus tantum, & hæc
communis omnium sententia est. Deni-
que si certi sint vulnerantes, & nescitur,
quæ vulnera à singulis eorum inflata
sint, tum si omnia lethalia sunt, pariter
omnes tenentur de occiso, si verò unum
tantum lethale, alia verò non lethalia,

pœnâ extraordinariâ Judicis arbitrio
punientur. Ita *Clarus, cum Didaco Covarr.*
in clem. Si furiosus, §. 2. Menochio de ar-
bitrar. Casu 362. Gomez. l. 3. c. 3. num. 36.
qui laudant veteres *Angelum Cynum, Gan-*
dinum, Alex. & similes. Nec recentio-
res dissentiunt.

CCXII.

DIFFERENTIA 10.

Secundum Canones qui vulneravit aliquem etiam in dubio, non potest in sa-
cris ordinibus ministrare, c. Ad audientiam 12. de homic. secundum le-
ges autem, cum dubitatur, an ex vulnere mors illata sit, non tene-
tur vulnerans de occiso, l. Huic scripturæ, §. Si servus,
ff. ad l. Aquil. Bartol. 123.

I. Presbyter N. aliquem de familia
sua corrigere volens, cingulum,
quo uti consueverat, ad verberandum
solvens, cui adhærens cultellus è vagina
prorumpens famulum in dorso aliquan-
tulum vulneravit. Vulneratus postea,
cum ex vulnere convaluisset, aliâ gravio-
ri in valetudine correptus è vita decessit.
Consultus de eo casu *Clemens III.* re-
spondit: Quia dubium est, utrum ex oc-
casionem vulneris decesserit, & tutior in
dubiis eligenda via est, injungendum
prædicto presbytero, ut in sacris ordi-
nibus non ministret, sed pœnitentiâ per-
actâ minoribus ordinibus sit conten-
tus.

II. Unde colligitur primò illi, qui et-
iam dans operam relicta non adhibet
sufficientem diligentiam in agendo, im-
purari effectum, & damnum inde secu-
tum. Exemplum in Judice præstat *Me-*
noch. de arbitrar. Casu 341. qui parri læsæ

condemnatur, in quantum facere de-
buit, & per ignaviam aut imperitiam
neglexit. Idem in medico locum habet,
& omnibus, qui pretio conducti sunt
ad operandum, vel serviendum. *Less. c.*
7. dub. 7. Sylv. in v. Culpa, & Negligentia.
Debebat ergo presbyter famulum ver-
beraturus cultellum à vagina tollere, &
seponere. *Secundò* in dubiis, cum de sa-
lute animæ, vel evitandâ rerum lacra-
rum indignâ tractatione agitur, tutio-
rem in partem inclinandum esse, non a-
gendo, sed cessando, juxta *Caietani do-*
ctrinam in summa. V. Opinionis usus. In
operandis non licet opinionem cujus-
cunque assumere, ut *Regulam operis;*
quoniam eo ipso, quod operatio regu-
landa committitur opinioni, commit-
titur regulæ ambiguae, quia opinio o-
mnis ambigua est, utpote cum formi-
dine alterius partis. *Sic S. Thom. quodl.*
7. q. 13. habenti plura beneficia in du-
bio

Gg

bio

bio relinquenda esse suadet: alias peccaturum, magis amando beneficium temporale, quam propriam salutem. Eandem ob causam presbyter, de quo haftenus, jubetur ab administratione majorum ordinum abstinere, quia per id à periculo peccandi remotior est. *V. Navarr. c. 27. n. 219. Silv. v. Homicidium l. x. §. 6. ubi similes casus examinat. Azor. Part. 1. l. 2. c. 16.*

III. Aliud fori civilis ac profani iudicium est, nec quia in alia materia & sine exercetur, eadem cum ecclesiastico cautelâ indiget. Illum ergo, qui vulneraverit quempiam, licet morte postmodum ex ruina, vel alio casu secuta, non reum mortis, sed vulnerationis pro-

nuntiat, ut videre licet in *l. cir. Huius scripturae*. Pro declaratione tres casus *Cepolla distinguit Consil. 61.* Aut constat vulnus per se mortiferum esse, & sine dubio vulnerans de occiso tenetur: aut constat per se mortiferum non esse, sed ex causa superveniente, puta, febris mortem attulit, & non tenetur. Aut denique in dubio sumus, & dicendum, non teneri, nisi de vulnere: quia in dubio non praesumitur occidisse, sed mortem aliunde illatam, *l. Favorabiliores, ff. de Reg. Jur. l. Interpretatione, ff. de pan. Consentietiam Andr. Gaill. l. 2. Obs. III. n. 11. Barbosa in c. Si quatuor 23. q. 2.*

CCXIII.

DIFFERENTIA II.

Iure Canonico servus non tenetur praeferre charitatem domini sui charitati propriae, c. humanum. Dist. 1. iure civili secus est: l. 1. §. eod. autem lecto, ff. ad S. C. Silanianum. Galvaous 45. Decianus l. 2.

c. 19. n. 11.

I. **O**Rdo charitatis ex praescripto juris naturalis est, ut 1. quisque Deum diligat, plus, quam proximum & seipsum, & super omnia. 2. ut diligat seipsum, corpus, & res suas magis, quam proximum suum, & illius res. 3. proximum plus, quam proprium corpus, seu propriam vitam, quoad salutem animæ. 4. magis meliores & conjunctiores nobis, & hoc quoad speciem dilectionis, ut scilicet majus bonum velimus magis Deo conjunctis: quantum verò ad dilectionis intensiorem, & extensionem converso: quia inten-

siori affectu, & pluribus rationibus conjunctioribus nobis volumus bonum minus, quos amamus, non solum amicitiam charitatis, sed etiam sanguinis, vel civiliter, & huiusmodi. Possimus tamen optare, ut nobis conjunctiores sint aliis meliores. 5. inter conjunctos nobis plus amamus consanguineos in iis, quæ ad naturam spectant, quam concives. 6. Simpliciter magis parentes, quam filios: & è converso in quibusdam angelus, & Silvester in v. *Charitas*. Vnde patet servum non teneri, quoad animæ & corporis sui salutem magis domini

n um

num suum, quam seipsum diligere.

II. Idem sed alio modo *S. Antoninus* Part. 4. tit. 6. c. 4. §. 8. Quod homo magis diligere debeat corpus proprium, quam alterius cæteris paribus, probatur ita. Sicut se habet anima propria alicujus ad animam alterius, ita proportionaliter se habet corpus proprium ad corpus proximi. Sed anima propria se habet ad animam alterius, ut magis eam, quis diligere debeat, quam alterius. Ergo & corpus suum magis debet diligere, & sic ei potius subvenire cæteris paribus. Quod pro tanto dicitur, quasi quis esset multum utilis communitati, vel Ecclesie, ipse verò parum, laudabiliter, & ex perfectione exponeret corpus suum morti pro illo conservando, quam vis ex necessitate non teneretur. Ita *Antonin. V. S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 5. Reginald. l. 17. Tr. 3. c. 8. Franc. Suar. de Charit. disp. 13. sect. 3. n. 7. Fill. Tr. 28. c. 2.*

II. Aliis principiis innixa legum civilium dispositio servos, & subditos pro dominorum suorum vitam tuam prodigere jubent. Hadriani Imperatoris *l. cit.* verba sunt: Servi, quoties dominis suis auxilium ferre possunt, non debent salutem suam antepone. Vbi *Gottfredi Glossa*: Mortis metus non excusat servum pro Domini vita ac salute servanda morti recusantem, eadem possis dicere de subdito principem suum in discrimine vite deferente. Adde *Farinacium* Part. 4. de homic. q. 125. tit. 14. n. 310. Servus tenetur Dominum suum defendere, ipsiusque salutem propriam præfer-

re, §. *Tulisse, ff. ad Sillanianum*, cum alii per Albericum in *l. Vi vim, n. 12. Fulgos ibid. n. 4. Iason n. 32.* Ut miles quoque defendere tenetur capitaneum suum, *Modestim. Consil. crimin. 83. n. 15. l. 2. Carrer. in Pract. criminali Tract. de homic.* Omnia hæc si de civili debito, gratitudinis, vel obligatione spontaneam explicentur, in utroque foro locum inveniunt, & dissonantiam tollent.

III. Coronidem ergo hanc cum *F. La Cruz* statuamus artic. 3. de Char. Secundum naturam spiritualem debemus nos magis, quam proximum amare. Debes tamen ex charitate subire damna corporalia ob bonum proximi spirituale. Tenemur enim in extrema necessitate spirituali proximi exponere vitam periculo pro subveniendo illi: sicut deceptum ab hæreticis in articulo mortis teneor, si possum, docere veritatem etiam cum vite periculo. Magis enim est à nobis diligenda vita spiritualis proximi, quam corpus proprium. Sed extra necessitatem non tenetur homo particularis exponere vitam periculo, aut magnam substantiam pro vita spirituali proximi; bene tamen pati aliquod damnum. Secus sit de episcopis, & curatis, qui extra extremam necessitatem sæpe tenentur subvenire subditis cum periculo vite, & honorum. Nunquam tamen tenemur exponere vitam pro vita corporali proximi, nisi alius proximus sit maxime necessarius pro Reip. conservatione. Quia tum exponitur periculo pars pro toto.

DIFFERENTIA 12.

Iure Canonico hastiludia & torneamenta propter periculum animæ, & corporis vetantur, c. 1. de torneam. iure civili secus: l. Imperatores, ff. de pollicitat. l. 1. C. de spectac. Ioann. Bapt. à S. Blasio 29.

Decianus l. 2. c. 19. n. 4.

I. Concilii Lateran. sub Alexandro III. post Innocentii, & Eugenii decreta prohibitio est, ne fiant nundinae, & feria, quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicito convenire solent, & ad ostentationem virium suarum temere congregari, unde mortes hominum, & animarum pericula sæpe proveniunt. Quòd si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamvis ei postcenti penitentia non negetur, ecclesiastica tamen sepulturâ privatur.

II. Post hæc Clemens V. Constitutionem edidit, cuius initium *Passiones*, quâ torneamenta in quibusdam regnis interdixit, omnesque quocunque modo cooperantes excommunicavit, terrasque illorum interdicto subiecit. Sed rigorem illum successor ipsius *Ioannes XXII.* mitigavit, & censuras abrogavit, non mutatâ prohibitionem, ut patet in *Extra. Quia in futurorum.* Iure novo extat decretum *Concil. Trid. Sess. 25. c. 19. de reform. & Pii IV. Constitutio à villa*, quæ privatâ auctoritate instituitur, sub gravibus pœnis tam spiritualibus, quam corporalibus prohibens. quæ quorundam iudicio de solennibus tantum loquitur, sed à *Greg. XIII.* ad non solennia extendi-

tur, ita ut nulli omnino quacunque ex causa absque Magistratus auctoritate indicere, aut suscipere duellum liceat. Quando autem, & quo modo Magistratui permittantur, explicat *Cæteran. in summ. v. Duellum, & Hastiludium. Soto l. 7. de iust. q. 1. art. 4. Ioann. de la Cruz in Prac. V. de homic. D. 6. Suar. Tract. de Char. diff. 13. sect. ult. Petrus à S. Ioseph cod. l. 3. c. 12. Comitola l. 6. q. 13. 14. 15. & seq. Fid. Tr. 29. c. 8.*

III. Leges civiles quòd attinet, in *C. tit. de spectac. Imp. V. Allenf. & Gratianus* non tantum agones gymnicos aliosque ludos permittunt, sed etiam ad illa cohortantur, & felicitis populi studium vocant, quibus captum, & cruentâ voluptate inebriatum alipium suum *S. August. fatetur l. 6. Conf. s. c. 8.* sed postea gladiatores à Constantino monachi cuiusdam persuasione inducto sublatos esse Theodoretus & Nicephorus testantur. Extat *lex Constantini, C. de gladiatoribus penitus tollendis.* Cruenta spectacula in orio civili, & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus, ita *Imperator Constantinus.* Quòd satius ecclesiæ Prælati in id incumbunt, ut eiusmodi nefanda certamina apud Christianos homines invisa exolâque sint, quem

quemadmodum hodie plerisque in locis, præsertim Imperio Romano subiectis exulare cernimus. Non sapere civitates, ait S. Chrysoſt. Homil. de Davide & Saule, quibus ludus pro reſeria habetur. Neque enim ludi ſunt inanis gloriæ cupiditates, quæ ad afficiendum morte adeo ſunt immiſericordes.

IV. Non tamen prohibentur innocua certamina, & ludi, quibus ad ſeriam pugnam erudiantur, & confirmantur militum animi, iisque plurimum creviſſe virtutem bellicam cenſet *Adrianus Contzen l. 8. Polit. c. 20. §. Hinc enim, ubi etiam haſtiludiorum leges promulgar.*

CCXV.

DIFFERENTIA 13.

Ludere Convivii cauſâ ſacri Canones prohibent, c. Inter, de exceſſ. prælat. c. Commeſſationes, diſt. 20. Leges verò permittunt: l. Quid inconvivio, ff. de aleator. Galvanus §. Decianus l. 2. c. 19. n. 16.

I. *In c. Inter dilectos filios, de exceſſ. prælat. mentionit de ludis voluptuoſis, qui extirpandi ſunt. Ludebant nimirum etiam clerici, de ſymbolis, & convivio exhibendo; quæ conſuetudo reprobatoretiã in c. 16. 11. & 12. diſt. 44. Non oportet miniſtros aleatis, vel quolibet clericos vel etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis (vulgò commeſſata vocant) convivium celebrare. Item, nõ liceat Sacerdotes, vel clericos convivium facere de conferſis. Nimirum arma clericorum non ſunt aleæ, taxilli, globi, tabellæ, & ſimilia, ſed preces, & lacrymæ. Habitus, quem geſtant luctui, quàm ludo aptior eſt. *Domin. Soto l. 4. de iuſtit. q. 5. art. 2. Concluſ. 2.* Non reprehenduntur tamen peregrini ſimul euntes, & ſcholares ſimul in eodem hoſpicio commorantes, qui ſimul faciunt duodena, & ſymbola, vel etiam foris ad fontes, vel ad alium locum amœnum, vel quæ ſunt ad quotidianum uſum, ut faciunt milites. *Cardin. Turrecrem. in c.**

Non oportet, diſt. 44. ſimiliter clericis licet convivia inſtruere ex conferſis pauperum cauſâ, c. Si qui deſpicit, diſt. 42.

II. *Legibus permitti ejuſmodi ludos ex l. Quæ in convivio, de aleator. liquet. Quod in convivio veſcendi cauſâ ponitur, in eam rem familia ludere permittitur. Si ſervus, vel filius ſam. victus fuerit, patri vel domino competit repetitio. Vbi hanc maximam format marginalis *Gloſſa Gottofredi*: Aleã ludere convivii cauſâ licet. Verùm alii aliter apud *Clarum §. Ludus*: Certè, qui ludorum incommoda, damnaquæ cum animo ſuo rectè computarint, in eam facile ſententiam conſentiet, ut ſacris ſimul, & profanis hominibus interdican- tur. Sed qui enumerat?*

Tunc ſanus incauti, ſtudioquæ aperimur ab ipſo,

Nudaquæ per ludos pectora noſtra patent.

Ira ſubit, deforme malum, luctuquæ cupido,

Invidiaquæ, & rixa, ſollicituquæ dolor.

G g 3

Omnia

*Omnia dicuntur, resonat clamoribus aether,
Invocat iratos & sibi quibus Deos.*

*Nulla fides tabula: qua non per vota pe-
tuntur?*

*Et lacrymis vidi saepe madaera genus:
Ovid. l. 3. am.*

Sic ille de animæ noxa, & divina of-
fensa parum sollicitus. Aliter ergo dica-
mus: In ludo invenitur 1. lucrandi studium,
& cupiditas, quæ omnium malorum
radix est. 2. voluntas spoliandi
proximum, id est, rapina. 3. Coacer-
vatio mendaciorum, verba obscæna,
otiosa, vana. 4. Blasphemix, & maledicta.
5. corruptio multorum, qui ad

spestandum, & concupiscendum veni-
unt 6. Scandalum bonorum, & innocen-
centium. 7. amissio pretiosi temporis. 8.
pugnæ & rixæ. 9. contemptus prohibi-
tionis S. M. Ecclesiæ. Ita fere Archid. in
c. Episcopus, dist. 35. adde S. Antoninum,
qui Part. 2. tit. 1. c. 23. tot vitia enume-
rat, quot cubi lusorii notis signati sunt.
De eod. agit Azor. III. l. 5. c. 24. & seq.
Jacob. de Grassis Part. 2. l. 3. c. 8. Item Co-
mitolus l. 3. q. 10. ubi ea, quæ de ludis
per Theologos, & Summistas agitare
solent, decem theorematibus comple-
ctitur.

TITVLVS XVI.

De pœnis.

Columnas Reip. duas supplicium, & præmium esse, Solo-
nis effatum est, multo usq. & tempore comprobatum. Bo-
nis hoc experitur, malis illud formidini est. Genera multa
pro noxarum numero: de quo alibi. Nunc quo dissidio le-
ges, & Canones distent, disquirendum,

CCXVI.

DIFFERENTIA I.

*Iure Canonico alie pœna, alie iure civili infliguntur, c. Sicut, d. st. 68. c. Pla-
cuit, D. 18. c. Ad reprimend. de off. ordin. l. Si quis fortè, §. Nunc
genera, cum sequentibus, ff. de pœn. Bartol. 117. Ioann.
Bapt. à S. Blasio 182. Canisius 9.*

I. **D**E hac differentia accuratè De-
cianus l. 2. c. 20. ubi ante omni-
a notat pro nullo crimine quan-
tumvis gravi à Iure Canonico pœnam
sanguinis infligi, c. Inter hac 23. q. 2. c.
Sententiam. Ne clerici, vel monachi. Vbi
Concil. Lateran. præcipit, ne ullus cle-
ricus sententiam sanguinis, aut dicit,
aut pro-

aut proferat, sed de sanguinis vindictam exerceat, aut, ubi exercetur, intersit: nec quisquam clericus literas dicter aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas: sed in curiis principum hæc sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Si qui autem peruersis moribus, & flagitiis capitali pœnæ se reos fecerint, curiæ seculari tradentur, c. *Ad falsarior. de crim. falsi, c. Cum non ab homine, de iudic. c. Si quis Sacerdotum* 11. q. 1. depositus curiæ tradatur (clericus inobediens, & insidias episcopo struens) & recipiat, quod iniquè gessit. Non tamen prohibentur ecclesiastici prælati, qui jurisdictionem temporalem habent, de mandare alicui cognitionem & executionem causarum criminalium, ut supra dix. tit. de iudiciis, differ. CXLVIII. V. Sotum l. 5. de iust. q. 1. art. 4.

II. Pœnæ autem, quibus Ecclesiæ ex sacrorum Canonum præscripto utitur, sunt istæ. Primò Degradatio & traditio Curiæ seculari, de qua paulò antè. Secundò detrusio in monasterium cum degradatione, vel sine illa, c. *Si episcopus*, D. 50. Tertio depositio simplex, c. *Si quis viduam, ead. dist.* Quartò suspensio à divinis, c. *Si mala fama* 2. q. 5. c. *Nullus*, c. *Presbyter*, dist. 32. Quintò Excommunicatio, de qua to. tit. de sentent. excommunic. c. *Si qua amodo*, dist. 81. Septimò suspensio ad tempus, c. *Presbyter*, dist. 82. c. *Placuit* 12. Octavò privatio officii temporalis tantum, c. *Si quis de ordine* 7. q. 1. c. *Cum in cunctis*, de elect. Nonè privatio communionis tantum, c. *Ante omnia*, dist. 35. c. *Nullus*, dist. 57. Decimò Pœnitentia, to. tit. de pœn. & remiss. Undecimò Carcer, sive temporalis, sive perpe-

tuus, c. *quampvù de pœn. in 8. c. Novimus*, de verb. signific. Duodecimò traditio curiæ ad servitium cum perpetua infamia, c. *Statuimus* 11. q. 1. Ita fere *Desianus*: Ad denda est pœna verberum, quæ factis Canonibus recepta, nunc parum usitata est, ut *Lopez de Salzedo* notat in c. 135. *Pract. Bern. Diaz*. Denique relegatio ad triremes in Italia potissimum nota & frequentata, quamvis non sit clericis propria, sed quasi adventitia.

III. Quod civile jus attinet, apud Romanos olim octo pœnarum genera erant, damnnum, exilium, vincula, verbera, talio ignominia, servitus, & mors. *Innoc. in c. Qualiter, & quando. Felinus ibid. num. 23. de accus.* Alii septem genera numerant, quæ in ulu sunt, tria capitalia, & quatuor non capitalia. Inter capitales est mors, metalli, & deportatio. Non capitales, relegatio, infamia, dignitatis amissio, verberatio, seu fustigatio. De quibus v. *qua dix. in Part. 3. Summa Iuris Canon. tit. ult. de pœnis. Isidorus l. 5. Orig. c. 27. Tholos. l. 31. c. 3. Azor. l. 9. Summ. §. 47. lal. Clarum §. fin. q. 67. Wesenbec. l. 48. ff. tit. 19. Andr. Gail. l. 2. de pace publ. c. 11. Ad. Contzen l. 5. Politis. c. 10. Pract. Ferrar. Moscon. de maieft. Eccles. Part. 2. c. 5. §. Pœnarum genera. Ioann. Stephani Tract. de Pontif. potestate coactiva, c. ult. Roderic. Tomo 4. quest. regular. Tit. 28. c. 1. & seq. Boërius Part. 11. decis. 254. n. 3. & seq. remittens ad Baldum, & Iacobum de bello visu, & Ioannem de Montelon.*

* * *

CCXVII. DIF-

Jus Canonicum magis animum punit, quàm ius civile, regulariter loquendo, c. Tres personas, jun. Gloss. l. Vulgaris, §. Qui furti, ff. de furt. Decianus l. 2. c. 19. n. 20.

I. AD hoc probandum sufficit finium diversitas in Jure civili. & Canonico. Hoc enim spiritualia; illud temporalia attendit, c. Facta sunt, dist. 4. c. Quoniam idem, dist. 10. sed Decianus in particulari declarat. Secundum jus civile intrans domum alicujus ut furetur, & non furatur, non dicitur fur, l. Vulgaris, §. Qui furti, ff. de furt. At secundum Jus Canonicum intrans per ostium eo animo, ut furetur, licet nihil avertat, dicitur fur, & latro, c. Tres personas 23. q. 4. Qui locus tamen imperitiosus videri posset, nisi Glossa auctoritate fulciretur. Nam s. Augustinus ibi cum Christo de malis praelatis loquitur, quos furibus, latronibus, & mercenariis comparat. Unde sumpta occasione infert Glossa secundum Canones hoc ipso est aliquis fur, quod non intrat per ostium ut hinc, & de pœnit. dist. 1. c. Si propterea, & c. seq. secundum leges non est statim fur, licet clam intraverit furandi causâ, l. Vulgaris, & c. Igitur Canones furti & adulterii reos pronunciant illos, qui solo corde seu desiderio alterius rem vel uxorem attingunt. Quam Christi doctrinam omnis Theologorum schola sequitur, adeoque Ecclesia; non ideo tamen, ut fures &

adulteros pœnis corporalibus, sed spiritualibus castigat, in foro animæ ad salutarem emendationem. Quod ponderans alciatus in c. Quod sedem, de off. ordin. Juris Canonici pœnas non fieri in ultionem delicti pronunciat, sed ideo imponi, ut delinquens pœniteat, & animam suam salvet. Ex quo sequitur ejusmodi pœnas non esse capitales, quemadmodum Bart. annotavit in l. 2. de publi. iudic.

II. Pœnae autem legibus constituta vindictam intendunt, externa opera per se respiciunt, animi propositum per accidens, quatenus foras emicans facti malitiam auget. Quid enim obest conatus, si injuria nullum habuit effectum? l. 1. ff. Quod quisque iuris, l. Cogitatione 18. ff. de pœn. l. 14. ff. ad l. Cornel. de Sicariis. In Canonibus quidem non uno loco legitur, intentionem, cogitationem, animum puniti, juxta illud. *Huius peccandi sola voluntas*; sensus tamen animi est, de occultis quemquam puniti, sed tunc demum, cum animi propositum in facto ipso conspicitur. Si qua igitur hic inter Jus sacrum, & profanum dissonantia cernitur, in modo potius, quàm substantia existit.

DIFFERENTIA 3.

Delinquens iure civili sortitur forum loci, in quo deliquit, non obstante aliquo privilegio. Auth. Qua in provincia, C. Vbi de crimine agi oportet. At iure Canonico minor quidem sortitur forum delicti, sed maior (puta archiepiscopus) in gravioribus à solo Papa iudicatur, c. n. de raptor. jun. Glo.

Decianus l. 2. c. 22. n. 13.

I. Concilii Meldensis in *co. cit.* decretum est, ut raptores, ac prædatores ab illius loci, in quo delinquant, prælato excommunicentur, & ibidem dignè satisfaciant. Rationem *Glossa* assignat, quia ibi crimen puniri debet, ubi quis deliquit, & ratione delicti sortitur quis forū, *c. l. 3. q. 6. c. Placuit 6. q. 3. c. Postulasti, de foro comp. Auth. Qua in provincia, C. Vbi de crim. agi oportet.* Nec verū est, quod aliqui dicunt, ibi conveniendos, causam verò à proprio iudice terminandam esse: sed Iudex loci delicti potest clericum condemnare, sententia tamen executioni mandabitur per episcopum proprium, *c. Postulasti, de foro comp.* nisi velit iudici illius deferre, vel remittere ad illum condemnandum, sicuti dicitur de metropolitano, qui potest absolvere excommunicatum à suo episcopo, nisi velit illi deferre, *c. Per tuas, de sent. excomm.* nec dicitur terre sententiam in alienum subditum, sed in suum ratione criminis. Tamen si crimen facile fuerit, potest de illo cognoscere suus Iudex; si verò grave fuerit crimen, remittetur ad locum delicti, *t. de fertorem, ff. de re milit.*

II. Ab hac tamen generalitate exci-
Antinomia.

pitur quilibet superior, qui ubicunque crimen committit, non potest iudicari nisi à Papa, si agatur ad depositionem. Quod si crimen tale est, quod non inducit depositionem, *Hugo* dicit iudicari posse à suo majori, & non ab inferiori, si crimen committat in sua parochia. Sed si Archiepiscopus committat tale crimen in parochia alterius archiepiscopi, vel episcopi suffraganei alterius episcopi, posse tunc iudicari ab archiepiscopo, vel episcopo idē *Hugo* existimat, *argum. c. Duo, dist. 96. ubi S. Ambrosius* ratione criminis commissi, in sua parochia excommunicavit Imperatorem, quod aliàs non liceret. *Ita Glossa*, sed *Barbosa* notat, tunc remittendum esse ad locum delicti reum, quando id pars læsa exigit: aliàs si accusator prosequi velit causam in loco, in quo reperitur vagabundus, admittendam esse accusationem remissionis curā omisā. *V. Covarr. l. pract. qq. c. II. Iul. Clar. §. fin. q. 38. Azevedo, l. I. n. 24. tit. 16. Bern. Diaz in pract. crim. c. 9. in addit. lit. D. Piafec. part. II. c. 4. n. 25. Silvest. v.*

*Confessor, §. I. n. II. Armilla
v. Forus, n. 2.*

Hh

CCXIX. DIF-

Iure civili quodcumque crimen capitale ad evitandam poenam transactione finitur: l. Transigere, C. de transact. secus iure Canonico, tit. de Simon. & l. q. i. per tot. Decianus l. 2. c.

22. n. 32.

I. **T**Ransactio est conventio, l. *Cum mota*, C. de transact. de re dubia, & lite pendente, l. 1. ff. de transact. non gratuita facta, l. 3. C. de repud. bared. Res igitur, quæ in transactionem veniunt, sunt lites indecisæ, & res dubiæ, vel quæ pro dubiis habentur, motæ, aut movendæ, l. 2. C. de transact. dubius litis eventus donec res iudicata sequatur, l. *Quod debetur*, ff. de pecul. l. 1. ff. de re iud. De omni crimine, pro quo mortis poena constituta est, transactio permittitur, l. *Transigere* 18. C. hoc tit. & l. *fin. ff. de procur.* Licet enim cuique quomodocumque sanguinem suum, & vitam redimere, l. *fin. C. de iud. l. 1. de in, qui mort. sibi consc.* absque præiudicio tamen reip. & publicorum iudiciorum. Excipitur adulterii crimen, vel quia olim poena mortis non puniebatur, vel quia periculum est, ne maritus lenocinii famâ se commaculet, V. *suprà different. XXXIX.*

II. Hæc legum indulgentia est honestati & bonis moribus consona, quam ideo sacri Canones minimè arguunt, sed eam, quæ de rebus spiritualibus fieret, transactionem interveniente aliquo temporali prohibent, c. *Constitutum*, c.

Super eo, c. Præterea, de transact. ut immoderate cupiditati & Simonæ aditus præcludatur. Gratuita tamen, & amicabile compositio de beneficio ecclesiastico permittitur, c. *Super eo, hoc tit.* quod observatu dignum est, quia per sæpe occurrit. Aliàs transigi super re sacra & litigiosa non potest, nam res sacræ ut possideantur, aliquo dato, retento, vel promisso speciem præ se fert Simonæ. Gratuitæ autem, & amicæ compositioni sacri Canones non obstant, De matrimonio quoque non licet transigere c. *fin. hoc tit.* nam si legitime semel contractum est, nunquam dissolvi potest: si verò illegitime, seu contra sacrorum Canonum præscriptum, reconciliari partium compositione nequit, c. *Non debet, de consang. & affin.* remissio offensæ tamen, & reconciliatio non prohibetur. Az. Alex. Panorm. Angel. Silv. in v. *Transactio*, Tholos. l. 28. c. 2. Alciat. in tit. de transact. Gaill. l. 2. obs. 70. Sanchez l. 10. de matrim. disp. 6. Esobar in Theol. mor. Tract. 6. Exam. 2. c. 4.

Et præ aliis multis Prosper Farinat. Part. 4. q. 142. n. 70. & seq.

CCXX.

DIFFERENTIA 5.

Secundùm leges pœna pecuniaria ab Ecclesia infligi potest, quod Canones non permittunt, c. Quamquam, d. st. 23. c. Diligenti, de arb. c. Suam, de pœn. Bartol. 69.

I. Infligi non rarò pœnam, seu multam pecuniariam legum civilium præscripto, & auctoritate extra controversiam est, vel *Vlpiano teste, l. 131. ff. de verb. signif.* Pœna generale nomen est, omnium delictorum coercitio, multa specialis peccati. Hujus adversio hodie pecuniaria est: pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitæ, & existimationis irrogari solet. Et multa quidè ex arbitrio venit illius, qui multam dicit; Pœna non irrogatur, nisi quæ lege, vel alio jure specialiter huic delicto imposita est. Imò multa ibi dicitur, ubi specialis pœna non est imposita. *Item l. 1. ff. de pœn. prætoris, & præsidibus mandatur, ut egentibus, qui eo nomine pecuniariam pœnam eludunt, coercitionem extraordinariam inducant. At Curatori Reip. qui Græco vocabulo Logista vocatur, jus multandi adimitur. l. 3. c. de modo multar.*

II. Canones quòd attinet, si *Bartolus* hujus differentie Auctor, omnino prohibitam ab illis pecuniariam multam existimat à vero aberrat, quia extremis inhærens, ea, quorum executio, ut culpa, & reprehensione vacet, cautionem & moderationem exigunt, absolutè & simpliciter prohiberi censet. Non convenit

indiscriminarim, & absque delectu pro quolibet excessu, aut sententia judiciali pecuniariam multam à Prælati & majoribus exigere, ne ad peccandum occasio præbeatur ditioribus, quibus pecuniæ carentia minùs onerosa est: idque volunt Canones, quorum auctoritate *Bartoli* sententia nititur. Præsertim c. vi *Clericorum, de vi, & honest. cler.* ubi annum censum à concubinariis aliquando exactum esse insinuat, quod procul dubio netarium & execrabile, adeoque in prædicto cap. prohibitum est. *V. Barbof. ibid. & quos allegat DD.*

III. Nihilominus in pœnam præsentium delictorum, & imminentium ac futurorum fugam, vel statuto, vel sententiâ ab ecclesiastico Judice multa, seu pecuniaria pœna constitui potest. *Felinus, Hostiens. Cardinal. & alii apud Covarr. l. 2. Variar. c. 9 n. 9.* Illam pecuniam verò tum *DD.* tum maximè *Conc. Trid. Sess. 25. c. 14. de reform.* non Camera vel ærario Episcopi inferendam, sed piis locis applicandam esse statuunt, ita ut nec minima pars mercedis loco ad Vicarium episcopi deriveretur. Convenit enim vero Ecclesiæ præsides non ab avaritia tantùm, sed etiam umbrâ illius puras ad Deum manus extendere. Sicubi
H h 2: tamen

tamen non fictâ & simulatâ inopiâ Episcopus laboraret, pecuniâ statuto, vel tententia à reis exhibitâ ac persolutâ uti non prohibentur, dummodo scandalû, & sordidâ cupiditatis procul suspicio sit. *Silvest. v. Pœna, num. 25. Armilla eod. n. 3. Bern. Diaz in pract. crim. c. 144. Ignat. Lopez. ibid. Piasec. in Praxi episc. part. II. c. 2. n. 9. §. Illa autem. Zerola part. I. v. Pœna, in 6. allegans sacra Congreg. decisionem. Ce-*

varr. l. 7. Var. 6. 9. num. 9. & seq. Emman. Rodericus Tom. IV. Quæstion. regular. Tit. 28. c. 6. n. 22. Sanchez. de matrim. l. 8. disp. 14. num. I. ubi addit, episcopos, cum in voto dispensant, multam imponere posse per modum partialis cujusdam dispensationis commutationi admixtâ. Item, quando in aliqua lege superioris ex commissione dispensat, quod à quibusdam non approbatur.

CCXXI.

DIFFERENTIA 6.

Peccans contra naturam secundum Canones punitur citra pœnam mortis, c. Clerici, de excess. prælat. c. Flagitia 32. q. 7. secundum leges autem capite plectitur, l. cum vir nubit in feminam, C. Ad l. Iul. de adult. Auth.

Vt non luxur. con. nat. §. Præcipimus, Bartol. 92. Ioann. Bapt. à S. Blasio 119.

I PECCATUM contra naturam est omnino auctus luxuriæ, qui humanam generationem impedit, vel quo pervertitur ordo, quem pro concipiendo foetu natura ordinavit. *Summistæ in v. Luxuria. Quatuor species plerique agnoscunt, immunditiam, innaturalem concubendi modum, Sodomiam, & bestialitatem. De quibus v. Filiuc. tract. 30. c. 8. Bartolus hic, & Ioann. Bapt. à S. Blasio de Sodomia præcipuè loquuntur.*

De illâ Concil. Lateran. sub Alexandro III. relat. in c. Clerici, de excess. prælat. ita statuit: Quicumque illâ ineontinentiâ, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentia, & quinque civitates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare, si clerici fuerint, deijciantur à clero, vel ad agenda præ-

nitentiam in monasterium detrudantur: si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni. De eodem crimine Pius V. Anno 1568. Constitutionem edidit, cujus initium est, Horrendum, quâ decernit, omnes, & quoscunque presbyteros, & alios clericos sæculares, & regulares, cujuscunque gradus & dignitatis tam dirum nefas (Sodomia) exercentes omni privilegio clericali, omniq; officio, dignitate, & beneficio privandos esse, ita ut per Judicem ecclesiasticum degradati, potestati statim sæculari tradantur. Super ista constitutione Nav. in Manuali c. 27. n. 249. plura notat, quemadmodum Diana quoque puta primò non esse usum receptam, nec in foro conscientia obligare. Secundò, non concernere laicos.

Tertiò,

Tertio, eum, qui non nisi bis aut ter exercuit actum Sodomie non incurtere pœnas illius: quod bene refellitur in c. 90. *pract. crim. Ignat. Lopez.* Quarto, clericum, qui bestialitatem committit, non peccare contra illam. Quinto, ante sententiam Judicis declaratoriam non incurri prædictas pœnas in foro conscientie. Denique clericum Sodomitam, si contritus sit, etiam retento beneficio, officio ex dignitate absolvendum esse.

II. Quod autem prædictum scelus per Canones supplicio mortis non afficiatur, non est indulgentie aut conniventie tribuendum, sed quia id genus pœnæ ab instituto, & motibus Ecclesie alienum est, ut superius in *differentia CCXVI. exposuimus.*

III. Legum igitur suspicienda severitas est in c. & *Auth. citata*, ubi Imp. Constantinus & Constans jubent *insurgere leges, armari iura gladio auctore*, ut exquisitis pœnis subdantur infames. Ex quo DD. colligunt, pœnâ mortis afficiendos esse Sodomitas, tam agentem, quam patientem. *lul. Clarus l. 5. §. Sodomia, n. 4. text. in l. Cum vir nubit in famam, c. de adult.* Et est communis conclusio, juxta *Socin. Gomefium & alios.* Notandum verò, quamvis prædictus textus videatur imponere pœnam gladii, seu decapitationis, consuetudo tamen obtinuit, ut Sodomitæ igne comburantur. *Angel. in di. l. Cum vir nubit, & c. Afflictus in part. 3. constit. regni. Damhoud. in pract. crim. c. 96. n. 12. receptissimam consuetudinem vocans.*

IV. Addit *Clarus* insuper dominium

bonorum suorum, quæ tempore commissi criminis possidet, ipso jure perdere secundum *Gloss. in c. Cum secundum, v. Natura contrarietas, de heret. in 6.* quam communiter approbari à DD. *Bermon. air de concub. pag. 123.* quamvis ubique non videatur usu receptum. *V. Menoch. casu 286. n. 9.* Præter hæc propter Sodomie flagitium matrimonii societas tollitur, & thori separatio inducitur, c. *Omnes causationes 32. q. 7.* Ubi *Glossa* propter opus Sodomiticum maritus dimitti potest, ut infra c. *Adulterii malum.* Nam Sodomitica malitia adulterii crimen vincit, & blasphemie æquiparatur æqualis pœnæ consortio. *Decianus l. 6. c. 3. n. 3.* Et hanc opinionem magis communem vocat *Abb. in c. Maritus, de adult.* quem refert *practica Conradi pag. 374. n. 4. Barb. constit. 64. num. 8. l. 1. Ignat. Lopez in pract. crim. c. 90.*

V. Quod verò affectum, & conatum attinet non consummato externo opere, non una omnium opinio est. Atrocitas sceleris etiam non perfecti idem mereri supplicium videtur; sed quia interna minus nota sunt, & noxam cum damno effectus completus auget, fere obtinuit, ut mitiori pœnâ castigentur, qui conatu animi sceleratum prodiderunt. *Clarus loc. cit. n. 8. Afflictus in const. Asperitatem, tit. de adult. Menoch. de arbitr. casu 360. n. 60.* qui tamen excipitur actus proximos ipsi externo operi, propter quod ordinariâ pœnâ plectendi sunt.

DIFFERENTIA 7.

Pœna incestus & adulterii secundum Canones mors est, c. Relegentes 23. q. 5. at secundum leges adultera non occiditur, sed in monasterium detruditur. Auth. Sed hodie, C. de adul. Bartolus 75.

I. **C**ym cruenta iudicia & supplicia Ecclesiæ moribus ignota sint, ut supra indicavimus, non bene Bartolus incestus, & adulterii pœnam secundum Canones mortem esse dicit: nec Gelasius Papa in prædicto c. Relegentes Ioanni patritio scribens quicquam definit, sed si adulterium morte puniatur (ut leges volunt) non remanere dicit, in quo vindicetur incestus. Cæterum adulterii pœna, quæ sit iure Canonico, facilius dictu est, quàm quæ iure civili sit, quia non eadem semper sancita, sed cum tempore mutavit. Secundum Canones tam masculus quàm fœmina excommunicatur, c. Intelleximus, de adul. insuper fœmina in monasterium detruditur; in quo, si maritus recipere nolit, toto vitæ tempore pœnitentiã agat, c. Gaudemus, eod. Clericus autem propter crimen adulterii deponitur, & similiter monasterio includitur pro totius vitæ exercenda pœnitentiã, c. Lator. 2. q. 7. Quod si hodie fieret, non multi ut alciatus loquitur, in plateis conspicerentur.

II. Legum pœna primùm deportatio fuit, l. 1. ff. de questio. Iure Cod. autem pœna mortis, l. Quamvis 30. C. de adul. Quam opinionem communem esse a-

put Iul. Clarus DD. tradunt, hodie secundum Ius Authem. in fœmina propter sexus fragilitatem pœna mitigata est. Nam virgis cæsa in monasterium intruditur, & intra biennium à marito non repetita, habitum induca perpetuò manere cogitur. Auth. Sed hodie, C. de adul. Quod in praxi nunquam vidisse se Clarus testatur, sed quandoque condemnatas in fustigationem, & exilium arbitrarium fuisse. Nunc eò usque variatum est, ut certum supplicii genus nominare arduum sit. Legum severitatem consuetudo sustulit, & tantum non arbitrantium beneplacito permisit. Interim gravissimè Principes peccare Iulius sæpe laudatus ait, qui adulterii gravissimum crimen severissimis legibus non coërcent, & executionem urgent, esse quæ hunc ex illis casibus unum, in quo Resp. Christiana reformatione indiget.

V. Menoch. casu 290. Decianus l. 6.

c. 23. Farinac. Part. 5. q.

141. n. 13.

* * *

CCXXIII.

DIFFERENTIA 8.

Iure Canonico, qui monacham carnaliter cognovit, si clericus est, deponitur, si vero laicus, excommunicatur, c. Si quis episcopus 27. q. 1. c. Si quis Sacerdos 30. q. 1. Iure civili autem laicus capite plectitur: 1. Si quis non dicam, C. de episc. & cler. Bartol. 83. Ioann. Bapt. à S. Blasio 115.

I. **S**extæ Synodi in Trullo sanctio est, *c. Si quis episcopus aut presbyter, aut quicumque alius de clero cum muliere Deo consecrata mœchatus deponatur, laicus verò excommunicetur. Sed non majorem pœnam laico mœcho à Synodo decretam esse, miratur Glossa, cum leges majorem imponant: quasi verò in Ecclesia Christi pœna reperiat, quæ excommunicationem vincat. c. Corruptantur 24. q. 3. damnatio, quam episcopale iudicium facit, pœna est, quæ major in Ecclesia esse nulla potest, c. Auctoritatem 15. q. 6. Excommunicatio gladius est, malos à bonis separans. Quòd si pœnam duplicatam desiderat in c. Si quis Sacerdos 30. q. 1. extat: ubi Sacerdos cum filia spiritali fornicatus ab officio depositus jubetur peregrinando duodecim annis pœnitere; postea monasterium ingredi, ibique cunctis diebus vitæ suæ Deo servire. Ergone pœnam publicam, & solennem Sacerdos ager? Concedit Glossa, si absque spe restitutionis depositus sit. V. Ignat. Lopez. *Pr. c. crim. c. 85.**

II. Legum rigor Ioviniano Impera-

tori debetur. *Is incitata l. 5. C. de episc. & cler. ita constituit: Si quis non dicam rapere, vel attentare tantum jungendi matrimonii causâ sacratissimas Virgines ausus fuerit, capitali pœnâ feriatur. Carb. in Pract. l. 2. c. 3. Dornsp. Tr. de except. caus. crim. P. 1. Sect. 2. c. 5. n. 161. & Glossa Gottofredi notat hâc lege puniri etiam conatum, quod minime insolens, si intelligas de eo conatu, qui foris apparet, & effectui proximus est, qualis reperitur in eo, qui pudicitiam pueri, vel puellæ attentat, ubi, cum propter impedimentum extrinsecum consummare flagitium non potest, non minus supplicii reus censetur, quam si omnino perfecisset, ut supra in differentia CCXVII. & latius in Part. 3. Summa Jur. Canon. tit. de pœn. diximus. Exempla v. apud Menoch. casu 36. qui addit pœnâ extraordinariâ perstringi eos, qui animi malitiam qualicumq; externo opere produnt.*

* *
*

CCXXIV. DIE

DIFFERENTIA 9.

Virginem corrumpens iure Canonico in uxorem accipere tenetur, c. 1. de adult. iure civili aliter punitur, §. 2. Institut. de publ. jud. Bait.

124. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 140.

I. Quod in c. 22. v. 16. Exodi legitur in c. 1. de adult. translatum est, si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabis eam, & habebit uxorem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. Nolenti stupratam à se uxorem habere Greg. Papa in c. 2. eod. aliam pœnam statuit, ut nimirum corporaliter castigatus excommunicatusque in monasterium, in quo agat pœnitentiam, detrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione licentia. Glossa in v. Plestendum, notat subintelligi relegationem lege constitutam, vel, si vilis persona fuerit, verberationem, §. 2. Institut. de publ. iudic. si autem stuprum vi intulit, capitis pœnâ puniendum esse, ita in laicis stuprum vindicatur. Farinac. part. 5. q. 147. Sanch. l. 7. d. 14. Clerici eodem vitio inquinati pœna est depositio ex communi DD. opinione apud Iul. Clarum §. Simonia n. 3.

II. Horum temporum praxis nihil à stupratore aliud exigit, quàm ut viria-

tam puellam (modò honesta, & non infamis sit) uxorem accipiat, vel dotem suppeditet. Sic juris rigori derogatum esse Clarus loco citato notat, addens, pro stupro cum vidua commissio (ira Legistæ appellant contra communem Theologorum sensum) nunquam vidisse se aliquem puniri, & in regnis Hispaniæ generali consuetudine abolitam esse ejusmodi pœnam. V. Antonin. part. 2. tit. 2. c. 1. §. 1. Silv. v. Luxuria, n. 5. Molin. disp. 106. Less. c. 10. D. 2. Az. III. l. 5. q. 2. Laym. l. 3. Tract. 3. part. 3. c. 13. n. 3. Vasq. Tr. de restitut. c. 3. Ioann. de la Cruz. in Prac. VII. art. 2. D. 4. Barbosa. inc. Pervenit, de adult. Denique Comit. l. 4. q. 16. ubi ea potissimum explicat, quæ in foro conscientiæ Confessariis prosint pro satisfactione, & compensatione illorum, qui se in hoc genere delicti fecerunt.

* * *

DIFFERENTIA 10.

Iure Canonico sacrilegus variis penis afficitur, c. Quisquis, & aliis 17. q. 4. jure civili autem capite plectitur: l. Sacrilegii, ff. ad l. Iul. peculatus, & de Sacrilegis. Ioan. Bapt. à S. Blasio 107.

I. Sacrilegium est rei sacræ violatio, & committitur tribus modis in personam, locum, & rem, c. Quinquies, c. Sacrilegium, c. Omnes, eod. Inter res sacras primum locum sacramenta obtinent, secundum vasa consecrata, tertium imagines, & reliquæ Sanctorum, quartum vestimenta, denique ordinata in sustentationem ministrorum ecclesiæ. Silvest. v. Sacrilegium. Less. c. 45. dub. 2. & 3. Ignat. Lopez in pract. crim. c. 91.

II. Sacrilegii pœna secundum Canones aliquando est excommunicatio ipso jure, quando nimirum sacræ personæ vis inferitur. Cùm verò in rem sacræ committitur, trina monitio præmitti ante excommunicationem debet. Antemonitionem verò excommunicatione minori affectus est, donec satisfaciatur, & interdum majori quoque, ut si domus sacræ incendatur, vel alio modo frangatur. Aliquando etiam imponitur pœna pecuniaria, Judicis arbitrio æstimanda, c. Si quis contumax 17. q. 4. Canis. l. 3. summatit, 16.

III. Secundum leges pœna sacrilegorum capitalis est, cùm gravis injuria

facta, l. Sacrilegii, ff. ad l. Iul. peculatus, sacrilegi capite puniuntur, qui publica sacræ compilaverint: At qui privata sacræ vel ædiculas incustoditas tentaverint, amplius quàm fures, minùs quàm sacrilegi merentur. Vlpianus verò in l. Sacrilegii & eodem, monet, sacrilegii pœnam pro qualitate, conditione rei, temporis, ætatis, & sexus, severiùs, aut mitiùs concipiendam esse, enumerat quæ varias olim indictas pœnas, aliosque ad bestias damnatos, alios in insulam deportatos, alios ad metalla. Quocirca præter pœnam capitis etiam aliæ locum habent. Eandem opinionem Iul. Clarus l. 5. §. Sacrilegium, n. 3. tum aliorum DD. auctoritate, tum pluribus exemplis confirmat. Vnde consequitur, tam jure profano, quàm sacro sacrilegos diversis pœnis affici. V. Menoch. de arbitr. casu 389. Tholos. l. 33. c. 15. Boërium decis. 254. Diaz in pract. c. 81. Zerola

part. 2. v. Sacrilegium.

* *

Aninomia.

II CCXXVI. DIE

DIFFERENTIA II.

Incendiariorum alia est poena juris Canonici, alia civilis, c. Si quis domum, de injur. c. Cum devotissimam 12. q. 2. l. Data operâ, C. de his, qui accusare non possunt, Bartol. 78, Ioann. Bapt. à S. Blasio 112.

I. Incendarius proprie dicitur, qui auctoritate propria, incendit civitatem, domum, villam, segetem, &c. ex odio, aut vindicta, c. Pessimam 23. q. ult. c. Cum devotissimam 12. q. 2. Silv. v. Incendarius. Hisce poenæ constitutæ sunt non leves: an autem in hujus ævi usu sint, dubitare licet. In c. Si quis, quod ex penitentiali sumptum est, legimus. Si quis domum, vel aream cujusquam incendit voluntariè, sublata, & incensa omnia restituat, & tres annos peniteat. Gloss. in v. Restituat, in quadruplum infra annum, post annum in simplum l. 1. ff. de incend. Sed si negligentia in simplum: si autem dolo fecerit, secundum leges concremabitur, l. Qui ades, ff. eod. alterius poenæ mentio habetur in c. Devotissimam, quod est S. Gregorii. Si quis manu armatâ usque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille, qui prior est, pro illicita præsumptione componat solidos non-gentos; sequaces verò illius unusquisque solidos 20 si verò incendium fecerint ibidem, novies tantum componant; si prædam verò, in quadruplum restituant, l. 1. legum Longabard. tit. de aggressorib. in vic. fa. leg. 2.

II. Juris civilis mentem, & definitionem adhibitâ distinctione intelligemus. Incendium malitiosum vel extra, vel intra civitatem fit. Si intra civitatem, ubi majoris periculi metus est, incendarius vel capitis, vel ignis concrematione poenam luet secundum l. Cornel. l. Qui dolo, ff. ad l. Corn. De hac poena etiam loquitur lex ult. ff. de incend. ruina & naufrag. Item l. Capitalium, §. Qui ob inimicitias, ff. de pen. dum ait, incendiarium plerumque comburi. Altera igitur poena est, ut vivus comburatur, juxta prædi. l. qui ignem injiciendo testis periculum alius auxit. In judicis ergo positum arbitrio est, utrà consideratis circumstantiis uti poenâ velit. Ad decernendum juvabit populi vox, & illorum, quibus damnum illatum est, postulatio. V. Menoch. de arb. Cas. 390. Decianum l. 6. c. 24. n. 6. & l. 8. c. 5. & seq. Tholos. l. 11. de Rep. c. 21.

* *

CCXXVII.

DIFFERENTIA II.

Iure Canonico pro falsitate multiplex pœna imponitur, c. Ad falsarios. de crim. falsi. Iure civili in homine libero est pœna deportationis, & omnium bonorum publicationis; in seruo ultimum supplicium: l. 1. §. fin. ff. de fals. Ioann. Bapt. à S. Blas. 136.

I. Falsum quatuor modis committitur, scilicet scripto, dicto, facto, & ususcripto, ut si Notarius falsum instrumentum scribat, c. Inter dilectos, de fide instrum. Dicto, ut falsi testes faciunt, l. 1. §. Qui rationibus, ff. ad l. Corn. de fals. Facto, quod monetariis proclive, l. Qui falsam, ff. eod. De niq; usu, ut si falsis probationibus utaris, l. Si falsos, C. de falsis. Az. in summa hoc tit. Armilla v. Falsarius. In presenti de literarum falsificationibus potissimum sermo est.

II. Injuria literarum igitur falsitate illata ex dignitate personarum æstimatur, indeque pœna variatur. In c. Ad falsarios, Innocentius III. anathemati subicit eum, qui per se, vel per alios literas Papæ falsificat, eorumque fautores clericos officii & beneficii privatos post degradationem Curie sæculari tradendos esse decernit, per quam etiam laici, si convicti fuerint, puniantur. Qui verò sub nomine pontificio falsis literis utitur, id est, per alios impetratis, si clericus fuerit, officii, & beneficii spoliatur: si laicus,

ramdiu maneat excommunicatus, donec competenter satisfaciat: ita tamen, ut in his, & in illis malitia gravius, quam negligentia puniatur. Quod etiam in illis observandum, qui falsas literas impetrant, quibus ad iniqua desideria sua abutuntur.

III. De legum pœnis Glossa in v. Legitimas: Pœna falsi in homine libero est deportatio, & omnium bonorum publicatio: in seruo ultimum supplicium. Sic distinguit ff. Ad l. Corn. de fals. l. 1. & ult. & C. eod. intellige de illis, qui falsificant rescriptum principis: qui verò aliorum literas falsificant, aliter puniuntur, & leuius iuxta c. Ad audientiam. Atque ita puniendi sunt, qui per se, vel per alios vicium falsitatis exercent, ut patet per istam literam, ubi loquitur de illis, qui literis falsis ab alio impetratis utuntur. V. Diaz. in Pract. crimin. c. 118. Silvestr. in v.

Falsarius. Zerola Part. 1. eod. Menochium casu 315. Iul. Clarum l. 5. §. Falsum.

Blasphemis iure Canonico solennis pœnitentia, vel pecuniaria pœna statuitur, c. 2. de maledicis, iure civili mortis supplicium, Novell. Vt non luxur. homines. §. Et quoniam, Canif. 53.

I. **B**laphemia Theologis est verbum contumeliosum, seu convitium, quod profertur in Deum, vel Sanctos, attribuendo nimirum, quod illis non convenit, vel quod convenit, negando. *S. Thom. 2. 2. q. 13. Navarr. c. 13. n. 81.*

Legit̃ extendunt ad maledicentiam, & ad homines quoque referri blasphemiam volunt cum *Bartholo in l. Item apud, §. Ait prator, ff. de iniur. de injuria priore modo accepta Gregorii IX. Sanctio est in c. cit. ut, qui contra Deum vel aliquem Sanctorum, maxime B. Virginem blasphemiam protulerit, septem diebus dominicis pœ foribus Ecclesie in manifesto existens, ultimò illorum dierum pallium, & calceamenta non habeat, ligatus corrigiâ circa collum, septemque pœcedentibus sextis feriis in pane, & aqua jejuret, Ecclesiam nullatenus ingressuros. Insuper quol. pœdictorum dierum tres, duos, aut unum pauperem reficiat. Quod si ipsius facultates ad hoc non sufficiunt, in aliam mutetur pœnam: si renuat suscipere, interdicto Ecclesie ingressu, etiam ecclesiasticâ sepulturâ careat. Præterea per temporalem potestatem coactus, si pauper non est 40. solidorum, vel 30. aut 20. pœnâ*

mul&etur, nullo misericordiæ respectu. Sed hæc cum tempore evanuerunt, & blasphemia aliter, atque aliter hîc & alibi castigatur. *V. Silv. v. Blasphemia, n. 8.*

II. Leges quod attinet *Iustinianus Imperator in cit. Novell. secutus* Mosaicam legem *Levit. 24. pœnâ* mortis affici blasphemios jubet. A qua severitate brevi cessatum est, aliis, aliisque modis commune, & quotidianum crimen persequendo. *V. Tholos. l. 33. c. 12. Clarum §. Blasphemia. Boërum Part. 2. q. 301. n. 9. Navarr. c. 13. n. 81. & seq.* Nec idem sacrorum pœsulum sentus, aliqui negligunt, vel dissimulant correctionem desperantes: alii monitione, aut redargutione satisfactum putant. Non paucis pecuniaria mul&ta in opratis est, quod in aliis quoque vitiis, erapulâ, detractone, convitiandilibidine, & aliis pii homines vident, & dolent. Sed pœvalet impia consuetudo in tantum, ut audientes blasphemias non irâ & indignatione, sed risu excipiant, ut *Ign.*

Lopez. in Præf. crim. c. 114.

annotavit.

* *

DIFFERENTIA 14.

Iure Canonico Clericus homicida deponitur, laicus excommunicatur, c. Sicut dignum, de homic. c. de infant. b. jure civili aliter punitur, l. Eiusd. ff. adl. Cornel. de Sicar. l. un. C. de his, qui parent. vel liber. occid. Bartol. 121. Ioann. Bapt. à S. Blasio 183.

I. **M**otâ questione de interfecto-ribus Thomæ Cantuar. Archiepiscopi Alexander III. respondit, cum in aliis, rum homicidio præsertim circumstantias facti, personæ, loci, & temporis diligenter attendendas esse. Nam idem excessus magis in uno, quàm in alio puniendus est. Positâ igitur distinctione homicidii voluntarii, & involuntarii, illius pœna hodie secundum leges est capitalis, nec inter nobilem, & plebejâ faciendâ differentia est.

Intelligitur autem de homicidio per dolum commissio juxta mentem DD. qui putantur esse innumerabiles apud Menoch. de arb. casu 324. ac proinde capitulâ civitatû Dignum, pœna non habet locum in illo, qui contra furiosum canem projiciens lapidem nolens, & ignorans occidit hominem: nec qui aliquem pugno percutiens in terram conjecit, si impacto in lapidem capite moriatur: nec qui offendiculum januæ suæ apposuit, ut fures deprehenderet, si illud alicui lapsu suo cerebrum illisit. Denique generaliter ad capitale supplicium malitia deliberata requiritur, ita ut nec lata culpa sufficiat, quia in hoc genere effectuum non æquiparatur dolo. Excipe, nisi statuto diceretur, reum capitis fore, qui

quocunque modo, aut qualitercunque alicui scienter vitam ademerit. Tunc enim dolo, an lata culpâ acciderit, nihil interesse censetur. V. Menoch. loc. cit. n. 14. cui Iason, Salicet. Bellovis. & alii plures consentiunt.

II. Secundum Canones homicidam clericum deponendum, laicum verò excommunicandum esse, docet citatum c. Sicut dignum, de homic. ubi Gloss. notat homicidium committi factò, consilio, mandato, seu præcepto, & defensione, c. Si qui viduam, dist. 50. & c. ult. 23. q. ult. In quocunque istorum casuum, si homicidium commiserit clericus, non solum non debet promoveri, sed in perpetuum debet deponi, & irregularis efficitur, quamvis paganum interfecerit, aut Saracenum, c. Clericum, dist. 50. Et cum tali nunquam dispensatur, c. Miror, ead. dist. Nec ministrare in ordine suo potest, licet occultum sit, c. ult. de tempor. ordinandor. Addit Bern. Diaz in Pract. crimin. c. 95. n. 1. post depositionem detrudendum esse in monasterium, c. Cum von ab homine iun. c. Tue, de penis. Et voluit per eadem jura Anan. in c. 1. de patr. qui fil. occid. & probatur aperte in §. Clericos, c. pradi. Sicut dignum. Ex quo etiam colligitur, quòd ista intrasio

non debet esse perpetua, nec longi temporis. Pontifex enim ibi contra clericos, quorum consilio occisus est Thomas Archiepiscopus agens jubet monasterio includi ad septennium, aut quinquennium.

III. Dubitabis, an clericus homicidii reus ipso facto privatus sit titulo beneficii sui, an potius sententia Iudicis expectanda? R. non esse privatum ante Iudicis sententiam. Innoc. in c. Cum nastro, de concess. preb. Baldus, Decius, & alii multi apud Diaz. loc. cit. & Iul. Clarum

§. de homic. nam. 21. & communior opinio est, quam vis in eo, qui deliberato animo homicidium commisit, contrarium teneat. Ancharan. Consil. 158. Abb. Felinus, Ignecus, & alii quidam, quos recenset Ign. Lopez. in Annot. ad cit. c. 95. Bern. Diaz. Insuper v. Dom. Soto l. 5. de iust. q. 1. art. 9. Comitolum l. 4. q. 10. Boerium decis. 27. Ioann. de la Cruz in Prac. V. art. 1. Filiuc. Tract. 32. c. 8. Comitol. l. 4. q. 10. Azor. II. l. 7. c. 18. §. Quares, & III. l. 2. c. 16. Zerol. Part. 2. v. Homicidium.

CCXXX.

DIFFERENTIA 15.

Imponens nova & insolita vectigalia secundum Canones communionem ecclesiasticam privatur, c. Innovamus, de censib. c. Paternarum 24. q. 3. secundum leges vero in exilium mittitur, c. fin. C. Vectigal, nova institui non posse. Ioann. Bapt. à S. Blasio 128.

I **V**ECTIGALIA publica dicantur, quæ Fiscus caput, cujusmodi est, quod in portu, aut foro datur. Proprie & speciatim vectigal appellant, quod principi, vel Reip, portorii nomine penditur, id est, pro mercibus, quæ vel invehuntur, vel evchuntur quod ἰσχυρίων Iustinianus vocat in edicto de Alexandrinis: alii pedagium quasi à pedibus: alii guidagia, alii gabellam vocant, quorum jus territorio inhæret, & præter dominum territorii aliis omnibus negatur. Causa exigendi commoditas viarum, & securitas est. Et quia ab exactoribus facile modus exceditur, Alexander III. in Concil. Lateran. c. Innovamus de censib. præcipit, ne quisquam alicubi novas pedagiorum exactiones si-

ne auctoritate & consensu Regum, ac principum statuere aliquo modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & monitus non destiterit, donec satisfaciatur, communionem careat Christianam. Vbi Glossa reges, & principes tantum potestatem habent, nova pedagia constituendi, l. Vectigalia, ff. de public. & vectigal. Aliis omnibus vectigalia interdicta intelliguntur, nisi ex consuetudine, cuius non extat memoria, exigantur. Illa consuetudo autem sive jus à supremo principe impetratum in multis Italiæ, & Germaniæ civitatibus liberis viget, quia æquale cum principibus imperium habent. Quod autem Glossa ait, vectigalia nova ne quidem decreto civitatum insti-

institui posse, de illis verum est, quæ libertate, & privilegio carent. Curandum verò omnibus, qui id juris prætendunt, ut itinera, & portus instaurant, pericula avertant, vias infessoribus liberent, plus justo non exigant, quia ex tacito seu implicito contractu Do, ut faciam, obligantur. Barb. in c. Renovamus.

Card. Tuscus litt. G. Concl. 1. n. 7. Tholof. l. 3. c. 9. Mol. D. 666. Less. l. 2. c. 33. D. 6. Laym. l. 3. Tr. 3. Part. 1. c. 3. n. 6. qui cum Cajet. & aliis pluribus docet, existente publico dubio de injustitia tributis, subditos, si absque mendacio possint, licitum esse subterfugere.

CCXXXI.

DIFFERENTIA 16.

Maleficis, vel divinatoribus alia pœna iure Canonico, alia iure civili constituta est, c. Qui divinationes 26. q. 5. l. Nemo, l. Nullus, C. de malef. & mathem. Ioann. Bapt. à S. Blasio 114.

I. Malefici nomen aliàs generale (nam, quicumque peccat, male facit) restringitur hic ad eos, qui pacto implicito, vel explicito cum dæmone inito illius operâ, & arte, damnum aliis inferunt: qui ex eo maleficiati, & maleficio affecti dicuntur: de qua re in utroque iure non pauca reperimus constituta. Tholof. l. 34. c. 1. n. 2. Delrio disquisit. Magicar. l. 3. q. 1. Remigius, Sprengerus, & alii. Divinatio, quasi divinitatis imitatio similiter malorum spirituum auxilio perficitur. Nam, quæ nobis occulta, ipsi nōrunt, præterita, præsentia, futura: & animorum latentes motus, affectionesque c. Sciendum 27. q. 3. Divinatores ergo vocamus, qui dæmonum ministerio abscondita, ignota, & ventura indagant, & enunciant. Delriol. 4. disquisit. Magic. c. 2. q. 1. Mortiferum peccatum esse solâ invincibili (si qua datur) ignorantia excusabile extra controversiam est.

II. Quod pœnam attinet, Concilii Anconiani in c. citato statutum est, ut, qui divinationes experunt, & morem gentiliū sequuntur, vel in dōmos suas huiusmodi homines inducunt exquirendi aliquid arte Magicâ, aut expiandi causa, subregula quinquennii jaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos, &c. Abb. in c. 2. de sortil. vix certam dari regulam dicit, sed iudici confiderandam esse delicti qualitatē, & quantitatem indequē determinare pœnam aliquando gravem aliquando levem. Cujus opinionem sequitur Grillandus in Tract. de Sortil. quest. 11. v. Clerici verò. Concilium Lateranense quoque sub Leone X celebratum sessione 9. disponit, ut clerici in sortilegiis deprehensi culpabiles in dæmonum invocatione, incantationibus ac divinationibus superiorum iudicio infamiâ notentur.

III. Secundum leges (ait Gloss. in cit. l. 2. c. 2. §. 1.)

c.) ejusmodi homines concremantur, & ille in cuius domo hæc fiunt, post publicationem bonorum in exilium mittitur, l. Nullus, c. de malef. ubi Imperator Constantinus: Nullus Aruspex, nullus Sacerdos, nullus illorum, qui solent huic ritui ministrare, ad limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed hujusmodi hominum amicitia, quamvis vetus, repellatur, concremando illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit, & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum advocaverit, suasionibus,

vel præmiis. Legis *Nemo tenor est*: Si leat omnibus perpetuò divinandi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus, quicumque iustis nostris obsequium denegaverint. Denique in l. *Eorum, eod.* Magorum scientia puniendi, & severissimis legibus vindicanda dicitur, quæ saluti hominum molitur exitium. Hoc autem tempore virgis cædi solent, ad triremes, vel in exilium mitti. Interdum pecuniaria, aliavé arbitraria penâ castigantur. *Favusac. in Praxi crim. q. 20. Torrell. l. 3. Demonol. c. 14. n. 10.*

CCXXXII.

DIFFERENTIA 17.

Iure civili fors pluribus modis permittitur: l. Cum prætor, l. Sed cum ambo, ff. de judic. *iure Canonico autem in omni casu prohibita est*, c. ult. de Sortileg. Decianus l. 2. c. 19.

I. Sortiti est sortitò capere aliquid, vel obtinere. Sortes ipsæ sortis instrumenta vocantur, earumque usus apud veteres frequens. Nam & magistratus, & iudices sorte eligebantur: Consules pro-consules, prætores, provincias sortiebantur: causæ audiendæ per sortes ordinabantur. Ordo autem ex sorte dierum accipiebatur, hodie quoque incidentes controversiæ per sortem dirimi, ipsasque hæreditates tribui videmus. *Theos. l. 34. c. 5. n. 4.* Sunt etiam, qui litem in difficultate probationum sorte dirimendam existimant, apud *Andr. Gail. l. de pignor. observ. 22. n. 7.* Ac proinde certum est, pluribus modis à iure civili sortes per-

mitti, quamvis ad id probandum male allegetur l. Cum prætor.

II Quod verò in omni casu prohibeantur iure Canonico sortes, *Deciano* per errorem excidit, quia, quid de usu sortium Theologi sentiant, minime indagavit. Est autem sortitio triplex, divisoria, consultoria, & divinatoria. Similiter intentio, ut, quod querimus, à cælo, astris, à fortuna, vel aliquo spiritu intelligamus. A cælo, & spiritu petere, vanum, & superstitiosum est. A fortuna, per se non prohibitum, modò mentis error absit, & debito modo instituat. Atque ita divisoriarum sortes, quarum usus in negotiis dubiis, puta officiorum distributione,

tionem, bonorum partitionem, & similibus non à civili tantum jure, sed etiam ecclesiastico permittitur exceptis electionibus ad dignitates, & officia ecclesiastica, c. *Sortes* 26. q. 5. Nam sine necessitate conari in divinæ voluntatis consilium penetrare ad cognoscendum, hunc, an alium, Deus elegerit in episcopum, prælatum, &c. est Deum tentare, cum alia media supersint, magis usitata, & minus periculosa. Facile enim astutus Satan ejusmodi actionibus sese ingerit & insidias struit. Vnde in cit. c. divinationes vocantur, & maleficia. V. *Less.* c. 43. dub. 9. n. 60. Pari modo damnantur sortilegia pro furtis inveniendis, aut divinationibus, ope malorum spirituum faciendis, c. 1. & ult. de *sortileg.*

III. Præclare *Caietanus in summ. v. Sortileg.* Sortilegium, quo explicitè, vel implicitè ad dæmonum auxilium recurritur, peccatum mortale est, ad superstitionem pertinens: ut cum quis per sortes inquirat, quis fecerit furtum, aut si queratur, quid agendum sit. Nam sortilegii crimen, & divinariam, & consultoriam comprehendit. Excipiendum tamen casus est, quo suâ inspiratione Deus ancipites animos ad instituendam sortem inclinaret, ut in pluribus S. Scripturæ exemplis videre est. *Navarr. cap. 11. n. 38. Angel. v. Sors. Silv. v. Superstitio, n. 9. Lopez. l. 2. c. 23. Filliuc. Tract. 24. c. 4. Suarez. l. 2. c. 12. Layman. l. 4. Tract. 10. c. 3. n. 8.*

CCXXXIII.

DIFFERENTIA 18.

Parricidis alia jure civili, quàm Canonico decreta pœna est: l. un. C. de his, qui par. vel liber. occidunt, l. penult. ff. ad l. Pomp. de parric. c. Latorem 33. q. 2. c. 1. & seq. de his, qui fil. occid. Joann. Bapt. à S. Blasio 138.

I. Parricidæ nomen à parentum cæle derivatum, ubi de punitione agitur, locum habet in aliquibus ascendentibus, & descendentibus in infinitum, in uxore, viro, genero, vitrico, socero, patruo, avunculo, amita, consobrina, patruela, patrono, noverca, sponsa, patre, & matre sponsi vel sponsæ: quod intellige, etiam si fœmina prædictas personas conjunctas occiderit, aut occidatur. Item, ut extendatur

ad eos, qui venenum emunt, vel operam dant, ut fiat, l. 1. 3. 4. ff. eod. Item tenentur omnes conscii, l. *Virum.* ff. eod. V. *Farinac. Part. 4. q. 120. n. 147.*

II. Pœnam quod attinet, multum serò à legislatoribus scripta est. Nam & Solon sciens omisit, & Romani per annos sexcentos parricidia nescierunt, *Plutarchoteste in vita Romuli*, aliqui crimen hoc partem fuisse judicii de sicariis colligunt ex *Oratione Cicer.*

Kk

Cicer.

Cicer. pro R. de Scio. Unde in l. i. ff. ad l. Pomp. de parric. dicitur, lege Pompejâ cautum, ut parricida eâ pœnâ teneatur, quæ est l. Cornel. de sicariis: quodd scilicet nulla usque ad ea tempora quæstio specialis de parricidis fuerat instituta. Pompejus igitur legem de parricidis tulit, ut ejus criminis rei pœnam l. Cornel. de sicar. incurrerent, quemadmodum habetur in l. i. ff. ad l. Pomp. de parric. Modestinus tamen in l. penult. ff. hoc tit. feribit pœnam culei à majoribus constitutam fuisse, moribus fortè non lege scriptâ. Nunc extat titulus ad l. Pomp. de parric. quâ cauetur, ut, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, aut ceteros, qui parentum, aut liberorum nomine continentur, occiderit, vel cujus dolo malo id factum erit, nec gladio, nec ignibus, aut aliâ solenni pœnâ puniatur; sed insutus culeo, id est, corio, aut pelle, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia in vicinum mare, vel amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu careat, & ei cœlum superstiti, id est, vivo, terra mortuo auferatur, §. *Alia deinde, Inst. de publ. iud.*

III. Quod Canones attinet, in c. *Veniens, de his, qui fil. occid. matri*, quæ filium in calore iracundiæ occiderat. *Alexander III.* suadendum dicit, ut in aliquod monasterium transeat, in quo peccata sua perpetua pœnitentia deploret. Paulò aliter in *cap. final. eod. titul.* ubi certis annorum numerus definitur. Similiter in c. *Lactorem 33. Q. 2. Nicolaus Papa* matriçdæ mandat, ut sub pœnitentiæ jugo manens per annum integrum ecclesiâ non ingrediatur, sed ante fores

basilicæ orans, & deprecans Deum perseveret. Completo autem anni curriculo intrandi Ecclesiâ licentiam habeat, tamen inter audientes stet, & nondum communique, nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis carnem non manducet, & vinum non bibat, exceptis festis diebus, atque dominicis, & à Pascha usque ad Pentecosten: quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur; arma non sumat, nisi contra Paganos, jejuret autem tribus diebus per hebdomadam usque ad vesperam. *Ita Pontifices illi*, unde perspicimus verum esse illud:

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis.

Mutantur, dico, non in melius, sed deterius. Quis enim modò non dicam, generoso & illustri, sed imi subsellii viro ejusmodi proponere agendam pœnitentiam audeat? An putas te, qui obtemperet, inventurum? Arbitrariis delectamur, & regula Lesbia contra quemcumque rigorem utimur. V. *Bosium in Pract. crimin. tit. de homic. Decian. l. 9. c. 6. Damhoud. in Pract. crimin. c. 87. Mevoch. Casu 387. n. 30.* ubi non punitum iri tradit eum, qui sepulchrum alieius parricidæ ausus fuerit violare.

IV. Notat præterea *Farinat. in q. cit. n. 138.* quamvis alia crimina viginti annorum spatio præterbantur, parricidii accusationem perpetuam esse, ut nullo temporis quantumvis longissimo excipere contra actorem, aut Judicem possit reus. *Carrer. in Pract. crim. tract. 3. de homic. Decianus l. 9. c. 6. n. 10. & c. 14. num. 2.*

CCXXXIV. DIE.

CCXXXIV.

DIFFERENTIA 19.

Secundum leges punitur, qui causam abortui dat, etiam quando fetus non est animatus: l. 38. §. Qui abortionis, ff. de poen. Canones aliter volunt, c. Sicut, de homic. c. Moyles 22. Q. 2. Galvan. 91.

I. *Exodi c. 21. v. 22.* legimus; Si percussit quis mulierem prægnantem, & abortum fecerit, sed ipsa vixerit, subjacebit damno, quantum maritus mulieris experierit, & arbitri iudicarent. Sin autem mors ejus fuerit subsequuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo. In §. citat. leg. 38. ff. de penis, pro personarum varietate poena distinguitur, qui abortionis, aut poculum amatorum dant, et si dolo non faciant, quia tamen mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si ex eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. Item l. 4. ff. de extraord. crim. & l. 8. de sicar. Si mulier data opera vim suis visceribus infert, ut partum abigat, exilio punitur. Unde apparet, etiam arbitrio Judicis relinqui subinde, qui aunc magis, nunc minus puniat, prout uniuscujusque delicti qualitas, & natura postulat. Boss. in practio. criminal. de homicid. Clarus §. final. Q. 62. Covarr. l. 2. var. 6. 20. num. 9. Torrelanca lib. 2. Demonol. cap. 42. num. 6. & 7. Farinat. l. 2. consil. 157. Tholos. l. 2. §. 1. n. 11.

II. Canones quoddam tenent, ex c. Sicut,

de homic. liquet, Innoc. III. consultum de sacerdote, qui mulierem gravidam quasi ludens cingulo traxerat, ex quo mulieri abortum factum esse dixit, respondisse, si non erat vivificatus conceptus, non esse homicidam, & ministrare altari posse: si secus, ab altaris ministerio removendum est. Vbi Gloss. monet, quamvis prædictus Sacerdos non teneatur lege Mosaicâ, & Canonicâ, teneri tamen leg. Cornel. de sicar. l. Si mulierem, l. Aquil. Si servus, §. Si mulier. Huc etiam pertinet c. Si aliquis, de homicid. Si aliquis causa explendæ libidinis, vel odii meditatione homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, ut homicida teneatur. Quomodo ut homicida partu non animato? intellige, quantum ad poenam legalem juxta leges citatas, & quantum ad poenam spiritualem. Non erit tamen irregularis, quasi hominem occidisset. Glossa. V. Angel. v. Abortum. Silvest. & Zerola eod. Tabien. v. Matrimon. §. II. Piasec. in praxi episc. part. I. c. 1. Limitat. ult. Menoch. casu 356.

R. 2 III. In

III. In dubio an foetus animatus fuerit, cum de pœna in foro externo agitur, mitior eligenda est, l. Interpretatione, ff. de pœn. Comit. l. 4. respons. moral. q. 13. Less. l. 4. c. 4. D. 5. n. 38. In foro animæ ubi de conscientia periculo, & offensâ divinâ agitur, quilibet se

non palpare, sed timere ut homicidam debet. Tutior enim via in talibus prodest, c. Iuuenis, de sponsal. & bonarum mentium est, ibi culpam metuere, ubi culpa non est, c. Ad eum, D. 5. v. Constitut. Sixti V. editam Anno 1589. & Greg. XIV. Anno 1591.

CCXXXV.

DIFFERENTIA 20.

Reiterans baptismum iure civili capite plectitur: 1. 2. C. Ne sanct. Bapt. reiteretur, iure Canonico alia constituta pœna est, c. Qui bis, c. Eos, de consecr. dist. 4. Ioann. Bapt. à S. Blasio 181.

I. **B**aptismum semel validè collatum reiterari non posse Fides Christiana docet, c. Firmiter, in decr. de armen. Conc. Later. & Conc. Trident. sess. 7. c. 11. ad Ephes. 4. Unus Deus, una fides, unum Baptisma. Ex quo loco SS. PP. Baptisma non nisi semel suscipi posse colligunt. Leo Papa epist. 37. ad Leonem episcopum Ravenn. c. 1. inexpressibile facinus appellat, quoties cogitur quis lavacrum, quod regenerandis semel tributum est bis subire, apostolicâ reclamante sententiâ, quæ nobis prædicat unum in Baptismate Sacramentum. S. Ambr. l. 2. c. 2. de pœn. ubi cum docisset ex c. 6. ad Hebr. nos tantum semel posse baptizari, subdit. Vnum ergo Baptisma docet, ut alibi. Vna fides, inquit, unum Baptisma. Nihilominus reperti sunt, non tantum Hæretici, sed etiam Catholici, qui docerent rebaptizandos esse, qui ab hæreticis erant baptizati, quia invalidum esse eorum baptismum existi-

mabant. Huic errori supprimendo leges piorum Imperatorum & Ecclesiæ opposita sententia est. Clem. un. de sum. Trin. Conc. Trid. sess. 7. Can. 9.

II. Legi 2. C. Ne sanctum, verba sunt: Si quis rebaptizare quemquam de ministris catholicæ sectæ fuerit detectus, unâ cum eo, qui piaculare crimen commisit (si tamen perararem capax est) & hic, cui persuatum sit, capitis supplicio percellatur. V. Alciat. in c. Cum non ab homine, de iud. ubi hoc exemplo refutat aliquorum regulam existimantium, ubicunque leges pœnam capitis decernunt, ab Ecclesia pro pœna degradationem constitui.

III. De ecclesiastica pœna reiterantis baptismum Sylv. in v. Baptismus, §. 5. num. 3. Pœna rebaptizantis est (scilicet, vel per ignorantiam juris) irregularitas. Si autem per ignorantiam facti rebaptizatus, excusari potest: sed rebaptizatus, qui ignorabat se baptizatum, sit irregularis, nec promoveri potest, c. Qui bis, de consecr.

secr. D. 4. nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt, quasi iterum crucifixerunt Christum, per septem annos pœniteant, quartâ & sextâ feriâ, & tres quadragesimas jejurent. Si pro vitio aliquo fecerint, similiter. Si pro munditia putaverint, tribus annis similiter pœniteant. In c. *Eos, de consecr. diff. 4.* præcipitur illis, qui ex industria bis baptizantur, ut usque ad exitus sui diem in pœnitentia jaceant, nec orationi fidelium interfint. Qui autem nullâ necessitate, nullus rei timore, aut periculo, se, ut rebaptizarentur, hæreticis impiè dediderunt, si ex corde pœniteant, tribus annis subjacere debent manibus sacerdotum inter pœnitentes, & duobus annis ab oblationibus abstinere, sæcularibus in oratione sociari, quamvis clerici,

aut monachi fuerint. Pueris autem, seu clericis, seu laicis, & similiter puellis aliquamdiu sub manus impositione detentis reddenda communio est, nec eorum est expectanda pœnitentia, quos excipit à coërcitione centura. V. *Silvestr. v. Irregularitas, q. 4. Suarez diff. 22. sect. 2. Castro l. 2. de hæret. c. de baptism. Lopez de Salzedo in pract. crim. Diaz c. 18. ubi ex Burchardo Canonem 47. Concilii Lugdun. producit Episcopus, aut presbyter, qui eum, qui secundum veritatem habet Baptismum, denuò baptizaverit, aut si pollutum, & ab impiis non rectè baptizatum non baptizaverit, deponatur, tanquam deridens crucem, & mortem Domini. Addit Salzedo eandem irregularitatem Compates contrahere, nisi per ignorantiam excusentur. Maiol. de irregul. c. 14. n. 6.*

CCXXXVI.

DIFFERENTIA 21.

Qui pacem religionis turbant, in iudicio politico, seu seculari conveniri, & puniri possunt secundum ordinat. imperii in Comit. Augustan. secus iure Canon. to. tit. de foro comp.

I. *Andr. Gaill. l. 1. observ. 1.* præmissâ generali Regulâ, causas in prima instantia ad Cameram imperialem non pertinere, sed demum per viam appellationis devolvi, fallere subjungit in multis casibus: ac primò in accusatione, vel actione super constitutione pacis publicæ, auff den Landsfrieden. Item in citatione ad purgandum aliisque casibus ad prædictam constitutionem pertinentibus. Secundò in constitutione religionis in Comitibus augustanis Anno

Christi 1555. promulgata Religionis Frieden / quando videlicet quis religionis intuitu contra placita dictæ constitutionis in persona, vel rebus turbatur. Item *observ. 4. n. 1.* Qui aliquem in Imperio religionis intuitu in persona vel rebus, puta, perceptione reddituum perturbat, wider den Religions Frieden / is in Camera Imperiali immediatè conveniri potest, non obstantibus quibuscunque privilegiis fori; quibus illâ constitu-

Kk 3

tione

tionem detogatum est, ut patet ex *Recessu Imperii. cit. §. Wir befehlet.*

II. Hanc ordinationem in prædictis Comitibus Lutheri doctrina imbuti status Catholicis principibus obrulerunt, & extorserunt, cum majorum malorum obiecto metu annuere consultius, quam respicere iudicarent. Solus invidio animo Otto Cardinalis Truchsesius Augustanus episcopus reclamavit, immortalem inde

laudem apud bonos, & Orthodoxos promeritus. V. *Composition. pacis inter Princip. Imper. Rom. c. §. 9. 25. & c. xi. q. 78.* Quam verò constitutio illa moribus Ecclesiæ, & legibus dissentanea sit, ex dictis initio differentia 2. liquet; nec ignorare, nisi totius Canonici Iuris imperitus potest: adeoque supervacaneum censo in conquirendis decretis & probationibus operam ponere.

CCXXXVII.

DIFFERENTIA 22.

Patronus ecclesiæ indignum præsentans secundum leges eâ vice privatur jure suo, Auth. de sanctiss. episc. Collat. 9. §. Si quis orat, secundum Canones verò non privatur, c. Cum vos. de off. ordin. c. Pastoralis, de jure patron. Bartol. 119.

I. PATRONI quasi patres olim apud Romanos respectu clientum, manumissorum, vel implorantium defensionem dicebantur. Jure ecclesiastico eum vocamus patronum, qui Ecclesiæ insignne aliquod beneficium contulit, pura, ædificando templum, restaurando, aut proventibus augendo: indeque jus beneficarios nominandi, clericos & ministros illius Ecclesiæ deligendi, ac præsentandi consecutus est. Aliis præterea juribus summorum Pontificum liberalitate gaudet, c. *Nobis fuit, de iur. patr.* Iam tempus præsentandi, cum beneficium vacat, laico quatuor, clerico sex

mensium præscribitur, quod negligi absque jactura non potest.

II. Hinc juxta Sanctionem *Authentica citata, de sanct. episc.* cum indignus à patrono præsentatur, licentiam habet episcopus alium, qui idoneus sit, ordinandi, nec secunda patrono præsentatio permittitur. Consonat *Novella 57. c. 2. ubi Glossa Gottsfredi.* Qui Ecclesiam ædificant, aut de suo clericis præbent annonam, jus habent instituendi, & substituendi clericos, quos voluerint (id vulgò appellatur jus patronatus) dummodo prius eos obrulerint, & comenda-

mendaverint episcopo, cui dignos
admittere, indignos respuere licet,
Novell. 123. c. 18.

III. In hoc autem sacri Canones
contradicunt, quod quamvis indi-
gnum patronus laicus offerat, non
privetur jure suo alium presentan-
di. Si autem persona ecclesiastica,
aut Collegium indignum aliquem
presentaverit, presentandi jus a-
mittit, c. Cum in cunctis, de ele-
ction. Et hæc potest esse ratio, cur

laico patrono tantum quatuor
menses concedantur, intra quos
eligat, & presentet instituendum,
Collegio autem, & clerico sex
menses, c. Nulla, de concess. prob.
Atque ita aliqualis compensatio
fieri videtur. Aliqui tamen dicunt
semper ad superiorem devolvi jus,
quando vel à laico vel à clerico
indignus presentatur. Ita Gloss.
V. Canis. l. 2. tit. 29. Layman. l. 4.
Tract. 2. c. 13. n. 7.

CCXXXVIII.

DIFFERENTIA 23.

Episcopum à propria sede ejiciens, vel comprehendens, aut percutiens illum,
secundum Canones bonorum omnium confiscatione punitur, & præterea ex-
communicatur, c. Si quis deinceps 17. q. 4. Secundum leges autem
damnatorum bona heredibus reservantur. Auth. Bona damna-
tor. C. de bon. damn. Ioann. Bapt. à S. Blasio 149.

I. Interrogatus Alexander II. Papa,
qua poenâ afficiendi sunt laici ma-
jores, aut minores, qui episcopum ap-
prehenderint, percusserint, vel sede suâ
per vim ejecerint? Respondit, valia
facientes, & eorum cooperatores debe-
re anathematizari, & bona ipsorum
Ecclesiæ, cui injuriam intulerunt, tra-
denda esse, nisi forte episcopus canonicè
depositus fuerit. Quod Gloss. interpre-
tatur, si incorrigibilis fuerit, c. Cum non
ab homine, de iudic. Et quia hoc speciale
est, odiosum tantum criminis de confiscatione
bonorum, mirum videri non debet, si
à iure communi, & civili deviat. Nam
damnatorum bona iuxta Authent. cita-

tam non fiunt lucro iudicibus, aut eo-
rum officiis, neque secundum veteres
leges fisco addicebantur, sed ascenden-
tibus, & descendantibus, & ex latere
usque ad tertium gradum, si supersint.
Vxores verò illorum dotè, & ante nuptias
donatione accipiebant. V. Decian. l. 7. c. 40.

II. An autem de omnibus damnato-
rum bonis prædicta Authent. & de omni
casu intelligenda sit, ambigitur. Ante
omnia læsæ majestatis crimen excipi-
endum est: deinde hæresis, parricidium
veneficium, de vi publica, fisciurum,
& his similibus, cum hoc tamen discrimi-
mine, quod absque iudicis sententia
læsa

Lex majestatis crimini annexa bonorum confiscatio est, in aliis judicialis sententia requiritur, l. *Quisquis*, C. ad l. *Iul. maieft.* *Damboud. in practi crim. c. 66. n. 2.* Quandoque autem evenit, ut sententia cum bonorum confiscatione feratur, non alius erit hæres, quàm Fi-

scus, salvo jure creditorum & aliis, quæ ex arbitrio hominum non pendent. *Gaill. l. 2. de pace publ. c. 16. n. 5.* Nam Fiscus loco hæredis succedit, l. *Si debitori*, ff. *de fideiuss. l. 2. C. ad l. Iul. de vi. v. Menoch. de arbitr. Casu 37. Ignat. Lopez. pract. Crimin. c. 135.*

CCXXXIX.

DIFFERENTIA 24.

Populus consuetus occidere episcopos suos, secund. Canones punitur eatenus, ut careat episcopo, & ab alieno regatur, c. Ita nos 25. q. 2. iure civili id non reperitur. Ioann. Bapt. à S. Blasio 200.

I. **E**piscope ex nomine suo inspectores, Apostolorum in Ecclesia Christiana locum obtinent, c. *Quorum vices, dist. 68. quod S. August.* ponderans illa verba *Psalmi 44. v. 17.* Pro patribus nati sunt tibi filii: Quid est, inquit, pro patribus tuis nati sunt tibi filii? Patres missi sunt apostoli: pro apostolis filii nati sunt tibi, constituti sunt episcopi. Singulis singulæ attribuuntur diœceses, quasi Romanorum exemplo, qui provinciales provinciis dabant, ad evitandam confusionem, litesque sopiendas, *Moscon. de maieft. Eccles. l. 1. c. 8. §. Meritò. Azor. II. l. 3. c. 27.* Et quia vigilant pro grege suo, & salutem animarum procurant, amorem, obedientiam, & observantiam merentur, nec absque gravi scelere contemuntur, aut læduntur. Vnde horrore incutit, quod in *c. cit.* refertur, Scyllacænos nimirum geminatâ cædè, & crudelitate duos episcopos necâsse. Ex quo *Gelasius Papa* justâ indi-

gnatione commotus episcopi proprii residentiam sustulit, & extraneo, seu alieno parochiam subiecit. Egeat ergo, ait, episcopalibus subsidiis, sibi met aliunde dependens, quæ sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine dignitatem, quia in utroque hâc est ultione plestenda, sive instinctu domestico, seu furis incitata nefas hoc committit externis. *V. Rebuff. de differ. Covarr. l. 2. Var. c. 8. Zerola part. 1. v. Episcopus n. 27.*

II. Idem si in civili jure sancitum non reperitur, omni admiratione vacat, sed rerum peritos, si extaret, commoveret, falcem in aliena messe non laudantes. De ecclesiasticis negotiis non disponit secularis potestas, nec ullam legem Ecclesiæ, de spiritualibus, & illis affinis agnoscit. Duo sunt enim, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra pontificum, & regalis potestas: in quibus tanto gravius pondus

pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino sunt examine reddituri rationem, c. Duo sunt. dist. 96. & c. seq. si Imperator catholicus est, filius est, non Præsul Eccle-

sia. Quod ad religionem competit, discere ei convenit, non docere. Non sibi vendicat alienum jus, & ministerium. V. sup. differ. 11.

CCXL

DIFFERENTIA 25.

Iure civili non punitur de falso, qui falsis instrumentis utitur, si pœniteat.

l. Si falsos, C. ad l. Corn. de fals. secus iure Canonico, c. Dura, c. Ad falsar. de crim. falsi. Bartol. 129.

I. Falsarius est, qui crimen falsi admittit: falsitas autem mutatio veritatis cum dolo & iactura. Unde ad illam tria prædicta requiruntur, & uno deficiente non censetur pœna commissa Az. & Hostiens. in summa. De hoc Gotofr. ad l. cit. Si falsos. Falsarius falsi tenetur, etiam si falso instrumento, quod ipse fecit, se velle uti neget. Imò pœnitentiâ videtur excusandus, l. 19. ff. cod. ubi legimus: Qui falsam monetam percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio iustæ pœnitentiæ absolvuntur. Idem mos in Galliarum regno receptus est. teste Tholosano. Nam interrogatus, qui produxit falsum instrumentum, nec commisit tamen falsum, num velit eo uti, si negaverit, & revocaverit, impunitus est. Addit: Iure civili non utique, l. 1. §. Edendo autem, ff. de edendo. Sed hæc lege non aliud dicitur, quam ad instrumenta, quibus quis usus non est, edenda neminem compelli. In eundem sensum Petrus de ferrariis in Pract. sua tit. formalib. ad rescind. sent. §. dolosè usus Antinomia.

fuit. Ad hoc, ut utens falso instrumento incidat in crimen falsi, & pœnam, duo concurrere debent, videlicet dolus proprius, quia sciens esse falsum eo utitur, secundo, ut perseveret in usu usque ad definitivam sententiam inclusivè. Nam deficiente dolo, vel eo ante latam sententiam ab usu abstinente excusatur à crimine & pœna falsi, ut notatur in l. Si falsos, C. ad l. Corn. de fals. & l. Si uteris, C. de vi instrum. Verùm quid si protestatus est coram iudice, se velle ipso instrumento uti, quatenus est verum, & non aliter, an excusabitur? Cynus dicit, quòd sic, & communiter omnes in l. cit. Si falsos, & Speculator in tit. de instrum. edit. §. Videndum restat, v. Quod si veli, licet Bartol. det contra hoc remedium aliud quoddam consilium in l. Divus pius, ff. ad l. Corn. de fals. Itaque.

II. Quod Ius Canonicum attinet, illis, quæ supra diximus differentiâ cccxxv. adde, quod Innocentius III. in c. Dura, de crim. falsi, constituit, ut nimirum, qui falsas literas se habere cognoscit,

Ll

scit,

scit, intraviginti dies destruat, aut resignet, si poenam excommunicationis velit evadere, à quâ nemo

prater Papam absolvere possit. *Narr. c. 17. n. 169. Angl. Silv. Tabien. in v. Falsarius.*

C CXL.

DIFFERENTIA 26.

In causa adulterii jure civili de poena corporali agitur. l. Iul. ff. & C. de adult. jure Canonico autem ad separationem thori. & lucrum dotis. c. Tuæ de procur. &c. intelleximus. De adulter Bartol. 166.

I. **G**lossa in c. Tuæ cit. v. *Legitimam.*

Per veteres leges, inquit, mulier convicta, de adulterio ad poenam sanguinis condemnabatur. *l. Castitati. C. de adult. lege Mosâica lapidabatur. c. Hac imago. 33. q. 5.* Hodie verò verberibus caesa detruditur in monasterium. *Aurb. sed hodie. C. de adult. & c. Gaudemus de convers. coniug.* Maritus autem reuincere condemnatam potest, si velit: similiter maritum uxor. De tali igitur poenâ infligenda apud sæcularem iudicem ager adulterii accusator.

In foro Ecclesiæ autem ad separationem thori agendum est, quod commune utrique conjugii, uxori autem magis necessarium, & proficuum, quia legibus non conceditur illi maritum de adulterio accusare, ut dix. *Diff. CLIII.* sed hoc faciet is, cujus uxorem violavit. Igitur apud Ecclesiasticum iudicem poterit thori separationem petere, quâ impetrata contra maritum adulterum lucratur donationem propter nuptias, quemadmodum quoque adulteræ uxoris dotem consequitur: Vir tamen in monasterium non detruditur, ut mulier

adultera, sed secundum *Iustin. Codicem* poenam mortis subibit. Iure Canonico autem utrique excommunicatio decreta est. *c. intelleximus. C. de adult. Iul. clau. §. adulterium. Silv. eod. Myning. l. 4. Instit. tit. 18. §. Item lex Iulia. Zerola. V. Adulterium. Barbof. in c. Tuæ de adult.* ubi num ult. addit, uxorem notoriè adulteram à marito propria auctoritate expelli posse.

II. Atque hæc de thori separatione in adulterii poenam constitutâ extendi possunt. *Primo* non quidem ad voluntatem adulterandi, ut nonnulli minus verè dixerunt, sed ad suspicionem violentam de commisso adulterio: ut si probetur solum cum sola, aut nudum cum nuda in eodem lecto fuisse, aut secretis in locis, & tempore commodo inventos esse. *c. Dixit Dominus. 32. q. 10.* *Secundo* ad peccatum Sodomiticum secundum *Panorm. in c. Maritus. De adulter.* quia fornicationis nomine intelligitur omnis concubitus illicitus. *c. Non solum, 32. q. 7.* Et quamvis *Innocentius in di. c.* contrariam teneat, primum tamen verius esse censetur, quia major injuria

matti-

matrimonio infertur. Tertio ad pollutionem extraordinariam cum alio vel alia etiam extra pudoris claustra secundum Hugonem, nisi emendationem serio promittat. Quarto ad peccata contra naturam, aliquorum iudicio: quod de mollitie negat. *Gloss. in c. Omnis. dist. 35.* Quinto denique ad fornicationem spiri-

tualem, seu infidelitatem: ut si conjux cadat in iudaismum, gentilismum, heresim &c. maxime si eodem pertrahere nitatur. *c. Idololatria 28. q. 1. Covar. de sponsal. Part. 2. c. 7. §. 5. Ostiens. in sum. Sanch. de matr. l. 10. disp. 13. & seq. Canis. l. 2. summ. tit. 21. Zerola Part. 2. v. Divortium. Filiuc. Tract. 10. Part. 1. c. 10.*

CCXLII.

DIFFERENTIA 27.

Convictus de libello famoso occultè exposito secundum leges capite punitur. l. un. C. de famos. lib. secundum Canones autem verberibus subicitur.
c. Qui in alterius, & seq. §. q. 1. Galvanus 64.

I. Exaggeratae malitiae argumentum est famae laedendae datus in publicum libellus famosus. Quocirca ejus generis scriptum carmen aut orationem quidolo malo edit, procuraturae, injuriarum nomine tenetur, & condemnatus ex eo intestabilis est. *l. Lex Cornel. §. §. Si quis librum. & l. Quod senatus Consultum. eod. tit.* hoc est, ob carmen famosum condemnatus neque testis esse potest, neque testamentum condere. *l. Ob carmen 21 ff. de testib. l. Cum leges. l. 15. qui §. fin. eod.* Idem in eo valet, qui in libello principi oblato, vel alicui alteri aliquem infamat. *l. Item apud Labeon, §. si quis libello. ff. de iniur.* Eandem poenam *Carolus 7. Imperator in Const. crim. art. 110* statuit infamanti, quam infamato, si libellus veritati conformis esset Rursum in Comitibus Augustae Vindelicorum habitis Anno Chr. 1548. c. 34. prohibuit libellos maledicos, picturas, scul-

pturas, scripturas, pasquillos, & similia, quae aliorum famam laedunt, constituta carceris, & multa poenam. Typographis quoque sub eadem poena injungitur, ne aliquid tale imprimant, evulgentque, nisi prius Magistratui oblatum, nomenque auctoris, & locum apponant. Similiter omnium ejusmodi scriptorum venditio, emptio, donatio, & qualibet communicatio, ac retentio prohibita est. Hinc patet, quam gravi supplicio dignum se fecerit, qui integrum volumen pasquillis infatum non ita pridem evulgavit, in quo summa orbis capita ab estranatis, & calumniaosis ingeniis perstringuntur. Illi item, qui vel malitia vel invidia excecati religiosorum ordinum instituta petulanter impugnant, hominum errores ipsi professione tribuunt, optima quaeque in contrariam partem sequant, lacerantque

Ll 2

cavil.

cauillis: quasi in tota rerum creatarum universitate inventuri sunt, quod omni ex parte perfectum sit, & effugere maledicentiam possit.

II. Est sancitum præterea, ut qui quocunque in loco ignarus ejusmodi scriptum invenerit, statim corrumpat, & quæ in eo contenta legit, silentio premat. Aliàs quasi auctor capitali sententiæ subiacebit, l. un. C. de famos. lib. Nec permittitur illi defensio per procuratorem; si criminaliter agatur, l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. iudic. A veteribus ea severitas initium sumpsit, nam Cicerone teste in l. De Rep. sancitum lege 12. tabularum erat, ne quis maledicum in quæquam carmen scriberet, aut ultimo afficeretur supplicio. Et ut alia præteream Sodacles nugacium carminum scitus artifex, cum de rege Ptolomæo plura impudentius scripisset, plumbeo vasi in-

clusus in mare demersus est, auctore Athenæo, l. 14. Dignosoph. c. 7. V. Thales. l. 38. c. 6.

III. Secundum Canones, qui in alterius famæ detrimentum scripturam, aut verba contumeliosa consinxerit, si deprehensus, quæ malè condidit, improbare nolit, flagellandus est. Qui autem invenit, & non supprimit, aut corrumpit, ita ut in nullius manum, notitiamque deveniat, pro auctore habetur. In Ecclesia autem si quis famosum libellum ponere præsumpserit, excommunicationis poenâ feriendus est, c. Si qui inventis §. q. 1. V. Navarr. c. 18. n. 35. Silvest. v. Libellum, n. 5. Farinac. in Praxi crim. q. 105. Molin. Tr. 4. diff. 35. Lesiam c. 11. dub. 3. n. 11. Iod. Dom. bouder. in Praxi. crim. c. 125. Pauli Layman iustam defensionem in causa monasterior. &c. Proæmio §. num. 49.

CCXLIII.

DIFFERENTIA 28.

Secundum leges in poenam nemo debet in fronte signari, seu bullari: l. Si quis in metallum, C. de poen. Id verò Canones aliquando permittunt, c. Ad audientiam, de crim. falsi. Bartol. 128. Ioann. Bapt. à S. Blasio 143.

I. Bullare apud Accursium in l. cit. Si quis, est in fronte signare pro poena, vel characterem imprimere: quod tamen jure civili vetitum. Stigmatum usus frequens apud veteres tum ignominia, tum gloriae causâ. Thracibus punctos esse in facie demonstrabat nobilitates, Herod. l. 5. In captivâ probrum erat,

l. Si quis cit. Propter notitiam, & discriminis causâ tyronibus in militiam lectis notabatur. Vnde Vegetius l. 2. c. 5. Certum est milites punctis, seu stigmatibus signari solere. Item, tyrones compungebant, & in cute signabant. In Gallia hodie quibusdam reis etiam in fronte candentis lili notâ inuri solet, Papone c. 10

teste, & *Tholosano l. 32. c. 34.* qui tamen in codice prohibitum esse facitur, videlicet in *l. Si quis. Vbi Imperator Constantinus*: Si quis in metallum fuerit pro crimine deprehensorum qualitate damnatus, minimè in ejus facie scribatur, eum & in manibus, & in furis possit pœna damnationis unâ inscriptione comprehendi, quò facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minimè maculetur. Pro declaratione facit, quod *Barbos. inc. Ad audientiam cit.* notat, olim apud Lusitanos morem fuisse, furibus auriculam abscindere: sed quia hoc maleficii signum longis capillis, vel auritis pileis tegebant, nec videbatur convenire tam patenti signo turpitudinem ostendere, idcirco *Constantinus Imperator* deturpati faciem caractere vetuit, sufficere judicans, si in manibus, aut furis pœna damnationis comprehenderetur, & sic prædicta aurium abscissio sublata est. Illius autem loco pro primo furto prima territorii litera, ubi invenitur, pro secundo autem in humero furex signum, eandem ferro imprimitur. De qua bullatione agit *Farinas. Part. 6. q. 170. n. 84.* Hinc verisimile est, *Vrbannum III.* hoc supplicii genus clericis Gallie determinasse, quia in eorum provinciis usu receptum erat, ut *Tholos. loc. cit. restatur.*

II. *Vrbani* igitur relictum ejusmodi sit, videamus. In *citato c. ad audientiam*, de clericis, qui *Philippi Francorum regis* sigillum falsificaverant, nec membrum illis au-

ferendum esse decernit, nec pœnam corporalem, per quam mortis incurrere periculum possint; sed à suis ordinibus degradatis in signum, & memoriam maleficii parrati characterem aliquem imprimendum, quo inter alios cognoscantur, imprimendum, scilicet auctoritate judicis post cognitionem causæ, & latam sententiam.

III. Monet autem *Glossa*, non esse characterem illum ita imprimendum profundè, ut sanguinem eliciat, sed sufficere, ut cuius superficies deformetur in signum parrati sceleris, & hoc propter odium criminis, quia non convenit faciem hominis ad instar cœlestis pulchritudinis factam scadari, quemadmodum in *l. Constant. citata* dicitur. Facies animi imago, mentis cœdrea, facultatum sedes, potentiarum domicilium, artium, & scientiarum propilæum, bonorum, & honestatis index. Duo illi luminaria Solis instar, & Lunæ, à quibus splendorem membra, artus directionem, opera constantiam sumunt, & firmitatem. Lædere illam probrum, contaminare nefas injuriâ premere piaculum; Pulchra, venusta, intacta corruptionis nescia perennet.

* *

Iure civili bona damnatorum heredibus relinquuntur. Authent. Bona damnator. C. de bon. damn. Iure Canonico illorum bona, qui contra sacras personas enormia committunt, Fisco Ecclesie inferuntur. c. Si quis deinceps.

17. q. 3. c. Quisquis. c. Si quis rapuerit. 27. q. 1. Bartol. 144.

I. **S**I Fiscus est sacculus sine conscientia imbutus bene, & male parva, ut à Silvestro indigitatur ex l. In heredem. ff. de calumn. & l. Papinianus. §. 12. ubi dicitur meminisse oportet, eam, qui testamentum inofficiosum improbe dixit, & non obtinuit, id in testamento perdere idque Fisco vindicari quasi indigno oblatum, mirari licet, quo sensu Bartolus dixerit, damnatorum bona à Fisco non occupari, sed heredibus relinquere. Verum non de quibuslibet, sed ultimo supplicio damnatis (excipiendo extraordinarios casus) in hac materia loquendum est. Igitur ad mortem damnatorum bona heredibus relinqui, ex Auth. citata c. ult. discimus.

II. Sancimus eorum, qui damnantur, substantias non fieri lucrum iudicibus, aut eorum officii, sed neque secundum veteres leges Fisco applicantur, sed si qui dem habent ascendentes, & descendentes usque ad tertium gradum eos habere. Atque ita abrogatur. l. 1. ff. de bon. damn. & l. 4. C. de bonis prescript. quibus reorum bona universè Fisco transcribuntur. Vnde Gloss. Gostofredi. Hodie nemo se vus pœnæ efficitur, abrogatis nimirum & ex punctis contrariis legibus. Parsi modo in provincijs

Galliæ, quæ Iure Romano utantur, nullam bonorum confiscationem fieri Papo affirmat. V. Differ. CCXXXVIII.

III. Excipiendi tamen sunt casus, de quibus Gigas in Tr. de crim. las. mai. q. 30. puta læsæ majestatis. l. §. C. ad l. Iul. maiest. prodicionis patriæ, conspirationis, hæresis, & similibus, quorum atrocitate permoti Iudices pœnam proscriptiois indixerint. Adde Wesenbecium, qui l. 48. ff. tit. 20. n. 6. ait: Novissimo jure bona non publicantur, si extent agnati usque ad tertium gradum excepto læsæ majestatis crimine. Auth. Bona damn. C. eod. Quod olim quoque in Rep. antiqua obtinuisse videtur. Cic. l. 2. de invent. & hodie apud Saxones plerumque observatur. At contra apud Gallos teste Chassan. & Boerio fit, ubi illud in ore, *Qui confisque le corps, confisque les biens.* Quod accipiendum de bonis damnatorum propriis, non alienis, quæ domino suo reddenda sunt. Item, de allodialibus, non feudalibus, nisi ob feloniam. Item iis, quæ ante damnationem alteri acquisita sunt, vel post eam reo obvenerunt. Chassan. de consuet. Burgund. de confisat. §. 2.

IV. Solent etiam benigni Iudices affectu misericordie liberis partem aliquam

quam pro alimentis relinquere, sequendo *l. fin. c. de bon. proser.* Nam Adrianus Imperator quoque duodecimam bonorum pupillis attribuit. Idem beneficium aliis non impenditur, quia minus indigere videntur. *V. Tholos. l. 45. c. 2. n. 11. & 12. Decian. l. 7. c. 40.*

V. Quod Canones attinet, *c. si quis rapuerit, est Novella 124. c. 64.* jubetque ejus, qui diaconissam, ascetiam,

vel monacham, aut aliam mulierem religiosam vitam, aut habitum habentem rapuerit, sollicitaverit, vel corruperit, bona à religioso loco vindicari, in quo talis mulier habitabat, per religiosos episcopos, œconomos, & præfides provinciarum. Ipsi insuper rei periculo capitali subiciantur, mulier autem ubique investigetur, & cum suis rebus tutiori monasterio reddatur.

CCXLV.

DIFFERENTIA 300.

Inre Canonico bona hæreticorum publicantur. & filiis auferuntur. c. Vergentis. 10. de hæret. c. Cum secundum eod. in 6. secus jure civili. l. Agnovimus. C. de hæret. Authent. Idem est. De Nestorianis eod. Bartolus l. 43. Decianus l. 2. c. 20. n. 12.

I. Hæresis est error in intellectu voluntarius & liber, contra aliquem articulum, vel sententiam fidei, conjunctus cum pertinacia. Hæreticus in quo talis error est. *DD. cum s. Thom. in 2. 2. q. 11. art. 1. & 2.* Explicationem singularum partium *V. apud Filiuc. Tr. 22. c. 6.* De pœnis illorum, quæ multæ alibi, & summissæ communiter. Hic de solâ bonorum publicatione: de qua *Alexander III. in c. Vergentis cit.* In terris temporalibus summi Pontificis jurisdictioni subiectis bona hæreticorum publicantur: in aliis idem per rectores locorum observetur: negligentes per censuram ecclesiasticam compellantur, nec ad eos bona illa unquam revertantur, nisi ex sola misericordia aliquis illorum misereri velit: ut temporalis saltem pœna corri-

piat, quem spiritualis non corrigit disciplina. Cum enim secundum leges reus læsæ majestatis capite punitis bona publicentur, eorum filiis vita solummodò ex misericordia reservata, multò fortius illi, qui aberrantes à fide filium Dei Jesum Christum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, debent præscindî, & bonis temporalibus spoliari, quia gravius est æternam, quàm temporalem lædere majestatem. Nec exhereditatio filiorum catholicorum debet impedire censuram hujus severitatis prætextu alicujus misericordiae, cum in multis casibus filii pro patribus temporaliter puniantur, & secundum Canones, quandoque non solum puniantur auctores scelerum, sed etiam progenies damnatorum.

II. Ea-

II. Eadem Bonifacii VIII. sententia est in c. *Cum secundum*, nisi quod ipso iure hæreticorum bona confiscata esse dicitur, ita nimirum, ut à die commissi criminis, seu defectionis à fide dominio illorum privati sint, quemadmodum DD. intelligunt. Addit, confiscationis prædictæ executionem, bonorumque ipsorum occupationem per dominos temporales faciendam non esse, antequam per ecclesiasticum Judicem sententia contra hæreticum hominem fuerit promulgata. V. *Covarr. l. 2. Var. c. 8.*

III. At cui cedent bona temporalia hæreticis erepta? Alia Juris, alia consuetudinis præscriptio est: nec eadem clerici & laici conditio, ut bene explicat *Covarr. l. 2. Var. c. 9. n. 12.* Clerici propter hæresin damnati, & habentis beneficium ecclesiasticum ad Ecclesiam, in qua habuit, bona pertinent: non habentis beneficium Filco Ecclesiæ cedunt, c. *Excommunicamus §. Dammati, de heres.* bona autem laici hæretici filco sæculari, ut probatur in *di. §. Dammati*, & juxta hanc distinctionem intelligendum est c. *Cum secundum, de her. in 6.* ut ibi annotarunt *Anchar. Franc. Bald. item in l. Si quis presbyter, C. de episc. & cter.* Sed quod bona immobilia clerici hæretici ad principem sæcularem pertineant, probat *Oldrad. Consil. 17.* siue is habuerit beneficium, siue non. *Benedictus in c. Rayntrium, de testam. v. Et uxorem, n. 2. 4. 2. Rupellan. forens. Infirmus. l. 3. f. 307.* Quod ideo fieri putat *Felin. in c. Irrefragabili, §. Caterum, col. 1.* quia ad eum spe-

ctat executio confiscationis faciendæ? Idem affirmat *constitutionem c. Cum secundum*, per extravag. quasdam Romanor. pontificum sublatam esse, deinde sancitum, ut bona cujuscunque hæretici dividantur æquis portionibus inter Rom. ecclesiam, & episcopum hæreticæ pravitatis inquisitorem. Quod in Hispania non observatur, sed in Filcum regis omnium hæreticorum bona inferuntur, ut nimirum impensæ fiant in ministros, & officiales, qui ad hæreticorum inquisitionem, & extirpationem necessarii sunt. In Gallia quoque clericorum hæreticorum bona mobilia episcopos auferre, immobilia sæculares magistratus *Ignat. Lopez in præd. Canon. 117. testatur. V. Jul. Clar. §. Hæresis. Simanca in Euchir. tit. 56. & præter summo. Azor. l. 1. §. c. 7. Valent. III. q. 11. punct. 3. Diaz in præd. c. 114. Layman l. 2. tract. 1. c. 16. n. 4. Farinas. l. 2. Consil. 117. & 140.*

IV. Quod Jus civile attinet, Justiniani sanctio in l. *Cognovimus* cit. patri hæretico filios catholicos succedere in bonis permittit, & filiis non existentibus proximos: nullo existente Filcus caput. Idem in Nestorianis, & Acæphalis faciendum mandatur *Ausb. Idem est, sed à Bart. notatur secundum Constitutionem FridERICI Imper. In die, quâ, §. 5. eandem legum, & Canonum dispositionem esse.*

V. *Tanner. III. D. I. q. 2. dub. 6.*

n. 119. ubi in Germania prædictas leges contrario usu cessare monet.

* *

DIFFERENTIA 31.

Iure civili nulla pœna excedere debet quadruplum. §. *Omnes autem actiones. Instit. De action. secus Iure Canonico c. Quisquis. 17. Q. 4. c. Cum deuotissimam. 12. Q. 2. Bartol. 184. Decianus l. 2. c. 20. n. 9.*

I. Quaternarius numerus in pœnis factus fuerit ouem, restituet quatuor oves pro vnâ l. 2. Reg. 12. Ouem reddet in quadruplum Luc. 18. V. 8. Zachæus pœnitens. Si quem defraudavi, reddo quadruplum. Vnde liquet, numerum hunc etiam diuino iudicio comprobatum esse, & sufficere ad satisfaciendum illis, quos iniuriâ, & damno offendimus. Cur autem hunc potius, quàm alium quemlibet elegerint legum conditores, supervacua questio videtur, cum idem de quolibet alio. quærere liceat.

II. Iudicibus igitur, ne in constituendis pœnis excedant illum, Iustinianus Imperator præcipit, in cit. §. *Omnes actiones*, vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum. Vteterius autem nulla actio extenditur. Actio in simplum rei persecutoria est, non pœnalis, ut sequentes. Nam in duplum, triplum, quadruplum pœnales sunt: quas non posse excedi, extendiue ulterius, frustra aliqui existimant, cum Cicero *Alt. 5. in Verrem* de pœnâ o- & upli meminerit. Attamen iuxta legislatoris mentem privato arbitrio extendi non debent. Meta siquidem ad ulteriora pronis figenda erat, Vltra pœnam quadru-

pli igitur, quæ quidem vera sit pœna, nempe ex ipsius quoque actoris parte non fit progressio.

III. Non desunt exceptiones tamen, Etenim pro seruo fiscali surrepta duodecim argenti libræ fisco inferuntur, quæ quadruplum excedere possunt. Item diuersis actoribus supra quadruplum penditur interdum: quod tamen huic loco non repugnat, cum una actio non sit, sed duæ. Deniq; ex accusatione pœnam supra quadruplum excessere posse indubitatum est. Sunt præterea alij modi, de quibus *Accursius, & DD. præsertim Menoch. De arbitr. Casu 260. n. 4. c. sequ.*

IV. Propter has, & similes exceptione *Glossa in c. Quisquis. 17. Q. 4. V. Novies ubi* damnum novies componendum, seu compensandum dicitur, obijciens §. *Omnes cit.* quo quadrupli pœnam non licet excedere respondet. Iudex non debet quadrupli pœnam excedere nisi iure exprimatur, quemadmodum hic. Nam quandoq; extenditur ad decuplum. ut *c. in legib. 12. Q. 2. & c. Cum deuotissimum ibid.* De pœna conventionali, quousq; extendi queat, consule *Everhard. Bronchorst Centur. 2. assers. 8.*

DIFFERENTIA 32.

Deferens bellum, aut fugiens Iure Canonico infamis est. *c. Infames. 6.*
Q. 1. Iure civili autem capite plectitur. l. Omne delictum. §. Qui
in acie. ff. De re militari. Io. Bapt. à S. Blasio. 53.
Decianus l. 2. c. 20. n. 3.

I Bellum deferere proprium illorum
 militum est, qui relinquunt locum
 in acie, aut sine commeatu discedunt à
 castris. Hinc desertor, & desertio, de qui-
 bus *l. 3. §. 5. & 6. ff. De re militari.* Illi pro
 poenae constitutam esse Iure Canonico
 infamiam *Io. Bapt. à S. Blasio* hic affirmat
 ex generali quadam dispositione, seu
 enumeratione. Nam *Stephanus papa ab*
Hilario episcopo interrogatus, quam
 personarum secundum Canones censentur
 infames, numerat viginti species infam-
 mium personarum, & alias quasdam, quae
 propter irregularitatem, aliasue causas ad
 sacros ordines promoveri non possunt.
 Inter illas locum habent ex bello fu-
 gientes. Nec mirum videri debet gravi-
 oris poenae mentionem non fieri, cum cri-
 men non sit ecclesiasticum, & gladius
 in domo Dei locum non habeat. *c. Inter*
haec 33. Q. 3.

II. Iuris Caesarei poena in *l. Omne deli-*
ctum. cit. extat, illum, qui prior in acie
 fugam fecerit, propter exemplum inspe-
 ctantibus militibus capite plectendum

esse. Vnde *Ammianus l. 34.* refert Iulianum
 Imperatorem decem milites ex illis, qui
 fugerant, capitali addixisse supplicio.
 Non ergo quilibet à bello fugiens capi-
 tis reus est, sed qui initium facit, & malo
 exemplo alios imbelles reddit. Talis enim
 non immerito de perfidia suspectus ha-
 betur. *Greg. Tholos. l. 11. De Rep. c. 7. n. 74.*
quinum. 39. Henrici. III. Galliae regis san-
ctionem affert, quae relinquentes vexil-
lum suum tempore pugnae exauctorantur,
gradu, & nobilitate exuti inter paga-
nos, taliabiles, seu censuales reponuntur.
Constitut. in Comis. Basens. Anno Chr. 1580.
art. 290. Digna igitur observatio lex
Ordines ne quis deserat. apud Romanos ca-
 pitale munus suum stationem, vel arma
 deseruisse. *Suidas in v. ἐφεστία.* Eandem
 severitatem Longobardis in usu fuisse ex-
l. 1. Longobard. legem et de malef. colligitur.
 Nimirum caput in milite obedientia est,
 quae in re gravissima cernitur, cum iussu
 in mortem sit eundem. *Adam. Contr. l. 10.*
Polit. c. 21. §. 12. Less. c. 9. Lub. b. n. 27. & l.
4. c. 4. Dub. 5. n. 41.

CCXLVIII

DIFFERENTIA 33.

Secundum leges non quilibet periurus est infamis. *l. Lucius. ff. De his*
qui not. infam. Aliter secundum Canones. *c. testimonium. De*
test. c. Quicumque 6. Q. 1. Galvanus 85. Decianus l. 2. c. 20.

Infamia bonae famae privatio duplex
 est, iuris, & facti. *Panorm. in c. Testi-*
 monium. De test. Iuris infamia alia
 oritur ex crimine proprio, puta le-
 noc

macinij, usurae publicae, periurij, & similia. alia ex parentum delicto, ut laesa maiestatis, aut perduellionis vel abiectâ conditione, ut Histrionum, carnicum, licitorum, & similia. Infamia facti, quae etiam vulgaris appellatur est publica notitia, seu opinio commissi criminis per quod existimatio hominis, attentâ personae qualitate, seu statu apud viros prudentes graviter laeditur. *l. Es, quae pater. C. Ex quibus caus. infamia. & c. vlt. De temp. ordin.* hic non de infamia facti, sed iuris mentio est, de quâ *Bartol. in l. Lucius cit. cum Glossa asserit*, eum, qui de praesenti, aut praeterito iurat, non esse ipso iure infamem, quamvis peteret *l. vlt. ff. De crim. stellion.* Similiter iurantem de futuro, & peierantem non esse infamem, si iurat *DE Otantum*, & sibi ipsi: si vero iuret alteri, cum quo contraxit infamari, quando peierat. Hanc doctrinam *Panorm. approbat*, & conformem sacris Canonibus existimat eò quod contrarium in ipsis non reperitur.

H. Gofredus autem indistinctè affirmat, omnem periurum ipso iure infamem esse ex *sum. Confess. l. i. tit. 9. Q. 25. cui reclamant c. testimonium. 54. De testib. ubi ille tantum à testimonio repellitur, qui in crimine suo perseverat: & perjuri exceptione ibi, non de quolibet, sed notorio & alijs damnoso intelligitur, ut bene observat *Less. l. 2. c. 42. D. 14* addens, infamiam, de quâ loquitur *c. infames l. 6. & c. 17. Quicumque. 6. Q. 1.* non inducere proprie irregularitatem, nisi irrogata sit per sententiam Iudicis, ut si quis de periurio sit condemnatus. Tunc enim irregularis est, & indiget dispensatione, etiam post*

vite emendationem. alia infamia tollitur bona vitae, oblivione, & loci mutatione ut *Covarr. & alij* docent. Optimè *Thom. in 22. Q. 98. art. 3.* docet primâ periurum in iuramento assertorio non fieri infamem ipso iure, sed opus esse sententiâ Iudicis definitivâ. *Secundâ* infamem solenniter fieri in iuramento promissorio, quia in potestate ipsius est, postquam iuravit, efficere, ut verum sit iuramentum suum, quod in assertorio non contingit. *V. Silvester. v. Periurium n. 6. & Domin Soto De iust. l. 8. Q. 2. art. 3.* ubi in confirmationem dicit, ut periurum infamiam adferat, duas condiciones necessarias esse, ut solenniter factum sit, & de eo postea in foro iudiciali publice condemnatus sit periurus.

III. Ex quibus omnibus colligere licet, nec Iure pontificio nec Caesareo quemlibet periurum infamem esse, & concidere differentiam initio propositam, nisi limitate explicetur.

V. Suarez l. 2. De iuramenti praeceptis. c. 20. Comitol. l. 2. Q. 3. Tanner. III. Disp. 5. Q. 8. Dub. 1. n. 5. Ignar. Lopez in Pract. criminali. c. 96. cir. fia. Menoch. De arbit. Cas. 319. Ever. Bronchorst Centur. 2. assert. 25. Jacob. De Grass. Par. l. l. 26.

II. num. II.

* *

DIFFERENTIA 34.

Qui infamis est, secundum leges potest fieri procurator. §. ult.
Instit. De exceptionibus. Secundum Canones vero non potest. c. *Imperatorum. De iuram. calum. Gabvan.*

41. *Decianus l. 2. c. 20. n. 14.*

I. Procuratorum duo genera sunt, aliqui iudiciales, de quibus hic, ad movendas instituendasque actiones, & lites exequendas constituti l. 86 ff. *De solut.* alij extraiudiciales pro negotijs, quibus vel certa una res, vel generaliter universa negotia administranda committuntur. l. 13 ff. *De pact.* Secundum antiquas leges olim procuratoris iudicialis munus vile censebatur, sicut apparitorum, & executorum advocacionis. *Tholos. l. 49. c. 6. n. 6. Bronchorst. Centur. l. 4. ass. 95.* ut mirari nemo debeat, si ad id etiam infames adhiberentur. Hodie autem advocatis vix cedunt, imò in Camerâ spirensi præferuntur, teste *Andr. Gaill. l. 1. obs. 43.* Præsens differentia igitur antiqua tempora respicit, & in illis verificatur.

II. Iustiniani Imperatoris in §. *cit. sanctio est.* ut exceptiones contra infamiam procuratorum in iudicijs conquirentur, ne dum de eiusmodi tricis altercatur, ipsius negotij disceptatio proteleatur. Vnde colligunt in deligendo procuratorem bonæ, aut malæ famæ nullam esse rationem habendam, cum nemini

infamia obesse possit. Faber tamen in *prædi.* §. non de quavis infamia, sed levitantum arbitratur Imperatorem loqui. Iuxta quam limitationem infames ex adulterio, incestu, lenocinio, periurio notorio, & similibus à procurandi munere excluduntur. Quod æquitati & rationi consentaneum videtur. Nec, ut bene *Mysing.* quisquam ita sensu communi destitutus est, ut adhibere sic notatos vellet. v. *alcia. l. 1. De verb. signif. n. 50.*

III. Quod Canones attinet *Eugenius papa in cit. c.* pro causis monasterij tractandis, præstando iuramento calumniæ, alijsque requisitis iubet æconomum constitui, id est Syndicum, seu procuratorem. c. *Crim. sumus. 9 Q. 3. Item c. un. De Syudi.* & iste æconomus auctoritate episcopi ordinari debet. l. *Omnes. C. De episc. & cler.* Requiritur autem ut sit bonæ famæ, & minimè suspectus. c.

Quia episcopus. 5. Q. 3. & c. I. 3. Q. 7.

v. *Covar. l. præc. QQ. c. 19.*

Silvest. in v. Procurator.

Qui per agrum alienum transiens de frugibus propter necessitatem
carpit, secundum Canones impunis est *c. 1. dist. 1. c. discipu-
los. De consecr. Dist. 5. quod legibus non permittitur.*
l. Per agrum. C. de servit. & aqua. Io. Bapt.
à S. Blasio. 33.

Fas & Ius distinguens *Isidorus relatus*
in c. 1. Dist. 1. Fas, ait, lex divina est,
Ius lex humana. Transire per alienum
agrum fas est, ius non est, quia nimirum
leges Imperatorum id vetant *l. 11. C. De
servit. & aqua.* Per agrum quidem alie-
num, qui servitutem non debet ire vel
agere vicinò minimè licet. Idem alibi re-
petitur. Contra discipulos, cum per sege-
tes transeundo vellent spicas, & ede-
rent *Luc. 6. Matth. 12.* Christi vox inno-
centes vocat, quia coacti fame hoc fece-
runt. *c. Discipulos. 26. Dist. 5.* Vbi notat ex
S. Thoma Maldonatus à Pharisæis non es-
se accusatos Christi discipulos, quòd ex
agro aliend spicas vellent, & comede-
rent, quia id lex permittit *Deuter. c. 23.
v. 25.* Si intraveris segetem amici tui
franges spicas, & manu conteres, falce
autem non metes. Noluit DEVS vel
possessores agrorum esse tam avaros,
veliter facientes tam anxie constrictos,
ut vellere spicas non possent. Accusa-
bant ergo illos, quia in sabbato faciebant,
quod à lege prohiberi existimabant, suo-

rum scelerum ignari, in aliorum defecti-
bus censendis iniqui hypocritæ. Quem
errorem Christus Davidis exemplo re-
darguit, ostenditq; necessitate licitum
fieri, quod alioqui illicitum est. *c. 2. De
observat. ieiun. Menoch. Casu 182. n. 5* Quo
posito, & ad præsentem materiam appli-
cato, manifestè patebit, eandem Cano-
num, & legum intentionem esse. Non
minùs enim leges, quàm Canones ne-
cessitati veniam tribuunt in illis quæ per
se mala non sunt. Hinc notissima illa in
utroque foro recepta axiomata: Necessi-
tas non habet legem, sed ipsa legem facit.
*c. Remissionem. 1. Q. 1. c. sicut. De cons. Dist.
1.* Item *Quod non est licitum lege, necessitas
facit licitum c. Quod non est De Reg.
Iur. V. Decium in R. I. 122. &
Barbof Tract. De axiom.
axiom. 157.*

A. M. D. G.

INDEX

RERVM, ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM.

- | A | A |
|---|---|
| Abbas. | Actio. |
| <p>Abbas à conventu, seu Capitulo eligendus est Lx. n. I.</p> <p>Abbas non habet territorium. x. n. 3.</p> <p>Abbas iurare debet de calumniâ. LIX n. I.</p> <p>Et in animam maioris partis conventus ibid.</p> <p style="text-align: center;">Abortus.</p> <p>Abortus causam dâns, etiam foetu nondum animato, Iure civili puniatur. CCXXXIV.</p> <p>Abortus poena vario est, iuxta delicti qualitatem. ibid. In quibusd. capitis supplicium.</p> <p>sec. Canones homicida censetur, abortum procurans foetu animato, ibid.</p> <p style="text-align: center;">Absens.</p> <p>Absens, quantumvis reus, regulariter non est condemnandus. CLXXV. n. I.</p> <p>Fallit in eo, qui citatus contumax est. ib. n. 2.</p> <p style="text-align: center;">Accusatio.</p> <p>Accusatio quid sit, describitur. CCXXXV. I. n. I.</p> <p>Accusare invidiosus nemo tenetur. ibid.</p> <p>Fallit in quibusdam. ibid.</p> <p>Maiores à minoribus non accusantur, CLII. n. 2.</p> <p>Condemnatus non accusat accusatorem suum. ibid.</p> <p>Mulier secundum leges civiles, maritum suum de adulterio non accusat. CLII.</p> <p>Frater fratrem de magno crimine non accusat. Excipe hæresin. CLVI. n. I. & 2.</p> <p>Accusatore non probante absolvitur reus. CLVII.</p> <p>Fallit in quibusd. casibus. ibid.</p> | <p>Actio secundum Canones ex nudo pacto datur. CLXXX. n. I.</p> <p>Actio in simplum rei persecutoria est: in duplicum, triplicem &c. penales. CCXLVI. n. 2.</p> <p>Actio iniuriarum secundum Canones ad hæredes transit. CLXIII. n. I.</p> <p>Ex pluribus actionibus, una secundum leges civiles eligenda est. CXXXIX.</p> <p>Fallit in multis. ibid.</p> <p>Nomen actionis libello exprimere secundum Canones non tenemur, CLVIII n. I.</p> <p style="text-align: center;">Actus.</p> <p>Actus legitimi conditionem non recipiunt, usque diem. XXIV. n. I.</p> <p>Illorum diversa sunt species ibid.</p> <p>Exceptiones à priori Regulâ. ibid.</p> <p style="text-align: center;">Adulterium.</p> <p>Adulteris iure Canonico excommunicatio decreta est. Iura civili corporalis poena. CIII. n. I. & CCXLI. n. I.</p> <p>Adultera dotem amittit: & monasterio includitur. ibid.</p> <p>Eam accusare maritus omni tempore potest. CVI. n. I.</p> <p>Leges quinquennium definiunt. ibid.</p> <p>Adulterij poena est thori separatio. CII. n. I.</p> <p>Aliquando mors. CXXII. n. I.</p> <p>Clericus adulter deponitur, & monasterio includitur. ibid.</p> <p style="text-align: center;">Ædificium.</p> <p>Ædificium pecuniâ Ecclesia factum in alieno solo secundum Canones Ecclesia cedit. s. cap.</p> |

RERVM, ET SENTENTIARVM

randum leges solo. xxxi. n. 1.
Affinitas.

Affinitas describitur. lxxxvi. n. 1.

Secundum leges contrahitur ex legitimis nup-
tibus etiam sine copula. ibid.

Secundum Canones vero etiam ex concubitu
illicito. ibid.

Cur gradus affinitatis aliter iure civili, quam
Canonico numerentur? ibi. n. 2.

Ager.

Per agrum alienum transire lex divina per-
mittit; humana vetat. ccl.

Nec ob id scandalizati olim Pharisei a dis-
cipulis Christi sunt. ibid.

Agrorum possessores convenit transire, &
delibationem fructuum permittere. ibid.

Alea.

Alea ludere convivi causa non est prohibi-
tum. ccxv. n. 2.

Alienatio.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum non nisi
certis conditionibus permittitur. lli.
n. 2.

Alia solennitas iure Canon. alia iure civili
requiritur. xvi. n. 1.

Iuris Canonici plures sunt. ibid.

Alienatio fundi dotalis iuramento confirma-
ta secund. Canones valet; sed legibus re-
probat. lxxv. n. 1.

Alienare rem iudicij declinandam causa non
licet. cxlix. n. 2.

Alimenta.

Alimenta legati summi Pontificis prestan-
da sunt. xxvii. n. 2.

Similiter episcopo visitanti. ibid.

Ancilla.

Cum ancillis secundum leges civiles non con-
trahitur matrimonium. xciii. n. 1.

Appellatio.

Appellatio quid, & quotuplex sit. xiv.

Non suspendit excommunicationem absolu-
te latam. ccii. n. 1.

Suspendit tamen promulgationem, & decla-
rationem. ibid.

Et sententiam definitivam quoque. ibid.

In notorijs non admittitur appellatio. cxcix.
n. 1.

Iure Canonico a quol gravamine illato, vel
inferendo permittitur, cxcv.

Iure novo ab ea interlocutoria tantum, qua
vim definitive habet, & gravamen irre-
parabile. ibid.

A sententia episcopi bis tantum appellatur:
Iure civili semel tantum. cc. n. 1.

Appellationem tertiam ad S. A. Honorium
iii. improbat. ibid.

Nemo princeps rescripto suoteriam appella-
tionem permittere potest. ibid.

Appellatio secundum leges gradatim facienda
est. cxcvi. n. 1.

Fallit in pluribus causis. ibid.

Ad summum pontificem immediate Canones
permittunt. ibid.

A sententia episcopi secundum Canones ad
metropolitanum, vel Papam: secundum
leges vero ad iudicem secularem appella-
tur. cxcvii. n. 1.

Ad delegatum instituenda appellatio est,
quando alteri causam commisit. cxcviii.
n. 1.

Excipe, nisi totam causam alteri commisit
ibid.

Confessus crimen secundum Canones non
permittitur appellare. cxlix.

Nullius ad mortem damnati apud Germanos
appellatio permittitur. ibid. n. 3.

Excipe casum nullitatis, de qua semper
instituta querela potest. ibid.

Arbiter.

Arbitri vel sunt iuris, vel beneplaciti. Tit. xx
Arbi-

Arbiter, qui cognovit de causâ suspicionis, illâ probatâ cognoscit etiam de principali secundum leges. CLXXXII. n. 1.
 Ex tribus arbitris uno absente alij duo secundum Canones procedunt. CLXXXIX.
 Arbitri sententia secundum Canones indistincte à partiibus approbari potest, & debet. CLXXX. n. 1.
 Coram arbitris causa recusati iudicii proponenda est. CXLI. n. 1.
 Arbitri terminum probandi causam recusatōnis præfigunt. ibid.
 Compromissum in iudicem, ut arbitrum secundum Canones valet. CLXXVI.
 Arbitrium rei, de quâ agitur, secundum leges iudex non potest suscipere. ibid.

B.

 Baptismus validè collatus non potest iterari. CCXXXV. n. 1.
 Aliqui ab hæreticis baptizatos denuo baptizandos esse censuerunt. ibid.
 Reiterans scienter baptismum, capitis reus est. ibid.
 Iure Canonico irregularitatem incurrit. ibid.
 Secundum baptismum scienter admittens per 7 annos penitere debet. ibid. n. 3.
 Episcopus, & presbyter baptismum reiterans deponitur. ibid.

Beguardi.

 Beguardorum error est, actum carnalem, quia natura inclinât, malum non esse. CCVII.
 Reprobatus est à Clem. V. ibid.

Beneficia ecclesiastica.

 Non dantur sub conditione, vel ad tempus. XXIV. n. 1.
 Plura habens, & de iure dubitans deserere debet. CCXII. n. 2.
 Benè meritis de Ecclesiâ ius patronatus, seu presentandi datur. CCXXXVII.
 Tempus presentandi pro laicis est quatuor;

pro clericis verò sex menses. ibid.
 Indignum presentans eâ vice secundum leges iure suo privatur. ibid.
 Quod sacri Canones non in laico, sed ecclesiastico patrono observant. ibid. n. 2.

Blasphemia.

 Blasphemia est convitium in Deum vel Sanctos dictum, tribuendo, quod non convenit, vel negando, quod debetur. CCXXVIII n. 1.
 Legista extendunt ad maledictiam. ibid.
 Non eadem ubiq; locorū penâ castigatur. ib.
 Antiquis legibus supplicium mortis constitutum fuit, & mox remissum. ibid.
 Aliqui præfides multâ pecuniariâ contenti sunt. ibid. n. 2.

Bona fides.

 Bona fides ad possessionem, & præscriptionem necessaria est. CXII. n. 1.
 Bona fides ad præscribendum ab initio tantum iure civili requiritur. CXVII. n. 1.
 Contrarium sacri Canones volunt. ibid.
 Bonâ fide præscribenti secundum Canones datur actio, & exceptio. CXX. n. 1.
 Bona fidei contractus quis? xxx. n. 1.
 Non omnes contractus bona fidei, sed aliqui stricti iuris dicendi sunt. ibid. n. 2.

Bona temporalia.

 Qua in nullius bonis sunt, occupanti cedunt. CX. n. 1.
 Fallit in quibusdam. ibid. n. 3.
 Bona privatorum nulli Principi pro arbitrio suo usurpare licet. CXIX. n. 1.
 Multo minus ecclesiastica. ibid. n. 2.
 Bona Ecclesiæ sunt patrimonium Christi. CLXXII. n. 1.
 Illorum prælati sunt dispensatores. ibid.
 Bona damnatorum iure civili hæredibus relinquantur. CCXXXVIII. & CCXLIV.
 Excipe damnatos propter crimen læsæ maiestatis.

RERVM ET SENTENTIARVM.

Patris, veneficij, & similit. ibid. n. 2.
 Apud Gallos qui confisque les corps, confisque les biens. CCXLIV. n. 3.

Bona hereticorum secundum Canones publicantur. CCXLV. n. 1.

Bona hereticorum omnia apud Hispanos fisco regio inferantur. CXII. n. 1.

Bona clericorum ob h. resin damnatorum Ecclesia applicanda sunt, CCXLV. n. 3.

Bullare.

Bullare idem est, quod in fronte signari pro pena. CCXLIII. n. 1.

Qua pena iure civili prohibetur ibid.

In Gallia regno lili species candente ferro inuritur. ibid.

Characterem malefactoribus imprimi sacri Canones permittunt. ibid. n. 2.

De modo imprimendi. ibid.

C.

Charitas

Charitas vera, & supernaturalis ordinata est: Deum primo, post alios, & alia complectitur. CCXIII.

Servus charitati propria, secundum Canones non tenetur domini sui amorem preferre. ibid.

Nec subditi pro dominis suis in quolibet casu vitam exponere. ibid.

Aliud legibus civibus praecipitur. ibid.

Pro salute proximi spiritali damnum corporale suscipere tenemur. ibid.

Praepositi, & rectores animarum subvenire illis etiam in non gravi necessitate ex charitate debent. ibid.

Cessio.

Cessio in iure quid? XIII. n. 1.

Facta per clericum simulata praesumitur. ib.

Cessionem in Scholasticum fieri Gallorum leges vetant. ibid. n. 2.

Qui cessis bonis suis, secundum leges recuperare potest. XXV. n. 1.

Citatio.

Citatus comparere non tenetur, nisi de commissione facta delegato certus sit. IX. n. 3.

Citatio ad iudicium 20. dierum spatium pro deliberatione conceditur. CLXVII. n. 1.

Citatio non assignato termino cassa est. CLXI.

Contrarium sacri Canonis observant. ib.

Qui contractum imit, ab illius loci iudice citari potest. CL. n. 1.

Clericus.

Clericus duplici privilegio Canonis, & Fori gaudet. XV. n. 1. & CLXIII. n. 3.

Cui non licet renunciare. XV. n. 1.

Nec contraria consuetudine amittitur. CLXIII. n. 3.

Clericus in iudicem non suum compromittere non potest. CXL. n. 2.

Nec in causa temporali laicum iudicem eligere. CLXIII. n. 2.

Clericus ex contractu forum sortitur. VIII. n. & CL.

Clerico non licet iudicium sanguinis exercere. CLXVIII. & CCXVI.

Committere autem laico potest. ib.

Clericis legum secularium studium prohibetur. XII. n. 1.

Certo modo permittitur. ib.

Arma non decent clericos tribus de causis. CXIV. n. 1. 2. 3.

Illorum arma sunt lacryma, & orationes. ibid.

Clericis testari de bonis labore, & industria sua acquisitis licet. XLVI.

De residuo proventuum Eccles. testari liberè leges Imp. non prohibent. ib.

Comes.

I N D E X

Comestalia.
Comestalia Clericis interdicta sunt. cccv.
 Compromissum.
Compromisso standum esse sacri Canones vo-
lunt. clix. n. 1.
Compromissum iure civili non debet cum iu-
ramento fieri. ib.
Conatus.
Conatus actui externo vitioso proximus ean-
dem cum perfecto poenam meretur. ib.
Pueri, aut puella pudicitiam attentans, &
ab extrinseco impeditus eodem, quo, qui
consummavit, supplicio punitur. ib. n. 2.
Concubinatus.
Concubinatus iure Canonico severe prohibe-
tur. xcii. n. 1.
Iure civili cortis sub conditionibus permitti-
tur. ib.
Consanguinitas.
Ad consanguinitatem probandam Canones
admittunt testes de auditu, & credulitate.
 lxxxii. n. 1.
Consuetudo.
Consuetudo est ius moribus constitutum. xi.
 n. 1.
Qua rationabilis, & praescripta est, legem ex-
tinguit. ib. n. 3.
Cum de consuetudine dubitatur in foro sacu-
lari ius civile, in Ecclesiastico Canonicum
observatur.
Contractus.
Contrahentibus iure civili permittitur dece-
ptio usque ad dimidium pretij. xxxvi. n. 1.
Secundum Canones in rerum venditione, &
permutatione omnis deceptio vitanda est.
 ibid.
Crimen.
Crimen aliud publicum, aliud privatum est.
 cciii. n. 1.

Publicum ad omnium iniuriam pertinet. ib.
De privatis non permittitur cuilibet accusa-
tio. ib.
Omnne crimen secundum Canones infamas,
 ib. n. 3.

D.
Decima.
Decima non deductis impensis prestanda sunt,
 xx. n. 2.
Quod multis rationibus probatur. ib.
Ne consuetudo hic, sed sacri Canones obser-
vandi. ib. n. 3.
Decurio.
Decuriones qui olim? xcvi. n. 1.
Coloniarum, & municipiorum Senatores a-
rant: item principes, seu capita cuiuslibet
ordinis. ib.
In castris decurio vocabatur, qui decem mili-
ribus praeset. ib.
Defensio.
Defensio est iuris naturalis. cxiv. n. 1.
Clericis aequè ac laicis permessa. ib. n. 4.
Confessis in iudicio, aut convictis nulla defen-
sio superest. cxcix.
Delegare.
Delegatus est, cui causa committitur deciden-
da, vel exequenda. cxli. n. 1.
Delegatus à supremo principe subdelegare po-
test. cxcvii.
Delegatus proprium nihil habet. cxlviii.
Delegatus non necessariè est in dignitate con-
stitutus: sed eligere ex inferiori clero E-
piscopus potest. cxlv. n. 1.
Delegatus non debet causas ad delegantem
remittere. cxliv.
Delegare alteri, quod facere ipse nequeas iure
permittitur. cxlviii.
Nemo potest delegare, quia in sua non sunt po-
testate. cxcviii.

Dele-

RERVM ET SENTENTIARVM.

Delegatio ab in competenti iudice nulla est. ib.
 Non delegantur iure civili, qua desiderant
 causa cognitionem, & decreti positionem.
 CXXX. n. I.

Delegari secundum Canones causa ardua pu-
 ra 300. aureorum potest. CXLIV. n. I.

Causa appellationis secundum Canones dele-
 gari potest, reservata sententia prolatione.
 CCI. n. I.

Iudex ordinarius secundum leges audientiam
 causarum non nisi consiliarijs suis com-
 mittit. CXLVII.

Delictum.

Delictum, quasi derelictum, est declinatio a
 bono. Tit. XV.

Alij a crimine distingunt. ib.

Nemo secundum leges tenetur obviare delicto,
 aut defendere alium nisi subditus. CCIIV.

Contrarium iure Canonico docetur. ib.

Cui non impediunt peccatum & delictum,
 quando possunt, contra charitatem pec-
 cant. CCIIV.

Aliqui etiam contra iustitiam. ib.

Denunciatio.

Denunciatio triplex est, iudicialis, Canonica
 & Evangelica. CLXX. n. I.

Iudicialis duplex, publica, & privata. ib.

Per denunciationem evangelicam expeditur,
 qua illis remedia carent. ib.

Usus illius in corrigendo proximi quolibet de-
 licto cernitur. ib.

Contra potentiores debilibus asyllum est.
 CLXXI.

Denunciatio quorundam delictorum clericis
 precipitur. CXXXVIII.

Non permittitur legibus, nisi certis in crimi-
 nibus. ib.

Denunciari fas est Canones volunt. CLXXII. n. I.
 Qui eo nomine pretium accipiunt, excusan-
 tur. ib.

Divinatio.

Divinatio dicitur, quasi divinitus imitatio.
 CCXXXI. n. I.

Peccatum mortale est sola ignorantia excu-
 sabile. ib.

Divinatores demonum ope occultis produnt. ib.

Pena in Concilio Ancyrano constituta. ib.

Hodie videtur esse arbitraria. ib.

Legibus exiliij, & capitis poena decernitur. ib.

Divortium.

Divortium ius civile pluribus ex causis per-
 mittit. CII. n. 2.

Lata divorij sententia secundum Canones
 contra mulierem quasi contumacem, ni-
 hilominus ipsi iuramento statuitur. CV. n. I.

Donatio.

Donatio Ecclesie facta sub modo, etiam illa
 non impleto firma manet. XXXVIII.

Leges contra donatori concedunt vindica-
 tionem rei donatae. Ib. n. 2.

Dona propter sacros ordines non admittenda
 episcopo. LXXXI.

Duella.

Duella Clemens. V. sub poena excommunicati-
 onis vetuit. CCXIV.

Omissa excommunicationis poena Ioannes. XXI. I.
 prohibitionem confirmavit. ib.

Conc. Trid. poenam excommunicationis, pro-
 scriptionem bonorum, &c. constituit. ib.

Quod Greg. XIII. ad non solemnia duella ex-
 tendit. ib.

Antiquis Imp. legibus gymnici agones, & ludi
 prohibentur. CCXIV. n. 3.

Gladiatores postea, & cruenta spectacula
 Constantinus Imperator sustulit. ib.

Ecclesia.

Ecclesia in bonorum temporalium amissione &
 acquisitione minori comparatur. CXVIII.

Et instar minorum post quadriennium resti-
 tuitur. ib.

In integrum restituitur etiam cum praiudicio laicorum. **XXV. n. I.**

Ecclesia quicquid animarum salutis noxium est, abolere, & tollere potest. **CXVIII. n. 2.**
II. Etio.

Ecclesia canobiarcharum non ab episcopo, vel quovis extraneo, sed à conventu, seu Congregatione fratrum facienda est. **LX. n. I.**

Electionis forma triplex est per inspirationem compromissum, & scrutinium. **ib. n. 2.**

Nec alia fingenda, aut usurpanda. **ib.**

Eleemosyna.

Eleemosynam ab Usurariis & raptoribus alienorum bonorum accipere licet predictatoribus, & confessoribus eorum nomine, qui spoliati sunt. **LXXIII.**

Emphyteuta.

Emphyteuta, qui triennio neglexit Canonem solvere, legum civilium permissa expelli potest. **XXXV. n. I.**

Canonice verò mora purgationem indulgentia non prestat emphyteuti post exactum biennium amittitur. **ib.**

Emptio.

Imens rem alienam à iusto, restituere Ecclesia tenetur. **XVIII. n. I.**

Quod emittitur Ecclesie pecunia, Ecclesie est. **XXXVII. n. I.**

Similiter qua pecunia pupilli minoris, aut militis emuntur, ipsis cedunt. **ib. n. 2.**

Imptium pecunia donata ab altero coniugum sit illius cuius est pecunia. **ib.**

Qui suo nomine aliquid mea pecunia emit, ius consequitur in illa. **XXXVI. I.**

Usuram comparata vendi, & laesit pretium restitui debet. **ib.**

Episcopus.

Episcopi apostolorum successores sunt. **CCXXXVII.**

Honor illis, & observantia debetur. **CCXXXIX.**

Episcopus in omni loco diocesis sue non ex-

empto tribunal erigere potest. **x. n. 2.**

Episcopus iudex ordinarius est, & proprium territorium habet. **ib.**

Epicopis spoliatis omnia, & antea sententiam restituenda sunt. **CXIII. n. 2.**

Episcopus Ecclesie bona facultatem dispensandi habet. **CXXXIII. n. I.**

Episcopus à propria sede efficiens, aut comprehendens aut percutiens iure Canonico bonorum omnium confiscatione punitur, & in sup. excommunicatur. **CCXXXIII. n. I.**

Populus consuetus occidere episcopos suos, alieno subijcitur. **CCXXXIX. n. I.**

Excommunicatio.

Excommunicatio gladius est bonis à malo separans. **CCXXI. I. n. I.**

Non suspenditur per appellationem, sed secum executionem trahit. **CCII. n. I.**

Publicationem, & declarationem impedire potest. **ib. n. 2.**

S. Ambrosius excommunicavit Imperatorem ratione criminis in suo territorio commissi. **CCXXII.**

Exceptio.

Exceptio est actianis, vel intentionis agentis exclusio. **CXI. IV. n. I.**

Alia facti, alia iuris. **ib.**

Exceptio bonae fidei possessori iure Cano. datur. **CXX. n. I.**

Etiā mala fidei possessori leges concedunt. **ib.**

Exceptio dilatoria excommunicationis secundum Canones in quacunque iudiciis pariter opponi potest. **CLXV.**

Exceptio omissa in causa principali secundum leges in causa appellationis potest proponi. **ib.**

Qui proponit exceptionem peremptoriam desistit, in expensis condemnatur. **CLXVI.**

Exceptio adulteri contra maritum secundum leges non prodest uxori, cum accusatur.

RERVM, ET SENTENTIARVM

fatetur ad poenam civilem. CLXVI.

Contrarium Iure Canonico fit. ib.

Facies.

Facies hominis non est stigmatum inurenda.

CCXLIII. n. 1.

Fama.

Fama sola sufficit ad vitandum excommunicatum. CLXXXI. n. 1.

Plenam probationem non facit, nec ad condemnandum sufficit. ib.

In civilibus causis addito teste plenam fidem facit. ib.

Falcidia.

Vnde nomen sumpsit LII. n. 1.

Vnam tantum filium iure civi habet. ib.

Falsitas, Falsum.

Falsitas est mutatio veritatis cum dolo, & damno. CCXL. n. 1.

Committitur scripto, dicto facto, usu. CCXXVII

Literarum falsitas varijs poenis castigatur. ib.

Gravitas personarum dignitate estimatur. ib.

Clerici literas Papa falsificantes degradantur, & Curia seculari traduntur. ib.

Licet falsus Papa literis utens excommunicatur: clericus autem deponitur. ib. n. 2.

Falsipena secundum leges in homine libero est deperatio, & bonorum publicatio; in seruo capitis supplicium. ib.

Iure civili non puniuntur, qui falsis instrumentis utitur. CCXL.

Falsam monetam percussit, & non absoluitur, cum poenitet, immunis est. ib.

A crimine, & poena falsi absolvitur, qui dolo vacat, & tempore abstinet. ib.

Clericis, qui literas Francorum Regis falsificaverant, impressionem stigmatum Urbanus III decrevit. CCXLIII. n. 2.

Habens falsas literas intra 20. dies destruere debet, ut ab excommunicatione liber sit. CCXL. n. 2.

Fas.

Fas est lex divina, Ius humana. CCL. n. 1.

Transire per agrum alienum fas est, Ius non est. ib.

Filius.

Filius absq; consensu patris in iudicio stare non potest, nisi in certis quibusdam casibus. CLV. n. 1.

Filij naturales qui, & quomodo legitimentur? c.

Filij ex fornicatione nati a sacris ordinibus excluduntur. CCVIII. n. 1.

Nec si regulares fuerint, ad praelaturas admittuntur. ib.

Ex damnato concubitu nati secundum Canones non possunt eligi ad excelsos honores. CCVIII. n. 1.

Filij Hæreticorum successione, & bonis patris privantur. CCXIV. n. 1. & 2.

Fisus.

Alius legum civilium, alius Ecclesiasticarum: hic animæ, ille Reip. salutem intendit. CCXVII.

Fiscus.

Fiscus principis est, saccus imburseus bene, & male parva. XVII. & CCXIV.

Fiscum etiam Prelati Ecclesiastici habent. ibid.

Fiscus aliter publicatione bonorum hereditariis, &c. CIX.

Fiscus salvo iure creditorum, est heres bonorum, que a damnatis relinquuntur. CCXXVIII. n. 2. & CCXLIV. n. 1.

Fornicatio.

Fornicatio simplex antiquis legibus permittitur certis personis: a Leone Imperatore damnatur. CCVII. n. 2.

Omnis concubitus illegitimus iure Cano & divino prohibetur: adeq; lethale crimen est, in damnum proli. ibid.

N. 2

Forum

INDEX.

Forum.

Delinquens forum loci, in quo delinquit, for-
tuitur, non obstante quocunque privilegio.
CXIII.

Fallit in maioribus secundum leges ib.

Fur. Furtum.

Fures Canonum praescripto denunciandi sunt.
CCLXXII. n. 1. Donnuciant merceres datur.
ibid.

Fur cum telo deprehensus secundum leges im-
pune occiditur. ib.

Furtum aliter Theologi, aliter Iurisperiti
definiunt. CCV.

Furtum nec domino invito, nec in re propria
committitur. ib.

Qui servam alterius libidinis causa rapit, in-
ter fures non numeratur.

In solo usu, vel possessione rei aliena furtum
fieri potest. ib.

Furti poena apud Lustranos auricula abscissio
fuit. CCXLIII. n. 1.

Fruetus.

Fruetus deductis expensis dicuntur XX. n. 1.

Fruetus rei pignorat percepti sortem mi-
nuunt. XLI. n. 1.

Fallit in quibusdam casibus. ib.

G.

Gladius.

Gladius in domo domini non habet locum
CCXLVII.

Gladij supplicio Ecclesia non utitur. CCXVII.

Gladiatores.

Gladiatores etiam legibus Imp. prohibiti
sunt. CCXIV. n. 3.

Gradus.

Gradus cognitionum aliter ius civile, aliter
Canonicum numerat. LXXXIII. n. 1.

Iure civili singulae persona gradum faciunt.
ibid.

H.

Haeres.

Haereditas iure positivo tantum necesse-
saria est. XLI. n. 3.

Haeres filius secundum leges civiles unam tan-
tum Falcidiam habet. LII. n. 1.

Non implens defuncti voluntatem secundum
leges hereditate privatur. LIII. n. 1.

Haeres ex defuncti delicto secundum Canones
tenetur, quamvis ad eum nihil devenierit.
LIV. & CLXIII.

Causam non adita hereditatis edere non te-
netur. CXLI. n. 2.

Solvere debita relicta ex contractu, vel quasi
contractu debet. ib. & LV. n. 1.

Inventario facto secundum Canones ultra vi-
res hereditatis non tenetur. ib.

Aliud legibus constituitur. ib.

Haereditas secundum Canones pacto dari po-
test. XLIX. n. 1.

Haeresis.

Est error intellectus contra aliquem articu-
lum, vel sententiam fidei cum pertinacia.
CCXLV. n. 1.

Occultum virus, de quo accusare cuilibet per-
missum est. CLVI. n. 2.

Haereticorum bona confiscantur absque ulla spe
recipiendi. CCXLV. n. 1.

Confiscatio autem post sententiam condem-
natoriam facienda est. ib.

Haustiludia.

Iure Canonico prohibentur. CCXIV.

Occisus in haustiludio sepultura privatur. ib.

Homicidium.

Homicidium committitur facto, consilio,
mandato, & defensione. CCXXIX. n. 2.

Pro defensione rerum suarum cuilibet permitti-
tur. XLV. n. 1. & CXIV. n. 1.

Clericis aliqui non licere putant. ib. n. 2.

Patri

RERVM ET SENTENTIARVM.

Patri filiam in potestate sua constitutam, & marito uxorem in adulterio deprehensam occidere leges permittunt. ib.

Idemne iudici, & magistratui licitum ib. Clericum adulterum, & alios quoslibet vilis conditionis mariti arbitrio leges tradunt ibid.

Alium si necaverit, extraordinaria poena punietur. ib. n. 2.

De uxoris in adulterio deprehensa occisione alicui Theologi negant. ib.

Homicida secundum Canones censentur omnes, qui simul aliquem vulnerarunt, quis ex vnus tantum vulnere obierit. CCXI.

Animus occidendi ex genere telorum cognoscitur. ib. n. 2.

De plurium simul vulneratione Iulij Clari regula. ib. n. 3.

Homicidii poena in clerico secundum Canones est depositio, in laico excommunicatio, CCXXIX. n. I.

Secundum leges supplicium capitis statutum est. ib.

I.

Ignorantia.

Ignorantia alia est iuris dubii, alia clari. CCXI. n. I.

Ignorantia inculcata tam iuris, quam facti secund. aliquos ad prescribendum in foro conscientia sufficit. ib.

Incendarius.

Incendarius dicitur, qui auctoritate propria incendit civitatem, domum, villam, &c. CCXXVI. n. I.

Non una illi constituta poena est. ib.

Dannum restituere tenetur, tres annos poenitere. &c. ib.

Qui cum dolo fecit, secundum leges igne crematur. ib.

Immunitas Ecclesiae.

Confugientes ad Ecclesiam non sunt per vim extrahendi. XXVI. n. I.

Dissensio hic Canonum, & legum. ib. Ecclesia indulgentiam aliqui accusant. ibid. n. 2.

Imperator.

Orbis totius olim dominus. I. n. I.

Illius potestas limitata. ibid.

Nullam de rebus Ecclesiae dispensandi licentiam habet. II. n. I.

Olim pio affectu de rebus Ecclesiae nonnulla ordinarunt. LX. n. I.

Impotentia.

Matrimonium solvit. CIV. n. I.

Ad explorandum triennij spatium conceditur ibid. n. 2.

Infamia.

Infamia est bona fama privata. CCXCVIII. n. I.

Alia facti, alia iuris. ib.

Iuris infamia etiam ex alieno facto oritur; in multis ex vili conditione. ib.

Infamis est, quem de crimine iudex condemnavit. CLII. n. I.

Quis arma contra patrem sumit. ib. n. 2.

Militia desertor. secundum Canones infamia notatur: sec. leges capite pleitur. CXLVII. n. I.

Non est infamis, quicumque peccat. CCXLVIII. n. I. & 3.

Omnis periurus ipso iure infamis est, & a testimonio repellitur. ib.

Infamia c. Infames. 16. Q. I. non inducit irregularitatem. ib. n. 2.

Ex iuramento promissorio non servato infamia nascitur. ib.

Præcurator secundum leges eligi potest, qui

- qui infamis est. CCXIX. n. 1.
 Iniuria.
 Subinde dicitur, quidquid non iure fit: alii
 quando, quod iusto imponitur specialiter,
 quod contra alicuius honorem agitur.
 CLXIII. n. 1.
 Iniuria specialis verbo aut facto fit. ib.
 Iniuria actio secundum Canones ad heredes
 transit. ib.
 Inquisitio.
 Secundum Canones est remedium ordinarium.
 CXXIV. n. 1.
 Iudici Ecclesiastico in omni crimine permitti-
 tur. ib.
 Iudex inquirat vel ex officio, vel proprio motu
 CXXV.
 Iudex Laicus in certis tantum casibus. ibid.
 Interruptio.
 Interruptio est actus, quo usucapionis incho-
 atio continuatio rumpitur CXXVIII. n. 1.
 Alia naturalis, alia civilis est. ib.
 Iudex.
 Alius ordinarius, alius delegatus. CXCIV. n. 1.
 Delegatus, nisi Principis sit. secundum leges non
 exequitur sententiam suam. ib.
 Iudex legum civilium prescripto prius de pos-
 sessione quam proprietate cognoscit. CXXXI.
 n. 2.
 Iudex appellatus non tenetur secundum Cano-
 nes litrem in contestatione audire, deinde in
 medio, & sine cognoscere CI. n. 2.
 Iudex Laicus non potest in quolibet loco tribunal
 erigere X. n. 4.
 Nec Iudicis Ecclesiastici negligentiam supple-
 re. CXXXVI. I.
 In causa communi laici, & clerici secundum leges
 laici iudex cognoscere potest. ib.
 Legum civilium permisso Iudex laicus de ha-
 rebus cognoscit CXXXVI. n. 1.
 Iudex laicus de questione spiritali secundum
 leges incidenter cognoscit CXXXVI. n. 1.
 Quod in questione facti etiam Canones per-
 mittunt. ib.
 Iudex ordinarius propter suspicionem iure Ca-
 nonico recusatur. CXL. n. 1.
 Iudex loci, delinquentes in illo punit. CXXVIII
 n. 1.
 Iudicium.
 Summarie, & de plano iudicare quid? CXCII
 n. 1.
 Iudicii simplex forma iure Canonico lauda-
 tur. CLVIII. n. 2.
 In notorijs secundum Canones non servatur
 iuris ordo. CXXXII. n. 1. CXC. n. 1.
 Similiter in causis electionum, beneficiorum,
 decimarum, matrimonii &c. ib.
 In malefactis evidentibus absque iuris scienti-
 ate rei puniuntur. ib. n. 2.
 In notorijs nec accusator, nec testis necessarius
 est. CXCII. n. 2.
 Instantia iudicij secundum Canones non perit
 triennio, vel biennio. CLXIX. n. 1.
 Iuramentum.
 Aliud est iudiciale, aliud extraiudiciale. LXI.
 n. 1.
 Iudiciale multiplex. ib.
 In omni iuramento tacite conditiones insunt.
 LXXVI. n. 1.
 Non licet secundum Canones iurare per crea-
 turas, nisi quatenus invenitur expressum.
 LVIII. n. 1.
 At per quosdam creaturas iurare leges permit-
 tunt. ib.
 Iurare lege divina permittitur. ib. n. 2.
 In causa monasterij Abbas iurat de calum-
 nia. LIX. n. 1.
 Secundum Canones iurare debet in animam
 maioris partis Conventus. ib.
 Iurare de calumnia principalis persona tene-
 tur. ib. Fallit in pluribus. ib.

RERVM ET SENTENTIARVM.

In spiritualibus causis non prestatur iuramentum calumnia. LXI. n. 2.

In criminalibus secund. Canones non deferuntur iuramentum suppletorium probationis. LXII. n. 1.

Iuramentum purganda innocentia reo indifferenter offerri potest ib. n. 2.

Præter iuramentum veritatis, & calumnia, in iure Cauorico invenitur iuramentum malitia. LXIII. n. 1.

Cum iuramento promittere leges vetant, Canones permittunt. LXIV. ib.

Iuramentum de actu legis prohibito principaliter in favorem iurantium secundum Canones servandum est. LXV. n. 1.

Cum de iuramenti valore agitur, non civile, sed Canonicum ius attendimus. ib.

Iurantem, ne seruet, difficultas, & negotia excusant. LXVI. n. 1.

Secundum leges Deum auctorem habet. ibid. n. 2.

Iurisdictio.

Iurisdictio Ecclesiastica sine Episcopi consensu non prorogatur. VII. n. 1.

Leges vero absolute permittunt ib.

Iurisdictio delegata per solam liti contestationem legum permissu confirmatur. IX. n. 3.

Secundum Canones sollicitatio sufficit. ib.

Iurisditionem non dat consensus litigantium. CXLII. n. 2.

De iurisdictione sua ipse iudex cognoscit. CL.

L.

Laicus.

Laicus in personas, & res Ecclesiasticas nulla potestas competit. LI. n. 1. & 2.

Nec delinquentes clericos iudicare, aut punire regulariter possunt. ibid.

Legatus.

Legatorum tria genera sunt. XXVII. n. 1.

Legatus Principis, Imperatoris, aut Fiscus expensis alendus est. ib.

Alio modo summi Pontificis excipiendi sunt. ibid.

Legatum.

Legatum rei aliena secundum Can. iudisdictione non permittitur. XCVIII. n. 1.

Aliter de eo leges disponunt. ib. n. 1. & 3.

Legitimi.

Iure Canonico continentur nati ex matrimonio bona fide contracto. CI. n. 1.

Contrarium legibus definitur. ib.

Legitimos facit matrimonium subsecutum. C. n. 1.

Legitima.

Legitima portio qua sit. LVI. n. 1.

Pro regionum diversitate diversa est. ib.

Filijs iure naturali debetur. ib.

Pro illa consequenda per parentes alienata revocari possunt. ib.

Libellus.

Libellus accusationis reo dandus est pro deliberatione. CLXVII. n. 1.

Tempus arbitrio Iudicis relinquitur. ib.

Libellus etiam absentibus mittitur. CIXVII.

De libello famoso condemnatus infamis est. CCXLII. n. 1.

Eadem est pena infamati, cum libellus veritati consonat. ib.

Libelli famosi, scriptura, pictura, in aliorum infamiam à Carolo V. Imp. vetantur. ibid.

Inveniens aliquid ex predictis abolere tenetur. ib. n. 2.

Infamator per literas aliove modo secund. Canones flagellatur. ib.

Ausus in Ecclesia penere excommunicatur. ibid.

O

Libert

Liberti.
Liberti q̄nam? xxiii. n. 1.
Eorū tria genera. ib.
De obligationibus illorum. ibid. n. 2.
In Ecclesia liberti multa specialia servantur.
 ib. n. 1.

Lis.
Litis contestatio est fundamentum iudicii.
 cviii. n. 1.
Prescriptionem impedit. Iure Canon. ib.
Liti offerens se Iure civili condemnatur, quā-
si possessor rei, de qua agitur. clx.
Litium abundantia odiosa. clxxi. n. 1.

Locatio.
Locator elapso tempore, cui vult, domum
suam locare potest. xxxiv. n. 1.
Ex Canonum statuto scholares antiqui novis
in locatione preferuntur. ib. n. 2.

M.
Maleficus.
Maleficus specialiter est qui pacto cum dam-
natis spiritibus iuro, illorum operā aliis
damnum infert. cxxx. n. 1.
Qui res Ecclesie invadunt, malefactores vo-
cantur. cxix. n. 2.
Coram Ecclesiastico iudice conveniri possunt.
 ibid.

Mater.
Lactare per se filios suos tenetur. xcvi. n. 1.
Matrona nobiles legibus excipiuntur. ib.
Alia quoque aliis ex causis. ib.

Matrimonium.
Matrimonium coram paroco proprio, &
testibus contrahendum est. lxxxviii.
 n. 1.
Inter eos, qui simul habitant, & familiares
alunt, secundum leges presumitur. ib.
Servis Ius civile non permittit. xciii. n. 1.
Inter ignaros servitutis nullum est. ib. n. 3.

Matrimonium nefarium quod? xcvi. n. 1.
Impedimentum ex illicita desponsatione.
 lxxv. n. 1. & lxxvi.
Impedimentum publicae honestatis. ib.
Impedimentum frigiditatis. cliv. n. 1.
Impedimentum affinitatis. lxxix. n. 1.
Vnius ad id testimonium sufficit. ib.
Consanguinei impedimentum indicare tenentur. ib.

Inter tutorem, & pupillam valet. lxxxv.
 n. 1.
Nec poena, nec arrha promissio secundum Ca-
nones valet. lxxx. n. 1.

Inter valentes loqui verba ad contrahendum
requiruntur. lxxxvi. n. 1.
Surdi & muti contrahere possunt. ib. n. 2.
Matrimonium solvitur a tertio coniugum
continentiam vovente. xciv. n. 1.
 Merum imperium.

Merum imperium describitur. iv. n. 1.
Eius species, & gradus. ib.
Delegari sec. Canones potest. ib. n. 2.
Secundum leges quog, in quibusd. casibus. ib.
 Metus.

Metus in genere quid? lxxxiv. n. 1.
Alius gravis, alius levis. ib.
Gravis metus matrimonium irritat. ib.
Idem hic utriusq, iuris sensus. ib.

Monachus.
Nihil proprium habet. lxxiv. n. 1.
In delata sibi hereditate filiosam. compara-
tur. li. n. 1.

Secundum leges servo potius. ib.
Monacham carnaliter cognoscens clericus de-
ponitur, laicus vero excommunicatur.
 cxxiii. n. 1.

Consecratam DEO virginem etiam matri-
monij causā arcentans sec. leges capitali
poena plectitur. ib. n. 2.
Eius, qui asceticam, aliamve religiosam se-
 minam.

RERVM ET SENTENTIARVM.

minam rapuit, aut corruptis, bona religio-
so loco addicenda sunt, ipse periculum ca-
pitis subit. CCKLIV. n. 5.
Asceria cum rebus suis tutiori monasterio
reddenda est. ib.

Mora.

Mora generatim quid? XXII. n. 1.
Non sic repta secundum leges. ib.
Secundum Canones vero in tarda decima-
ram solutione contingit. ib.
Nec non in alijs quibusd. casibus. ib.

Mulier.

Mulier non potest esse arbitra, nec Magistratu
fungi. CLXXIV. & CLXXVII.
Nec vlla ambidextra sit. ib.
Apud Gallos Regina iurisdictionem ordina-
riam habere creditur. ib. n. 2.
Mulier iure hereditario succedere in iurisdic-
tione potest. CLXXVI.
Mulier Anglia regno 14. annis praesuit. ib.
Mulier rapta secundum leges non potest nu-
bere raptori suo. LXXXIX. n. 1.
Quod tamen Canones permittunt. ib.
Mulier intra tempus luctus secund. leges non
pot. ad secundas nuptias transire. XCII. n.
1. sec. Canones vero potest. ib.
Mulieri, cuius maritus abest, post elapsum
quinquennium aliter nubere leges permit-
tunt. LXXXVI. n. 1.
Canones vero certum de morte nuntium re-
quirunt. ib. n. 2.

Multa.

Multa pecuniaria imponi ab Episcopo po-
test. CCXX.
Qua p̄s locis applicanda. ib.

N.

Natura.

Contra naturam est omnia luxuria actus, qui
humanam generationem impedit. CCXXI.
n. 1.

Illius + species numerantur. ib.
Committerens peccatum contra naturam se-
cundum leges morte punitur. ib.

Necessitas.

Necessitas non habet legem, sed legem facit.
ECL. n. 1.

Quod illicitum erat, facit licitum. ib.
Negligentia.

Negligentia reum operis consecuti facit.
CCXII. n. 2.

Nullitas.

Nullitas sententia actorum inspectione co-
gnoscitur. CXCIX. n. 3.

Qui bis appellavit de nullitate tertia senten-
tia conqueri potest. CC. n. 2 & 3.

O

Obedientia.

Obedientia in milite cum primis exigitur +
iustus in mortem ibit. CCXLVI. l.

Obligatio.

Ad impossibile non extenditur. CCIV. n. 2.

Non subditus secund. leges non tenetur alte-
rius damnum impedire. ib.

Iure Canon. obligantur omnes, qui impedire
possunt: officiales insuper ad compensatio-
nem damni tenentur. ib.

Opinio.

Est regula ambigua. CCXII. n. 2.

Opinio non quaelibet in praxi sequenda, sed
in multis securior. ib.

Otto.

Otto Episcopus Augustanus transactioni Re-
ligionis in Conciliis Augustanis viriliter
obstitit. CCXXXV. l.

P.
Pactum.

Pactum nudum quod? xxvi. n. 1.
Iure Canon. obligationem, & actionem parit. ib. Item Iure civili in quibusdam casibus. ib.
Pactum de futura hereditate Canones admittunt. xlix. n. 3.
Pactio mutua, ut qui supervixit, haeres sit, à Iure civili reprobatur, ib. n. 1.
Pactum iuratum de non succedendo in hereditate recipientis pactum secundum Canones valet. l. n. 1.
Iure civili verò irritum est. ib. n. 2.
Pallium.
Pallium Archiepiscopale & Patriarchale describitur. lxx. n. 11.
Parens.
Parens filios suos etiam ex nefario concubitu natos Iure Cano. alere tenetur. xcvi. n. 1.
Quod leges non permittunt. ib. n. 2.
Inter patrem, & filium in quibusdam casibus esse potest. cli. n. 1.
Parentum consensus in matrimonio filiorum sec. leges requiritur. xc. n. 1.
Iure Canon. aliter statutum est. ib.
Pater invitam filiam secundum Canones non potest maritare. xci. n. 1.

Parricidium.

A parentum eade nominatum in quibusdam ascendentibus & descendentibus locum habet ccxxxi. n. 1.
Pœnam parricidis nullam Solon constituit ibid.
Iure Canonico multiplex decreta est: certa quoq; legibus civilibus. ib. n. 3.
Parricidij actio non praescribitur, sed perpetua est. ib. n. 4.

Patronus.

Patronus olim dicebatur respectu clientum, & manumissorum. ccxxxvii.
Hodie patronus est, qui propter eximium beneficium Ecclesia praestitum ius habet ministros, seu beneficiatos nominandi. ibid.
Pecunia.
Pecunia non numerata exceptio etiam post biennium sec. Canones opponi potest. xlii. n. 1.
Contrarium legibus statutum est. ib.
Periurus.
Periurus in iudicio secund. Canones infamis est. lxxvii. n. 1.
Secundum leges non punitur. ibid.
Pignus.
Vnde illi nomen. xvii. n. 1.
Rerum sacrarum pignoriatio quomodo licitas? ib. n. 2.
Leges civiles vexant. ib. n. 3.

Pœna.

Pœna alia sacri, alia profani iuris sunt. ccxvi. n. 1.
Octo pœnarum genera olim Romanis usitata. ib. n. 3.
Pœna Ecclesiastica animum potissimè, civiles bona externa respiciunt. ccxvii.
Pœna pro occultis nulla humanis legibus constituta est. ib. n. 2.
Pœna separationis à thoro propter adulterium extenditur ad suspicionem violentam de adulterio. &c. ccxli.
Ad totam pœnam secund. leges obligatur, qui sub pœna se daturum promisit. xxxi. n. 2.
Pœna sanguinis Ecclesia abstinet. xxxix. & ccxvi.

Ponit.

RERVM ET SENTENTIARVM.

Pontifex.

Sumptibus pontifex potestatem suam à Deo immediatè accipit. n. 1.

Solus maiorum pralatorum Iudex est. CCXVIII.

Aliquando sententiam sanguinis fert. CXLVIIII.

Clerico licentiam agendi causam sanguinis dare potest. ib.

Positio.

Alia est positiva, alia negativa: hac triplex, facti, iuris, & qualitatis. CLXII n. 1.

Negativa: & improbabilis Iure Canonico admittitur, civili rejicitur. ib.

Positio ad relevandum ab enere probandi inventa est. ib.

Possessio.

Momentanea causa possessionis qua? CXCV. n. 3.

Missus in possessionem Iure civili statim possidet: Iure Canonico autem post annum primò. CXI. n. 1.

Qui amisit possessionem, annum habet, quo retrahat. ib. n. 2.

Possidet secundum leges, etiam, qui mala fide possidet. CXII. n. 1.

Duo in solidum possidere possunt, unus civiliter, alius naturaliter. CXXXI.

Possessorium recuperandi possessionem non datur Iure civili, nisi contra deiectorem, mandantem, vel ratum habentes. CXIII. n. 1.

Iure Canon. datur contra quemcunque. ib.

Postliminium.

Est ius amissa rei recuperanda ab extraneo. CXXX. n. 1.

Postliminio reversis datur res ipsa intra quadriennium. ib.

Potestas patria.

In causis spiritualibus non admittitur. CLV.

Prelatus.

Prelatus non est dominus bonorum ecclesiasticorum. CLXXIII. n. 1.

Aliando, vel dissipando Ecclesia sua bona penas incurrit. III. n. 2.

In causa Ecclesia sua procuratorem constituere potest. CLXXIII. n. 1.

Prelatus ecclesiasticus iudicium sanguinis alteri committit. CXLVIIII.

Præscriptio.

Præscriptio quid sit? CXV. n. 1.

Longa & longissima secundum Canones non differt. ib.

Ad eam bona fides requiritur. CXVI. n. 1.

Quæ est annorum 30. vel 40. à legibus excipitur. ib.

In longissima præscriptione secundum Canones non requiritur titulus. ib.

Non valenti agere non currit præscriptio. CXXIX. n. 2.

Nec tempore pralati malè alienantis bona Ecclesia. CXXI. n. 1.

Præscriptione semel interrupta non est novus locus. CXVII. n. 1.

Lex de quadriennij præscriptione non habet locum in rebus Ecclesia. CXXIX. n. 1.

Iura habentia causam continuam vel discontinuam contra Ecclesiam 40. annorum spatio præscribuntur. CXXII. n. 1.

Crimina 20. annorum spatio secundum leges præscribuntur. CXXIII. n. 1.

Ecclesia secundum Canones contra præscriptionem non restituitur. CXXIV. n. 1.

Probatio.

In criminalibus evidens sit. CLXXXV.

Probatio nulla maior, quam propria confessio, & facti evidentia. CXCIX.

Pre-

INDEX.

Procurator.

Duplex est, iudicialis, & extraiudicialis. CCLIX. n. 1.
 Procuratoris munus olim vile ib.
 Procuratorem bona fama pro Ecclesia sua prelatum constituat. CLXXII.
 Procuratorem in rem pupilli non debent constituitur tutores, & curatores. CLXXIII.
 Mulier secundum Canones procuratoris officio non fungitur. CLXXIV. n. 1.
 Procurator iudicialis per litis contestationem dominus litis efficitur. CLXXV.
 Contra infamiam procuratorum exceptio prohibetur. CCXLIX. n. 2.

Prorogatio.

Quid & quoruplex? VIII. n. 1.
 Aliquando fit altera parte invita. CXLIX. n. 1.
 Eam leges litigantibus promittunt. VIII.
 Non habet locum, ubi per inquisitionem proceditur. ib. n. 2.
 Iurisdictio ordinarij secund. Canones prorogari potest. CXLII. n. 1.
 Secund. leges etiam delegati: ib.
 Ad legitimam prorogationem quid requiratur: ib.

Pubertas.

Ex annorum numero secundum leges sumenda est: sec. Canones vero ex habitudine corporis. LXXVII. n. 1.
 Puberem consensus esse, qui generare potest. ibid.

Purgatio.

In fama laboranti purgatio Canonica indicitur. CLVI.

Quatuor.

Quaternarius numerus in penis sacer est. CCXLVI. n. 1.
 Quadrupli pena iure civili maxima censetur. ib.

Nilominus ad decuplum aliquando extenditur. ib. n. 4.
 Divino quoque iudicio approbatur; & in damnis resarciendum sufficit. ib.
 Quatuor oves pro una restituere lex Mosaiica iubet. ib.

Raptor

Iure Canon est, qui non desponsatam; iure civili, etiam qui desponsatam abducit. CCVI. n. 1.
 Raptus fit, cum puella invita, vel venientibus parentibus ad libidinem complendam, vel matrimonium contrahendum vi abducitur. ibid. n. 2.
 Raptam, si ve duxerit si ve non duxerit raptor dotare tenetur. LXXXIX. n. 1.
 Condiciones ad raptum punibilem requisite. ibid.

Ratum.

Ratum habere non potes, quod nomine tuo factum non est. XL. n. 1.
 Imo in quibusdam sic. ib. n. 2.

Recusatio.

Iudex ordinarius secund. Canones recusari potest. CXL. n. 1.
 Recusare delegatum leges facilius permittunt quam ordinarium. ib. n. 2.
 Totum Collegium recusari posse aliqui consent. ib. n. 3.
 Recusatio scripto exhibenda est. CXLII.
 Recusans delegatum iudicem non tenetur secundum leges causam allegare. ib.

Religio.

Religio Christiana latius patet, quam Imperium Romanum. I. n. 2.
 Religiosus locus quis? LXVIII. n. 1.
 Apud gentes olim illatione mortui efficiebatur religio: osus. ib.
 Religionis pacem turbans in sacrali fore conveniri potest. CCXXVI.

Renan:

RERVM ET SENTENTIARVM.

Renunciatio.
 Renunciandi licentiam habens tenetur re-
 nunciare Dignitati, vel beneficio,
 xxv. n. 1.
 Ex nova causa tamen repetere potest. ib.
 Rescriptum.
 Rescriptorum plura genera sunt. v. n. 1.
 Rescriptum Papa, & Principis de litteris ul-
 tra unam diatam non extenditur. ib.
 In omni rescripto subauditur clausula, si pre-
 ces veritate mutantur. v. 1.
 Rescriptum Papa mala grammatica vitiat.
 vii. n. 1.
 Rescripta p. p. multorum per manus tran-
 seunt. ib. n. 3.
 Restitutio.
 Mala fidei possessor ad restitutionem semper
 tenetur. cxvii. n. 2.
 Restitutio rerum immobilium nullum legibus
 remedium constitutum habet. cxiii. n. 2.
 Spoliatus ante omnia restituendus est. cxvii.
 Spoliatus possessione beneficii sui restitutionem
 petit, nec obest illi exceptio tituli non le-
 gitimi. ib. n. 1.
 Restitutio in integrum quomodo facienda?
 cxxv.
 Ecclesiis etiam post quadriennium petere re-
 stitutionem in integrum potest. cxxvi.
 In petenda restitutione in integrum per pro-
 curatorem non requiritur mandatum
 specialissimum. cxxviii.
 Reus.
 Non comparens edicti citatur. clxxv. n. 2.
 Absens interdum condemnatur. ib.
 Rex.
 Reges, & principes aliorum fraudibus obnoxii
 sunt. vi.
 Longa illis esse manus putantur. ib.
 Rigor.
 Rigor aequitati opponitur. lxxi. n. 1.

In legibus civilibus locum habet. ib.
 Alicubi iure Canonico reicitur. ib.

S.

Sacerdos.

Cum sibi spirituali fornicatus ab officio de-
 positus iubetur peregrinando se ad
 penitere. cxxiii. n. 1

Sacerdoti publica, & solennis penitentia in-
 iungi potest. ib.

Sacrilegium.

Est rei sacra violatio. cxxv.
 Committitur tribus modis, in personam, lo-
 cum & rem. ib.

Sacrilegii pena secundum Canones aliquan-
 do est excommunicatio. ib. n. 2.

Aliquando multa pecuniaria. ib.
 Secundum leges vero capitalis, & arbitraria. ib. n. 3.

Senex.

Senes testificari tenentur. clxxxiv. n. 2.

Anni 50. pro senio sufficiunt in quibusdam
 casibus. clxxxiv.

Sententia.

Alia est definitiva, alia interlocutoria. Titu-
 l. iii.

Sententia definitiva scripto ferenda est.
 cvii. n. 1.

Lata contra ordinem iuris non valet.
 cxcv. n. 1.

Quod tres conformes sententia definitur,
 praesumitur iustum esse. cc. n. 1.

Tot diversa sententia, quot actionum species,
 erunt. cxxxix.

Cum iudices discordant, secundum leges plu-
 rimum sententia valet. cxc. n. 1.

Secundum Canones vero a ferenda sententia
 abstinendum est. ib.

Sententia in personam procuratoris legum
 praescripto fertur. in pers. nam. do. ini.
 secund.

INDEX.

- secund. Canones. CLXXXIX.
 In Spirensi dicasterio in personam domini
 fertur excepta causa iniuriarum. ib.
 Lite nõ contestata non potest sententia defini-
 tiva ferri. CVIII. n. 1.
 Excipe causam matrimonij, summarias, &
 appellationis. ib.
 Sententiam in rem iudicatam transire quid?
 CXCI. n. 1.
 Lata contra matrimonium secundum Cano-
 nes non transiunt in rem iudicatam. CIX. n. 1.
 Et secundum leges quoque multis in casibus. ib.
 Contra sententiam, qua in rem iudicatam
 transiit, nemo auditur. CXCI. n. 1.
 Nec suam, nec successoris sui sententiam iudex
 revocare potest. CXCI. n. 1.
 Nec propter instrumenta recens inventa re-
 tractatur. ib.
 Sententia interlocutoria qualibet secundum
 Canones revocari potest. CXCI. n. 1.
 Interlocutoria precipiens aliquid dari, vel
 restituere non revocatur. ib.
 Sepultura.
 Corpora mortuorum vel in templo, vel ce-
 miterio sepelienda sunt. LXXIX. n. 1.
 Archiepiscopus cum pallio sepelitur. LXX. n. 1.
 Sepeliri quem cum ornamentis leges vetant.
 ib. n. 2.
 Sequestratio.
 Duobus modis fit, officio iudicis, vel ad instan-
 tiam partis. CLXVI. n. 1.
 Ante sententiam non est facienda, nisi in certis
 casibus. ib.
 Servi.
 Servi olim qui? XCII. n. 1.
 Eorum tria genera. ib.
 In Christo nec servus, nec liber. ib.
 Sodomia.
 Peccatum contra naturam est. CCXXI. n. 2.
 Clericus sodomita deponitur, vel in monaste-
 rium detruditur: laicus excommunica-
 tur. ib.
 Iure novo Pij V. presbyteri, & alij clerici ex-
 ercentes Sodomiam degradati statim se-
 culari potestati tradendi sunt. ib.
 Sed nec usu receptam esse Constitutionem,
 nec in conscientia obligare DD. censent. ib.
 Sodomita moribus horridis igne cremantur.
 ib. n. 3.
 Dominio bonorum suorum excidunt, & se-
 parari divortio possunt. ib.
 Conatus quoque non leves poenas meretur. ib.
 Sortes.
 Sortiri est aliquid sorte capere. CXXXI. n. 1.
 Sortes alia divinatoria, alia consultaria, alia
 divinatoria. ib. n. 2.
 Divisoriae sortes utroque iure promittun-
 tur. ib.
 In electionibus ad Dignitates, & officia ec-
 clesiastica nulla sortitio locum habet. ib.
 Per sortes inquirere furta, aliave crimina
 illicitum est. ib.
 Stigma.
 Stigmatum usus frequens apud Veteres.
 CCXLI. n. 1.
 Apud Thraces nobilitatis indicium fuit:
 apud alios ignominiae. ib.
 In militia tyrones discernit. ib.
 Constantinus Imp. in manibus permisit. ib.
 Stipulatio.
 Quid sit, describitur. XXXIX. n. 1.
 Alteri nemo secundum leges stipulari potest. ib.
 Iure Canon. permitti exempli patet. ib. n. 2.
 Stuprum.
 Est defloratio virginis. CCVII. n. 1.
 Iure civili committitur etiam in vidua, &
 puero. ib.
 Stuprum in vidua, adulterium in nupta fieri,
 aliqui censent. ib.
 Virginem corrumpens iure Canon. in uxore

rem accipere tenetur. CCXXIV. n. 1.
 Si pater volit. pecuniam iuxta modum do-
 tis dabit. ib.
 Si corruptor reuocat, corporaliter castigatus,
 & excommunicatus in monasterium de-
 truditur ib.
 Hodie aliud non requiritur, quam, ut vel
 uxorem accipiat, vel debet. ib. n. 2.
 Stuprum vi illatum poena capitali punitur.
 ibid.

Subditus.

Nemo subditus proprie dicitur ratione con-
 tractus. c. l.
 Sed ratione domicilii habitationis. ib.

Substituere.

Iudex laicus alium sibi laicum iudicem sub-
 stituere potest. CXLIII. n. 1.
 Ecclesiastico id non permittitur. ib.

Successor.

Successor singularis conveniri coram delegato
 potest. CXLIX. n. 1.

T.

Testamentum.

Testamentum quid? XLIV. n. 1.
 Aliud est nuncupativum, aliud clausum, sive
 solenne. ib.
 In solenni 7. testes requiruntur secundum le-
 ges. XXXII. n. 1.
 Aliud iure Canonico definitum est. ibid.
 n. 2.
 Testamenta secundum leges non sunt alie-

rius arbitrio committenda. XXXI. n. 1.

Testis.

Alius idoneus, alius suspectus. Tit. XII.
 Unus testis, nullus testis. CLXXXI. n. 1.
 In quibusdam casibus unus sufficit. ib. n. 2.
 & 3.
 Testis in testamento femina non admittitur
 a legibus. XIV. n. 1.
 In causis civilibus, indistinctè admittitur.
 ibid.
 Criminosi licet non condemnati à testimo-
 nio ferendo per sacros Canones rejiciuntur
 CLXXXV. n. 1. & 3.
 Similes infames quicumque ib.
 Parentes quoque in causa liberorum.
 ibid.
 Alicubi tamen Canones admittunt. ibid.
 n. 3.
 Cum de peccato agitur, senes testificare co-
 guntur ibid.
 Senes, & valetudinarii domi sua rogari pos-
 sunt. CLXXXVIII.
 Examen testium etiam in criminalibus alteri
 secundum Canones bene committitur
 ibid.
 Testes iure Canon minus coguntur, quam
 iure civili. CLXXXI. n. 1.
 Inuiti ad testificandum cogi possunt. ibid.
 n. 2.
 Et Monachi aliquando ib.
 Suspecti sunt, qui seipos offerunt. ibid.
 n. 3.

Thesaurus.

Thesaurus est vetus pecunia depositio, cuius
 non extat memoria, & Dominus ignora-
 tur. CX. n. 2.
 Inventus in meo mihi credit. ib.

P P

Tranla-

Transactio.

Est conventio de rebus dubijs. CCXIX. n. 1.
 De quocunque capitali crimine leges permittunt. XXXIX. & CCXIX.
 Excipe adulterij crimen. XXXIX. n. 1.
 Transactio de re spirituali, subiectione Ecclesia debita, & matrimonio dubio iure Canonico non permittitur. ib. n. 2.
 De beneficio ecclesiastico, si nihil temporale promittatur, fieri potest. ib.

V.

Vestigal.

Vestigalia publica dicuntur, qua Fiscus capit in portu, vel alibi. Specialiter, qua Principi, vel reip. portorii nomine penduntur. CCXXX.
 Causa exigendi est, commoditas, viarum & securitas. ib.
 Solum principes regulariter imponunt. ib.
 Nova & insolita imponens secundum Canones excommunicatur: secundum leges exulat. ibid.
 In dubio communi & publico de iustitia tributi, negare licet. ib. cir. fin.

Venditio.

Venditor emptori secundum leges non tenetur rem venditam tradere, dummodo illi de damno caveat. XXXII. n. 1.
 Contrarium iure Canonico insinuitur. ibid.

Victus.

Victus victori in expensis condemnatur. CLXIV. n. 3.

Voluntas.

Voluntas punitur etiam non secuto effectu. CCXI.
 Ex corde, id est voluntate, exeunt peccata. CCXI. n. 1.

Votum.

Voto non obligatur secundum leges filius familias. LVII.
 Nec servus sine consensu domini. ib.
 Vxorum quoque vota aliqua à mariti consensu pendunt. ib. n. 2.
 Votum continentia invito coniuge nullum est. XCIV. n. 1.
 Votum continentia, seu monachismi professio matrimonium iure civile dirimit. ib.

Usura.

Est lucrum ex mutuo, qua mutuo. CCIX. n. 1.
 Usura iure divino, & Canonico prohibetur. ib.
 Aliquam leges permittunt. ib. n. 2.
 Usuram tollit lucrum cessans, & damnum emergens. ib.

Vulnus.

Cum plures simul vulnerarunt aliquem, ipsius occisi omnes secundum Canones censentur rei. CCXI. n. 1.
 Aliud fori civilis iudicium est. ib. & CCXII. n. 3.

KERVVM ET SENTENTIARVM.

Vxor.

Vxorem verberare leges non permittunt.

xcv. n. i.

Vxorum correctio à sacris Canonibus com-
mendatur. lb. n. 2.

Vxorem dimittere nisi causa fornicationis
illicitum. cii. n. i.


Vxorem de adulterio accusare post lapsum
quinquennij leges non permittunt.


Collegij Soci. 1552 Paderborn.


Anno 1558


FINIS























Th
4760